449. Ποιοις οπλοισιν η δυναμει πεποιθοτε; p. 374.	[— ποίοις ὅπλοισιν ἢ δυνάμει πεποιθότες;]
816. Οδ ιπνος γεγον ἡμιν εξαπινης ελεφαντινος. p. 376.	— ὁ δ' ἰπνὸς γέγον' ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος.
860. Παλιν αυθις, ην μη ΑΛΙΠΩΣΙΝ αι δικαι. p. 391.	[— πάλιν αὖθις, ἥνπερ μὴ 'λλίπωσιν αἱ δίκαι;]
965. Φερε νυν εγω των ενδοθεν καλεσω τινα. p. 393.	— φέρε νυν, ἐγὼ τῶν ἔνδοθεν καλέσω τινά.
1066. Οψει καταδηλα του προσωπου τα ῥακη. p. 291.	[— ὄψει κατάδηλα τοῦ προσώπου τὰ ῥάκη.]
1142. ΥΦΕΛΟΙ, εγω σε λανθανειν εποιουν αει. p. 401.	[1141. ὑφέλοι', ἐγώ σε λανθάνειν ἐποίουν ἀεί.]

Aliis proculdubio quamplurimis in locis palmam tam Bentleio quam Dawesio præripuerat Ravennas; sed jampridem tibi, *Dawesi,* hunc honorem invidet bonus *Invernizius.* Suffulcit aut propemodum, aut aliquantulum Dawesio favet Codex præstantissimus ad

EQUITES.

Ricardus Dawesius.	Codex Ravennas.
789. και πως συ φιλεις, ὁς τουτον ὁρων οικουντ εν ταις πιθακναισιν. p. 372.	(802.) καὶ πῶς σὺ φιλεῖς, ὁρῶν οἰκοῦντα τοῦτον ἐν ταῖς πιθάκναισι,

VESPAS.

55. Ολιγ ΑΤΘ υπειπων προτερον αυτοισιν ταδι. p. 550.	— ὀλίγ' ἄτθ' ὑπειπὼν πρῶτον αὐτοῖσιν ταδί·

NUBES.

Ricardus Dawesius.	Codex Ravennas.
87. Ω παι πιθου. Τι ουν ΠΙΘΩΜΑΙ δητα σοι; p. 403.	— ὦ παῖ, πιθοῦ μοι. τ' οὖν πίθωμαι δῆτά σοι;

PACEM.

1119. ΠΑΙ, παιε, παιε τον Βακιν. p. 527.	(1118). ὦ παῖε, παῖε τὸν Βάκιν.
1284. ΤΑΥΤ ΑΙΔΕ, ταυθ ως ησθιον ΚΕΚΟΡΕΣΜΕΝΟΙ. p. 531.	[1283. ταῦτ' ᾖδε, ταῦθ', ὡς ἤσθιον κεκορημένοι.]

AVES.

164. ΤΙ ΣΟΙ ΠΙΘΩΜΕΘ; ΠΕΙ. Οτι ΠΙΘΗΣΘΕ; πρωτα μεν. p. 403.	— τί σοι πιθώμεσθ'; ΠΕΙ. ὅτι πίθοισθε; πρῶτα μέν.
319. Ανδρε γαρ ΛΕΠΤΩ ΣΟΦΙΣΤΑ δευρ αφικονθ' εις εμε. p. 541.	— ἄνδρε γὰρ λεπτὼ λογιστὰ δεῦρ' ἀφῖχθον ὡς ἐμέ.
387. Ημιν· ὡστε την χυτραν τε. p. 541.	(386.) — ὥστε τὴν χύτραν.

THESMOPHORIAZUSAS.

497. Ταυτ ουδεπωποτ ΕΙΦ, ΟΡΑΙΣ, Ευριπιδης. p. 586.	(496) ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ', ὁρᾷτ', Εὐριπίδης·
942. ΟΛΙΓΟΥ μ αφειλετ αυτον οἱστιοῤῥαφος. p. 592.	(941) ὀλίγου μ' ἀφεῖλετ' αὐτὸν ἱστιοῤῥάφος.

LYSISTRATAM.

679. Κωυκ [vel potius Κωνδ] ΑΝ ΑΠΟΛΙΣΘΟΙ τρεχοντος. p. 602.	— οὐκ ἂν ἀπολίσθοι τρέχοντος.

PLUTUM B'.

166. Ο δε γναφευει γ' οδε γε πλυνει κωδια.	— ὁ δὲ κναφεύει γ' ὁ δέ γε πλύνει κώδια.
438. Αναξ Απολλον και θεοι ποι τις ΦΥΓΗΙ; p. 397.	— ἄναξ Ἄπολλον· ὦ θεοί, ποῖ τις φύγῃ;
707. Μετα ταυτα γ ευθυς εγω μεν ΕΝΕΚΑΛΥΨΑΜΗΝ. p. 389.	— μετὰ ταῦτ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν ἐνεκαλυψάμην,

Nunc ad supellectilem meam, nimis fortasse exilem, in *Miscellanea Critica* devenio. Inprimis gratias, quas possum maximas, ago Reverendo admodum cultissimoque Viro mihi in hoc curriculo præeunte, qui doctrinam puro quodam et candido dicendi genere conjunxit. Multa seu minuta, seu recondita et perutilia stylo perspicuo, simplici, nitido evolvit *. Sed HEMSTERHUSII rationem Originum Græcarum, quibus redundant viri doctissimi notæ, et quasi extra ripas diffluunt, prætereundam omnino mihi duxi. Ab illius placitis in hac re summa cum reverentia abscedo. Si mihi loqui liceat, NOMEN (utrum *substantivum*, an *adjectivum*, ut aiunt, nil mea refert,) ut alii, esse *radicem* dixerim, unde densa illa orationis silva succrevit, et cui succinne satis læta illa propaginum soboles revocari possunt †. Cogitanti sane cuivis, quam fecunda sit nominum materies, suboriatur suspicio *voces sensusque* illo

* "THOMAS BURGESSIUS," quem honoris caussa nominatum volo, "vir etiam apud exteras gentes eruditionis laude insignis, nunc episcopus Menevensis" (hodie Sarisburiensis) "dignissimus." *Routh. ad Reliq. SS. Vol.* I. *pp.* 139, 40. Non possum non recordari qua modestia suam editionem viris eruditis judicandam proposuerit: "Fortasse vero nonnunquam incaute nimis et festinanter, ut juvenis, a viris longe doctioribus dissentio: quibus hæc Antilochi verba me excusent velim [Il. ψ, 587.], Ἄνσχεο νῦν· πολλὸν γὰρ ἔγωγε νεώτερός εἰμι Σεῖο, ἄναξ Μενέλαε, σὺ δὲ πρότερος καὶ ἀρείων. Οἶσθ', οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσι· Κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις."

† "Si grammaticos audis, κόπος a κόπτω· ita quidem τύπος a τύπτω. Imo vero, quod pace eorum dictum sit, κόπος est radix sive thema, ut τόπος, ψόφος, δόλος, φόνος, δνόφος, κόρος, πόθος, μόγος, κλόνος, λόφος, θόλος, λόχος, et alia multa." *R. B. Bernardo*, p. 159. Conf. *Valck.* ad Ammon. p. 211. et ad Ph. 397. et *Porsonum in Censur. Crit.* (*June*, 1797. *pp.* 174, 5.).

solo, si minus ambitiose, nude saltim ac probe *notare* potuisse crescens hominum genus. Hæc sermonis primordia ipsis mundi incunabulis æqualis humani generis genitori divinitus πρωτοπλάστῳ fuere divinitus infusa: vide *Gen.* II. 19, 20. *Est quadam prodire tenus:* Ει δὲ ἄλλος νοεῖ ἑτέρως, κρατείτω τῆς ἑαυτοῦ γνώμης, ἐμὲ δ' οὐκ ἐνοχλείτω·—Nunquam hanc mihi fidem extorqueri sinam. Si quis litterarum supra hominem perspicax vigore mentis cuncta penetrantis per omnes loquendi formas permeare, et verba ad ultimam sui generis speciem redigere posset, ILLUM firmamenta cujusque sermonis in primævam, ut vocant, linguam resolvere potuisse mihi saltim probabile fit. *Verum haut facile est te venire illo, ubi sita est sapientia; Spissum est iter, apisci haut possis nisi cum magna miseria*[10]. Danais consonantes severæ limæ labore adeo corradere solenne fuit, quo nativam quandam dulcedinem suis vocabulis concilient, ut Attica loquela quibusdam tanquam ΑΥΤΟΧΘΩΝ videatur. Hoc posito, quicunque origines ex profundissimo dialectorum sinu

10. Quam lubrica via insistant ii qui talia aggrediuntur, optime explicuit limati judicii vir, loco Anglice scripto de cautione illis adhibenda qui rerum naturalium proprietates experiundo rimari tentant: *This, indeed, is the* Fatal Point, *about which so many of the greatest* Wits *of all Ages have miscarried; and commonly, the greater the Wit, the more has been* the danger: *so many wary steps ought to be trodden in this uncertain path: such a multitude of pleasing* Errors, *false* Lights, *disguised* Lies, *deceitful* Fancies, *must be escap'd; so much care must be taken, to get into the right way at first: so much, to continue in it; and at last, the greatest caution still remaining to be us'd; lest when the treasure is in our view, we undo all, by catching at it too soon, with too greedy and rash a hand.* Sprat's Hist. of the R. S. pp. 100, 1.

eruere atque in lucem retrahere nititur, illi metuo ut desint subsidia, quæ ex intimo augurandi artificio nunquam depromet.

Huic alteri editioni *Sanctamandi* observationes in Comicum debeo, et iis quasdam *Matthæi Raperi* exemplari suppeditatas non prorsus temere interposui. Ex eodem fonte TYRWHITTI tam humanitate animi quam comitate morum nemini secundi, necnon exquisita et singulari eruditione inter suæ ætatis ingenuos facile principis, schediasma ad Dawesium hausi. Alias etiam schedas meis usibus humaniter concessit *Thomas Tyrwhittus*, illius propinquus, cui idcirco pro hoc munere debitas ago agamque gratias. Quod dedicationem huic Viro ab amico suo præfixam servandam curaverim, totum hoc, lector benigne, peto atque efflagito, ut observantiæ benevolentiæque potius, quam inanis gloriæ aucupio, acceptum referre velis. Merces quoque pretiosas BENTLEII, qui summum Critices principatum tenet, in meis adnotatiunculis non raro reperies. PORSONUS etiam, qui Bentleio unico fasces submittit, *Dawesio* suo opem auxiliumque contulit; additamenta ex exemplari, quod mihi benevole donavit, descripta suis locis adjeci: accedunt et ejusdem alia, quasi præsidium et ornamentum *Dawesio*, quorum inspectio humanitate viri amicissimi mihi cedebat: Juveniles plerumque notæ, veruntamen PORSONI juvenis, quas extuderat, dum accrescebat potius quam adhuc adoleverat linguæ notitia.

At Vir ille amicissimus, cujus nomen cunctis pietatis officiis prosequor, ἀνεπίληπτον ἠσκηκὼς βίον, ad plures decessit. DOBRÆO majora indies et magis ardua meditanti acerba fati vis intercessit. Vidimus

hunc in Græci Professoris Cathedram evectum; sed vidimus tantum; Ἰὼ βρότεια πράγματ'· εὐτυχοῦντα μὲν Σκιά τις ἂν τρέψειεν· εἰ δὲ δυστυχοῖ, Βολαῖς ὑγρώσσων σπόγγος ὤλεσεν γραφήν. Quicquid sit, Numinis ter Optumi Maxumi decretis animo demisso obtemperemus. Professor ὁ μακαρίτης doctrinæ divitiis, ingenii acumine, pervicacissima in quærendo constantia, recta judicii trutina conspicuus; in scriptis quæ in dias luminis oras prodierunt, "ubivis integerrima fides et probitas, tum factorum veritate, tum dictorum simplicitate elucent." Hic germanus *Porsoni* alumnus, literarum in Academia nostra decus, et literatorum amor, palam exemplo, privatim consiliis culturam sanam promovebat, et publicis literarum commodis liberaliter opitulabatur.—Mortem lentis passibus appropinquantem Christiana fide communitus haud formidavit: quamvis e caduco hoc deversorio evolans ad divinum animorum concilium discessit, qui *immortali ævo summa cum pace fruuntur;* non tamen hoc domicilium omnino omnis deseruit; quicquid ex illo amavimus, quicquid mirati sumus, manet, mansurumque est in pectoribus amicorum, in fama rerum: et ejus amicitiæ, quam sancte et constanter excoluimus, recordatio mihi jucundissima erit, *dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus. Elmsleius* quoque sermonis Attici arbiter elegantissimus sui triste nobis desiderium reliquit; tamen nolim dolorem, qui infixus animo hæret, virtutibus ejus commemorandis renovare. Gratiæ quoque *Gaisfordio* maximæ referantur, omnibus in confesso est, qui præ ardentissimo Græcas literas promovendi studio Platonis Codicem Clarkio-Bodleianum exactissime contulit, et omnia etiam minutissima quæque

adnotavit. Si eruditissimo et humanissimo Viro, *J. Fr. Boissonadio*, tot tantisque negotiis distento, liceat, ut operam suam in venerandæ antiquitatis membranis Parisiensibus regiis "1807 (olim 94 et 2087)" extra notatis navaret, et variantium lectionum congeriem eadem cura præstitam exinde depromeret, cum bonis omnibus summam inibit gratiam. Videntur hi Codices, quantum conjectura assequi possum, ex uno eodemque fonte derivati atque descripti; ac si Dialogi, Hippias uterque, Io, et Menexenus aut sub finem Clarkio-Bodleiani, aut initio Codicis Parisiensis superfuissent, corpus oppido quam pretiosum lectionum Platonicarum conficeretur.

Quod ad reculas meas attinet, paucis expediam. Scribebam non docendi studio, sed promissi reus factus, quod demum, utcunque potui, sedulo præstiti. Multis et magnis curis distento animus concidebat, torpebat manus: illa bonæ mentis soror, et sæpius contubernalis cogitata perficiendi consilium disjecit, inquam? an potius disperdidit: neque enim occupata opera, nec impedito animo res tanta suscipi potest. Nihilominus hortatoribus amicis nescio quomodo animus sese erigens telam, quam exorsus est, pertexere sustinuit. Initium a quinta sectione, utpote ad Atticarum venerum salubritatem perutili, jampridem feceram; et mea proinde quantulacunque ad typographi usum exscripseram. Sed cum aliis excusis ista quærerem, nusquam apparuere. Quam jacturam, mihi scilicet, non reipublicæ litterariæ, factam, nulla diligentia, quamvis summam adhibuerim, reparare potueram. Opposuit materiem fortuito potius conquisitam quam scite et affabre elaboratam festinata opera. "Quare, Lector benigne,

laboris mei, velim, faveas voto, indulgeas audaciæ." Illa vero ipsa operis denuo incepti lentitudine fiebat ut multa corrigerem, plura in melius digererem, et rei bene gerendæ succresceret uberior seges. Non gravatus essem quamplurima rescribere, et denuo cusa in ordinem magis lucidum redigere, si tempus mihi aut a pueritiæ disciplina aut ab aliis negotiis vacasset.

Reliquum unum illud est, quod plurimum me *Museo Britannico Præfecti*, et *Collegii S. S. et Indiv. Trinitatis* apud Cantabrigienses propensæ hac in re voluntati debere profitear. *Sociis Collegii Jesu* ibidem, propter summam animi benignitatem, vota facere nullo unquam tempore desistam: et beneficentiam " Virorum doctissimorum atque humanissimorum, quibus Typographei nostri cura demandata est," jucunda et grata recordatione, dum vivam, complectar. Quinetiam pronum animum Reverendi et perdocti viri, *Edvardi Moises*, qui munus a Dawesio olim susceptum hodierno die tam honeste exsequitur feliciterque gubernat, gratus et memor agnosco. Est et alter, egregius sane vir, qui nostra vota pro suo in Dawesium studio humaniter promovit, et cujus laudes sua modestia opprimit.

Dabam m. Nov. MDCCCXVII.; *Wymondami* retractabam m. Maii MDCCCXXVII.

Paginas editionis primæ in margine retinui, et fidelissime expressi; et in iis citandis vocula *infra* designatis, eadem editione usus sum. Quotiescunque Appendicem in notis respicio, lectorem rogatum volo ut paginas ad hanc editionem refingat.

CODICUM ARISTOPHANIS INDEX, QUOS AD DAWESIUM ADHIBUI.

A. MS. Arundelianus penes Regiam Societatem.

Barocc. 127. omnium vetustissimus; Ranæ a Bentleio, deinde totus a Porsono collatus; "incipit a versu 560. Pluti et desinit in versu 1340. Ranarum."

43. "Huic MSto, qui recentioris manus est, nec tam multa habet scholia, desunt in Pluto versus a 125. ad v. 348. et in Nubibus a 380. ad 545." Hos ambo ad loca a Dawesio tentata contulit *Burgessius.*

C. MS. Bibliothecæ Publicæ Cantabrigiensis, extra notatus Nn. 3. 3. Plutum et Nubes complectitur.

D, E. Duo exempla Pluti, Nubium, et Ranarum in eodem volumine notato Nn. 3. 15. ibidem.

F. MS. signatus Nn. 3. 16. Plutum et Nubes continet; ibidem.

H. MS. Harleianus 5725. in Museo Britannico Plutum et Nubes continet.

I. MS. Harleianus 5664, 6. ibidem. Tres priores fabulas habet; in locis quam plurimis cum Barocc. 127. consentit, atque ab eo describi videtur; hanc conjecturam nuper firmavit vir amicissimus, quem vide ad *R. P.* emendationes in Aristophanem.

T. MS. Harleianus 6307. Tres priores fabulas continet. Brevi prodibit horum MSS. uberior descriptio.

MISCELLANEA
CRITICA

IN

SECTIONES QUINQUE

DISPERTITA.

SCRIPSIT

RICHARDUS DAWES, A.M.

COLL. EMMAN. APUD CANTABRIGIENSES
NON ITA PRIDEM SOCIUS; HODIE LUDO
LITERARIO ET GERONTOCOMIO APUD
NOVOCASTRENSES PRÆFECTUS.

CANTABRIGIÆ

TYPIS ACADEMICIS EXCUDIT J. BENTHAM.
VENEUNT APUD GUL. THURLBOURN CANTAB.
ET JOHAN. BEECROFT LOND.

MDCCXLV.

LECTORI

S.

Lect.

At quo tuam hodie nescio quam, si diis placet, farraginem? Aliud scilicet dudum fecisti ut a te expectaremus. *Miltoni Græca metaphrasis* cœpit institui [1]; cur *Miscellanea* tandem *Critica* exeunt? Profecto tibi non sat commode temporibus hæc sunt devisa. *At noli quæso, o bone, plus nimio sævire. Olim quidem, absoluta* Paradisi Amissi *libri primi versione, eruditorum genti rem haud ingratam præstaturus mihi videbar, si illud operis incepti specimen publici juris fecissem. Verum enimvero*

Ου ταυτον ειδος εστι νυν των πραγματων [2].

Metaphrasin utique pro ea qua tunc temporis pollebam Græci sermonis peritia conscriptam, hodie cum jam egomet mea vineta [3] cædere valeam, solœcismis scatere comperi. Quod infortunium in cæteros itidem quosque, qui a sæculis recentioribus Græce scribere tentarunt, cadere dicendum est. Cujus rei, ut a meis erroribus initium faciam, insigni exemplo esse poterit ipsum illud quod olim exhibui versionis specimen:

1. Vide Appendicem, pp. 623—627., et *Hor.* A. P. 21.

2. *Eur.* Ion. 597. εἶδος φαίνεται τῶν editiones; vide *Stanl.* ad Æschyl. Agam. 1378.; nimirum ad saniorem mentem rediit, et Fabulas Attico lepore conditas legere quam ex Anglicis bonis Græcas non bonas facere maluit *Dawesius*. Conf. *Porsoni* Opusc. p. 53., et Pr. xli. xlii.

3. *Hor.* Epist. II, i, 220.

DAWESIUS

ii

———— *Ζησοιτε τρισολβιοι αγροι
Χαρματοοικητοι· φοβεραι [4] δ επιχαιρετ ερημοι,
Κοσμος ὑποχθονιος τε· συ δ ᾳδης ευρυβαθιστος
Ηγεμον ενδεξαιο [5] νεηλυδα, τον γε νοημα
Ου τοπῳ ουδε χρονῳ μετακινητον φορεοντα.
Αυτοτοπος [6] νοος εστι, και αυτοφυεσσ αρετῃσιν
Ουρανον αν περιοιδε μεταλλαξαι τε και ᾳδην.
Αυτοτατος δ αρ εων τιπτ αυ μελετῳμι τοποιο,
Τῳ μονον ουκ ισος τον ὑπερμεγαλυνε κεραυνος;
Αλλ ὡδε προεθηκεν ελευθεριης απολαυσειν
Αφθονος, αλλ ενθενδ Υψιζυγος ουποτ απειργει·
Ωδε μεν ἡσυχιοι βασιλευσομεν, αυταρ εγωγε
Ενδοξον καν ᾳδῃ οἴομαι εμβασιλευειν·
Μαλλον αν ᾳδοτυραννος η ουρανοδουλος εσοιμην [7].

Primo utique quo verbum ζησοιτε [8] *hic donatur usus*

4. Φοβερώτατον δ' ἐρημία Xenoph. Anab. II. 154. ed. Cant.

5. Soph. Aj. 395—Ἔρεβος ὦ φαεννότατον ὡς ἐμοί, Ἕλεσθ', ἕλεσθέ μ' οἰκήτορα, Ἕλεσθέ μ'.

6. Hor. Carm. II, xvi, 19, 20. Epist. I, xiv, 13. Cic. in Catil. I, xxi. Sallust. Jugurth. I, ii, 3.

7. Eur. Ph. 514. Ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' αἰθέρος πρὸς ἀντολὰς, Καὶ γῆς ἔνερθε, δυνατὸς ὢν δρᾶσαι τάδε, Τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα. Troad. 1177. τῆς ἰσοθέου τυραννίδος. Longe aliter Achilles Odyss. Λ. 488. Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισι Ϝανάσσειν.

8. ζήσοιτε. Hujus futuri activa forma non comparet. Soph. Ph. 1453. χαῖρ', ὦ μέλαθρον ξύμφρουρον ἐμοὶ, 1464. χαῖρ', ὦ Λήμνου πέδον ἀμφίαλον—ἀλλὰ χαίρετ', ὦ πόλις, Καὶ γαῖ' Ἐρεχθέως Eur. Hipp. 1097. *Monk.* &c. " Babrii Fab. CXLIX. 5. Χ' ἡ μεν χελιδων φησι, φιλτατη, ζωοις· Exemplum certe desidero, in quo ζωοις (in hoc scilicet orationis genere) pro formula salutandi usurpetur. Verisimilius igitur arbitror Babrium scripsisse, φιλτατη, ΧΑΙΡΟΙΣ, et syllabam priorem του ζωοις ex ver-

Græci sermonis ingenio adversatur. Neque enim LECT.
futurum istius formæ, quod tamen ante me nemo quod sciam observavit, optanti unquam tribuitur[9]. *Sed neque istius familiæ quidquam apud scriptores Græcos* valedicendi *notionem sortitur. Quod autem dixerit poeta Romanus,* vivite sylvæ[10]; *nihili plane est. Deinde, voculam* αν *cum verbo* περιοιδε *conjungi vetat Græcorum scriptorum consuetudo. Nec vero eam ad infinitum* μεταλλαξαι *nisi sensu prorsus alieno rettuleris. Tertio, verbum* αυτοτατος *utpote ab Aristophane*[11] *licentia comica confictum hujusmodi Poematis metaphrasi parum convenit. Quod autem* iii
adhuc gravius est, quæ ei ab Aristophane notio tribuitur ab hujus orationis indole plus nimio abhorret: aliud utique est cui æquipollet Plautinum ipsissimus, *aliud quod in hunc locum cadit,* idem. *Atque hunc quidem sensum ne ipsi quidem Comico nisi articuli ope forma superlativa donare licuisset. Nempe qua ratione ab* αυτος ipse *confingitur* αυτοτατος ipsissimus, *eadem plane ab* ὁ αυτος idem[12] *confieri oporteret* ὁ αυτοτατος, *si ita vis,* maxime-idem. *Quarto, vitiosa est loquendi ratio* τιπτ αυ μελετῳμι. *Oportet vero* τιπτ αν. *Qua de re vide pag.* 207 (387). *Quinto, futurum* απολαυσειν *nullum est: neque enim nisi forma*

su præcedenti irrepsisse, errore librariis familiarissimo." Tyrwhitt. p. 37. Meminisse libet Plutarch. Vit. Alexandri p. 701. D. E. ἐκαλεῖτο δὲ Σφίνης· ἐπεὶ δὲ κατ' Ἰνδικὴν γλῶτταν τῷ ΚΑΛ'Ε προσαγορεύων ἀντὶ τοῦ ΧΑ'ΙΡΕΙΝ τοὺς ἐντυγχανόντας ἠσπάζετο, Καλανὸς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ὠνομάσθη.

9. Vide infra p. 168.

10. Virg. Æn. III, 493.

11. Plut. 83. Χρ. ἐκεῖνος αὐτός; Πλ. αὐτότατος. Conf. *Kusterum* apud *R. P.* ad l.

12. Vide infra ad pp. 221. 658.

DAWESIUS *media dicitur* απολαυσεσθαι; *quanquam aoristus tamen activus* απελαυσα *passim reperiatur, medius vero* απελαυσαμην *nusquam extet.*

Aristoph. Av. 177.

ΑΠΟΛΑΥΣΟΜΑΙ τι[13] γ ει διαστραφησομαι.

13. "*Vulgo deest τί, quod conjecit supplendum Kusterus; idem tamen hujus conjecturæ laudem imminuit, alia subjungenda, in quam se propensiorem significavit, γὰρ scilicet pro γ', cum illud τί clare exhibet editio Aldina.*" Ricardus Porsonus ad *R. D.* "et ita ex Veneta edidit Berglerus." Idem apud *P. P. Dobræum.* Equit. 175. Εὐδαιμονήσω γ', εἰ διαστραφήσομαι. Istud γε etiam haud exiguo ad sensum discrimine, ad numeros maximo; Atticis enim non licuit γε post jusjurandum continuo ponere, nullo alio vocabulo interjecto: Eccles. 735. Νὴ Δία, μέλαινά γ', οὐδ' ἂν εἰ τὸ φάρμακον, ut crebro cum amicos, tum lectores monuit *R. P.*; conf. *Censur. Crit. (March,* 1805. *p.* 234.), ad Hec. 399. Ph. 1638. Advers. p. 33. I. 'ΑΠΟΛΑΥΣΟΜΑΙ· 'Απολαύσομαι κάλλιον ἢ ἀπολαύσω, inquit Thomas Magister *Vascosanii;* Plato Phædr. p. 234. A. ἀπολαύσονται. Xenoph. Mem. II. ii. 4. ἐπεὶ τούτου γε τῶν ἀπολυσόντων μεσταὶ μὲν αἱ ὁδοὶ, μεστὰ δὲ οἰκήματα. ἀπολαυόντων correxit nescio quis in margine exemplaris Herodoti Larcheriani Vol. II. p. 446. ab amico obiter inspecti; sed vide Addend. ad p. 140. col. 1. l. 18. Isocratis Ep. ad Jasonis filios p. 603. l. penult. καὶ τούτων ἀπολαύσεσθαι προσδοκῶσι. Demosth. de Contribut. p. 171, 23. ἀπολαύσειν *Reiskius;* sed vulgata ἀπολαύων retinenda. Eur. Iph. T. 526. 'Απέλαυσα. sed in Aristoph. Av. 1358. ἀπελαυσάμην e Reiskio tacite edidit Brunckius; ἀπέλαυσα γὰρ, νὴ τὸν Δί',—editiones veteres; ἀπέλαυσα γὰρ ἂν, νὴ τὸν Δί', cod. RAV., lege igitur, ἀπέλαυσά γ' ἂν, νὴ τὸν Δί',—Demosth. adv. Olympiodor. p. 1279. *Bekker.* καὶ τῆς κοινωνίας τῆς πρὸς τοῦτον ταῦτ' ἐγὼ ἀπέλαυσα. Inscriptio juxta Sphingem Ægyptiacam reperta l. 9, 10. ΑΠΕΛΑΥ-CE Aristoph. Plut. 1233. τί γὰρ ἄλλ' ἂν ἀπολαύσαιμι—conf. *P. P. D.* Addend. p. (122). Thucyd. II, 53. ἀπολαῦσαι. Aristophon in Pythagorista apud Athen. VI, p. 238. C. ἀπολαῦσαι θύμων λαχάνων τε. II. "ΑιΣΟΜΑΙ· Aris-

toph. Vesp. 1231. ἕτερον ᾄσομαι. 1244. κᾆτ' ᾄσεται. sed vide infra ad pp. 534, 5. *Valck.* ad Ph. 1651. *Markl.* ad Suppl. 932 (942. Ox.), qui in altera editione se spreti Dawesiani decreti pœnas dedisse callide dissimulat. Pind. Ol. XIII, 1—Τρισολυμπιονίκαν ἐπαινέων Οἶκον, ἅμερον ἀστοῖς, Ξένοισι δὲ θεράποντα, γνώσομαι Τὰν ὀλβίαν Κόρινθον, Lege, θεράπαιναν, ᾎΣΟΜΑΙ τὰν ὀ. Κ.,—et vide Athen. XIII. p. 574. F. Pac. 1279. ἀλλὰ τί δῆτ' ᾄδω; Plato de Legg. VIII. p. 829. D. μηδέ τινα τολμᾷν ᾄδειν ἀδόκιμον μοῦσαν, μὴ κρινάντων τῶν νομοφυλάκων, μηδ' ἂν ἡδίων ᾖ τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφείων ὕμνων. Pac. 1303. ὅσ' ᾖσας. Nub. 1375. Ὁ δ' εὐθὺς ᾖσ' Εὐριπίδου ῥῆσίν τιν'—Pac. 1296. ᾆσον, πρὶν εἰσιέναι, τι. Eq. 405. ᾄσαιμι γὰρ τότ' ἂν μόνον. Av. 489. ὁπόταν νόμον ὄρθριον ᾄσῃ. 408. Βακχέβακχον ᾆσαι. III. ἈΚΟΥΣΟΜΑΙ· *G. Lecapenus* p. 56. Ἀκούσομαι δεῖ γράφειν τὸν μέλλοντα κατ' Ἀττικοὺς, καὶ οὐκ ἀκούσω, [ὥσπερ δὴ καὶ θρύψομαι, καὶ ἀποκρύψομαι, οὐ μὴν δὲ θρύψω καὶ ἀποκρύψω.] "—Ἀκούσομαι· ἀκούσεσθαι quorumvis erant Græcorum in usu; futurum activum ἀκούσω· ἀκούσειν· veteribus erat inusitatum." *Valck.* in Phalaridea, XXII.; conf. *R. P.* Advers. p. 130. (Opusc. p. 33.) *Archilochus* Herodiani a *Porsono* in PRÆF. citatus, Λεωφίλῳ δὲ πάντα κεῖται, Λεώφιλε δ' ἄκουε. Sic Codices Havniensis et Marcianus; Λεώφιλος δ' ἄκουε. Parisiensis uterque; Λεωφίλου δ' ἀκούεται *Porsonus;* Λ. ἀκούσεται *Elmsleius.* Conf. Æschyl. Septheb. 196. Pers. 712. Eum. 306. 626. Eur. Heracl. 999. Aristoph. Equit. 456. Aristoph. Ach. 321. Δικ. Οὐδ' ἀκούσεσθ', οὐδ' ἀκούσεσθ' ἐτεὸν, ὦ 'χαρνῆδαι. *Tyrwhitt.* Conj. p. 42. Thesm. 1178 (1167). scribendum ἀκούσῃτ' *Elmsl.* in Addend. ad Ach. 295. Vide *Hotib.* ad l., et *Reisig.* Conject. p. 210. Lex. Sangerm. p. 372, 14. Ἀκουσέτην Σοφοκλῆς ἔφη· Ἀκούσεσθαι δὲ Ἀριστοφάνης. " Sed ibid. p. 369, 13. Ἀκουσείων: ἀντὶ τοῦ ἀκουσόμενος. Unde forsan legendum Ἀκουσείειν." DOBRÆUS in Addend. ad Thesm. l. c. Nihil verius. [Hippocratis ὍΡΚΟΣ, Ἃ δὲ ἂν ἐν θεραπείῃ ἢ ἴδω, ἢ ἀκούσω—ἀκ. formæ subjunctivæ.] Thucyd. I, 140. ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούσοντες. sed ὑπακούσαντες Codices. et ibid. 143. ὑπακούσεσθε. Demosth. adv. Aristogit. p. 493. *Lambin.* = p. 795, 15, 16. *Reisk.* εἰ τοίνυν ἀκούσετε [καὶ *Bekker.*] τὰς βλασφημίας, ἃς κατὰ τὴν ἀγορὰν περιϊὼν καθ' ὑμῶν ἔλεγεν, ἔτι μᾶλλον ἂν αὐτὸν μισήσαιτε, καὶ δικαίως. ἀκούσαιτε

LECT.

DAWESIUS *Plut.* 236.

Αγαθον γαρ ΑΠΕΛΑΥΣ ουδεν αυτου πωποτε·

Similiter a verbis ᾳδω, ακουω, *usurpantur* ᾳσομαι, ακουσομαι; ῃσα, ηκουσα. *At* ᾳσω, ακουσω *non sunt nisi aoristi subjunctivi;* ῃσαμην *autem et* ηκουσαμην *plane nihili. Eandem et alia analogiam haud pauca sequuntur. Nec vero futurum verbo* προεθηκεν *commode subjungi potest. Sexto, præsenti* απειργει *usus hic tribuitur neutiquam defendendus. Neque enim Homerici illius in Notis laudati,*

iv 14 Ἠ ρ αυτις πολεμος τε κακος και φυλοπις αινη

Reiskius, et e Codice Antverp. *Bekker.* Leptin. p. 113. *F. A. Wolf.* = p. 557. *Bekker.* οὔτ' ἐνεχθεὶς αὐτοῖς ἄλλος οὐδεὶς ἀντιδοῦναι· οἷς οὐκ ἀκουστέον, ἂν ἐναντία τόλμᾳ λέγειν. Lege, ὩΣ οὐκ ἀκ. Aj. 1141. σὺ δ' ἀντάκουσον probabiliter suggessit doctissimus Aristotelei libri interpres p. 201. Æschyl. Eum. 198. Ἄναξ Ἄπολλον, ἀντάκουσον ἐν μέρει· vide Œd. Tyr. 544. Eur. Suppl. 569. Sed medelam expectat Æschyl. Agam. 1406. καὶ τήνδ' ἀκούσεις ὁρκίων ἐμῶν θέμιν· Nub. 1005. repone ex MS. Brunckii ἀποθρέξει.

14. Ἦ ῥ' αὖτις—Hoc interrogative efferendum, *nunquid rursus erit bellum, an turpiter pacem statuet?* non ut vulgo, *aut bellum erit aut pax.* Ἦ ῥὰ *num, nunquid,* ut mox v. 93. Ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο, Ricardus Bentleius. Qui lectionem edd. non odit, amet perdite vaticinium illud ridiculum Tiresiæ, (Hor. Serm. ii, v, 59.) *O Laërtide, quicquid dicam,* aut erit, aut non: *Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.*—Ubi ex codicibus duobus, *mihi magnus,* et tertio, *donavit,* præbente, eruit olim Vir perdoctus,—*O Laërtiade, quicquid dicam,* aut erit aut non Divinare *mihi magnus donavit Apollo.* Ovid. Met. i, 391. *Aut fallax, ait, est solertia nobis, Aut pia sunt, nullumque nefas oracula suadent. Marklandum* in Epistolas ad Brutum p. 349. explosas vulgatum sequi, profecto mirum. Meminisse libet Torrentii verbum *dico* Bentleio juveni placuisse, ut patet e *Prælect. Boyleiana* III. 104.

Εσσεται, η φιλοτητα μετ αμφοτεροισι ΤΙΘΗΣΙ LECT.
Ζευς, ὅς τ ανθρωπων [15] ταμιης πολεμοιο τετυκται,

ea est indoles ut verbum τιθησι, *uti olim mihi visum est, futuri loco usurpetur. Valet utique* φιλοτητα τιθησι *quod Anglice dicimus* is bringing about a peace [16]. *Hunc autem qualemcunque errorem cum eruditorum plerorumque omnium doctrinæ, tum præcipue cujusdam auctoritati* [17] *acceptum refero, a quo hujusmodi aliosque haud paucos barbarismos elegantiarum nomine insignire didiceram. Septimo,* μαλλον αν εσοιμην *locutio est Græcis ignota. Futurum utique formæ optativæ nihilo rectius cum particula* αν *conjungitur* [18], *quam optanti tribuitur. Adi autem sis pag.* 103 (168) [19]. *Vocem porro* ᾳδης, *(accuratius* ᾳδης [20], *nam Iones dicunt* αϜιδης) *quæ* locum *hic*

15. Non placent duo illi genitivi. Unus Harleianus, Ζεὺς ὅστ' ἀνθρώποις—atque eadem varietas Il. T. 224. *R. B.*

16. Æschyl. P. V. 846. Ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα.

17. Fortasse, *Antonio Blackwall*; vide (*Sacred Classics defended and illustrated*, Vol. I. pp. 83. 100.) ed. nov. *Jacobus Tate.*

18. Philetærus Athenæi VII, 280. C, D. Εἰς αὔριον δὲ μηδὲ φροντίζειν, τί ἂν Ἔσται· *Grotius*; εἴη legendum conjecit *Walpole.*

19. Æschyl. Agam. 589. γυναῖκα πιστὴν δ' ἐν δόμοις εὕροι μολών. vide *Blomfield.* ad l. Soph. Aj. 550. Ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος. 821. ποῦ Τεῦκρος; ὡς ἀκμαῖος, εἰ βαίη, μόλοι. *Elmsleius in Mus. Crit.* N°. III. pp. 366, 7. Œd. Col. 421. Ἀλλ' οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην Ἔριν κατασβέσειεν, ἐν δ' ἐμοὶ τέλος Αὐτοῖν γένοιτο τῆσδε τῆς μάχης πέρι. Eur. Ph. 586. μήποτ', ὦ τέκνον, κλέος Τοιόνδε σοὶ γένοιθ' ὑφ' Ἑλλήνων λαβεῖν.

20. ἈϜΙΔΗΣ — Ἀΐδης — Ἅιδης· sed vide *R. P.* ad Eur. Suppl. 75. in Advss. p. 227. et ad Hec. 1010. et infra pp. 245. 513. Soph. Aj. 517. *Musgr.* ἀλλ' ἡ μοῖρα τὸν φύσαντά με Καθεῖλεν

DAWESIUS —— *quater denotat, perperam toties adhiberi non jam de plano assevero; id vero a scriptorum vere Græcorum nemine unquam factum esse mihi persuasum est. Illud denique non immerito reprehenderis, quod verba hic occurrant analogiam partim Atticam partim Ionicam referentia. Diversas utique Græciæ dialectos neminem unquam serio confudisse crediderim, nisi qui nullam accurate intellexerit*[21]. *Cujus rei argumento est quod apud Aristophanem legitur Pac.* 928.

ΤΡ. Τι δαι [22] δοκει σοι δητα των λοιπων; ΧΟ. ΟΨΙ.

Ἀιδου θανασίμους οἰκήτορας. " Sic Euripides—λαὸς οἰκήτωρ θεοῦ, Androm. 1092."

21. Append. p. 632. " Qui existimant Homerum dialectos pro re et occasione immiscuisse, non cogitant, quod tamen verum esse videtur, dialectos nihil aliud esse nisi unius et ejusdem linguæ mutationes inter progrediendum a rudibus suis principiis ad elegantiam factas. Græcam linguam antiquissimam putem a vetere Æolica haud ita diversam fuisse; et linguam Græciæ, florente Æolica, ut postea vocabatur, nondum illo dialectorum discrimine insignitam; itaque nondum nomina Αιολιδος, Ιαδος, Ατθιδος, innotuisse; verum hasce dialectos ab antiquissima lingua, et deinde adeo ab Æolica, profectas et variatas, tot esse mutationum et progressionis indicia, quot loquendi characteras constituant. In dialectorum progressione quæque superior dialectus sequutæ principia continebat. Namque linguarum innovationes, quæ deinceps ita valerent, ut majores characteras sive dialectos facerent, non subito factæ sunt. Verum enim dum nova aliqua usu veniant, multa vetera nondum exolescunt: nec fieri potuit quin multa adeo necessitudinem haberent etiam in plurimis diversissimæ dialecti. Quot Æolicæ cum Ionica, quot Ionicæ cum vetere Attica sunt communia?" Burgess. Pr. xix—xxi.; conf. *Quintil.* viii, iii, 59, 60.

22. " τί δὴ Ald. Kuster. et Junt. 1. τῷ δὴ Junt. 2." *R. P.* et *P. P. D.*

ΤΡ. OWI. ΧΟ. Ναι μα Δι. ΤΡ. Αλλα τουτο γ εστ ΙΩΝΙΚΟΝ LECT.

*Το ῥημα γ [23]. ΧΟ. Επιτηδες γ, ἱν εν τηκκλησιᾳ V

23. Dele istud ineptum γέ, et corrige partim e codice Rav. partim e Reiskio; τὸ ῥῆμ'. ΧΟ. Ἐπιτηδές γ' ἵν', ἐὰν ἐν τῇ 'κκλησίᾳ, Ὡς χρὴ πολεμεῖν ΛΕΓΗι τις, οἱ καθήμενοι—Voculæ γε et τε *utcunque nugæ videantur, tamen seria ducent in mala, ubi fuerint neglectæ*: Eur. Alcest. 662. ed. Wakef. Κἀγώ τ' ἂν ἔζων, χ' ἥδε τὸν λοιπὸν χρόνον,—sed Piersonum ad Mœr. p. 149. versum ab Etymol. Mag. 413. l. 8. citatum, κἀγώ γ' ἂν ἔζην, καὶ σὺ τὸν λοιπὸν χρόνον pro illo incuria venditantem W. secutus est, et ἔζην pro ἔζων, *Piersono* suadente, tanquam rariorem formam prætulit; quod si aliis vocibus hodierno die nobis ferme peregrinis idem accidisset, vocabula sermoni propiora fierent sua vice prorsus incognita. Versus scilicet apud Etymologum est 302. editionis Wakef., in quo γε suum locum occupat, et in v. 662. τε apte inserta vim claram retinet. Particulam hanc præclare restituit Sophocli Ant. 456. Οὐ γάρ τι νῦν ΤΕ κἀχθὲς,—[*Edinb. Rev. No.* XIV. 306.] corrigit etiam τοῦτο—φανῇ [Tr. 251. Ζεὺς ὅτου πράκτωρ φανῇ.] Adverss. 171. Furcillis expulit γε ex Iph. Aul. 1141. πάντ' οἶδα, καὶ πεπύσμεθ' ἃ'ν μέλλῃς με δρᾷν. *R. P.*—ἃ σὺ μέλλεις με δρᾷν. *Elmsleius* in *Censur. Trimest.* (*Q. Rev.* No. XIV. p. 458.) Hec. 242. ΟΔ. Οἶδ'· οὐ γὰρ ἄκρας καρδίας ἔψαυσέ μου. 244. ΟΔ. Μεμνήμεθ' εἰς κίνδυνον ἐλθόντες μέγαν. 1. De transitione a singulari ad pluralem vide Soph. Ant. 1194, 5. Ph. 497—9. Eur. Hec. 277, 8. Or. 910. Ph. 982. αὐτὸς δ' ἐν ὡραίῳ γὰρ ἵσταμαι βίῳ. ἕσταμεν " Flor. A. 10. 2. Vict." *Matthiæ* Iph. T. 78. Troad. 897. Aristoph. Lys. 516, 7. Herodot. vii, 203.: 2. et a plurali ad singularem; *R. P.* Præf. P. xli. Med. 222. Hipp. 79. Ar. Vesp. 565, 6. Herodot. i, 195. 197. Plato. Protag. p. 345. D. 5. οὐ γὰρ οὕτως ἀπαίδευτος ἦν Σιμωνίδης, ὥστε τούτους φάναι ἐπαινεῖν, ὃς ἂν ἑκὼν μηδὲν κακὸν ποιῇ. Vide *Heindorf.* ad Gorg. §. 75. Phædo. §. 17. Protag. §. 28. Perrara hujus variatæ constructionis exempla, sed ab hoc loco aliena, attigit *Bentleius* in Præf. ad Dissert. de Phalarid. P. lxxi. Virg. Æn. iii, 83. Jungimus *hospitio dextras, et tecta* subimus. *Templa dei saxo* venerabar *structa*

DAWESIUS — (Ως χρη πολεμειν λεγει τις;) οι καθημενοι
Υπο του δεους λεγωσ ΙΩΝΙΚΩΣ, OWI.

Nimirum cum Chorus OWI *(unde Latinorum* ovis) *protulerit, objicit Trygæus vocem istam esse* Ionicam: *Chorus autem ita respondet, ut consulto joci solius causa eam a se usurpatam suggerat. Unde colligo Ionicum* OWI *homini Attico serio adhibere non licuisse. Alioqui enim objectioni a Trygæo allatæ nullus fuisset locus. Hæc autem de meis tam ingenue dicta (neque enim eorum quidquam ab alio quovis objectum cognovi) facient opinor ut quotiescunque a viris eruditissimis dissentiam, atque eorum itidem (verbo absit invidia) errores coarguam; id non jam de eorum*

vetusto; veneramur *R. B.* Personarum etiam mutationem nonnunquam librariis imputandam censeo; Demosth. adv. Euerg. et Mnesib. p. 1150. *Reisk.* = 1255. *Bekker.* ἔτυχε γὰρ ἡ θύρα ἀνεῳγμένη, ὡς ἦλθεν ὁ Θεόφημος, καὶ ἔτι ἤμελλεν εἰσιέναι· καὶ ἐπεπύσμην αὐτὸν ὅτι οὐκ εἴη γεγαμηκώς. εἰσιόντος δέ μου— lege et distingue,—καὶ ἔτι ἤμελλΟν εἰσιέναι, καὶ ἐπεπύσμην—. In Œd. Col. 1634. lege, τελεῖν δ' ὅσ' ἂν Μέλλῃς φρονεῖν εὖ ξυμφέροντ' αὐταῖς *del.* 1773. δράσω καὶ τάδε, καὶ πάνθ' ὅποσ' ἂν Μέλλω πράσσειν—Æschyl. Agam. 983. μέλοι δέ τοι σοὶ τῶνπερ ἂν μέλλῃς τελεῖν. Tr. 285. χωροῦσι [ἥκουσι *R. P.* ad Or. 1645.] πρός σε· ταῦτα γὰρ πόσις θ' ὁ σὸς Ἐφεῖτ', ἐγὼ δὲ, πιστὸς ὢν κείνῳ, τελῶ. τε MS. Harl. Or. 73. κασίγνητός θ' ὁ σός. *R. P.*; vide *Markland.* ad Suppl. 1181 = 1191. Il. E. 878. Σοί τ' ἐπιπείθονται, καὶ δεδμήμεσθα Fέκαστος. Σοί γ' MS. Harl. Soph. Œd. Col. 1109. Δυσμόρου γε δύσμορα optime Tyrwhittus, quem tacite sequitur *Brunckius.* Vide *R. P.* ad Aj. 1087=1068. Ut vero "hujus effectus perceptio ex usu diuturno Græci sermonis, ex diligenti lectione, ex attenta meditatione pendeat," e cathedra sedulo nos monuit summus Prælector. — Xenoph. Hellen. p. 263. l. 37. ἐὰν μὴ ἀφῶσι τὴν ἐκκλησίαν,—Lege, τὴν κλῆσιν.

laudibus derogandi, sed veræ eruditionis excolendæ studio unice fieri videatur. LECT.

At quidni *Metaphrasin* pro accuratiori quam hodie præ te fers linguæ præstantissimæ cognitione refingendam in te recipias? *Reciperem sane, ni otium, quo non ita abunde utor, in emaculandis veterum poetarum operibus magis e re literaria mihi viderer conlocaturus. Immo recepturum me polliceor, si eruditorum gentem mecum non itidem sentire intellexero. Sciendum est utique, si cujus forte id scire intersit, poetarum me Atticorum, uti et Homeri Pindarique editionem moliri; ab Aristophane, cujus unius in scriptis loca ut minimum bis *mille emendaturus* vi
mihi videor, brevi exorsurum. Ea autem in provincia administranda quid tandem a me fas sit expectare, τεκμηρίῳ *utentur eruditi subjectis studiorum meorum primitiis. Nostras porro qualescunque curas alia itidem emendationum supellectile quam suppeditarunt cum viri doctissimi tum præcipue Scaliger alter, lucidissimum illud cœli literarii decus*[24]*; pro judicii certe nostri modulo exornandas curabimus.*

Expectabunt fortasse nonnulli, ut Miscellaneorum Criticorum auctor ipsam Critices virtutem contra convitia a quibusdam hominibus jactari solita defensum eam. Ii vero mihi ignoscant velim, si otium forte meum pluris æstimem, quam quod istiusmodi homini-

24. *Hor.* Carm. Sæc. 2. Hujus emendationes calci ed. Lugd. Bat. 1624. subjectas reperiet lector. "Sciunt enim omnes, qui me norunt; et, si vitam mihi Deus O. M. prorogaverit, scient etiam posteri, ut te et τὸν πάνυ *Spanhemium*, geminos hujus ævi Dioscuros, lucida Literarum sidera, semper prædicaverim, semper veneratus sim." *Grævio* Bentleius, p. 98.

DAWESIUS *bus, præsertim cum* Latine *scribam, impendendum censeam. Immo pergant festiva capita, ingenii quo destituuntur loco, frontis qua egregie pollent perfrictæ ope niti; pergant quas beata stoliditatis, malignitatis, atque invidiæ conjuratio abunde suggerit ineptias apud imperitos suique adeo similes deblaterare: pergant literarum humaniorum contemptum præ se ferendo ignorantiæ suæ velum obtendere conari: pergant divinam quam vocat præstantissimus Casaubonus Criticen*[25], *quibus solis possunt, convitiis cohonestare. Cum vero noster qualis qualis libellus in emendationibus potissimum versetur, ipsi emendatoris provinciæ, quam infra primum quem in arte*
vii *critica locum obtinere debet, ab eruditis *quibusdam deprimi video; honorem suum atque ordinem vindicare aggrediar. Nempe in critica palæstra palmarium esse volunt scripta supposititia a genuinis dignoscere, primasque adeo non jam emendationum scriptori, sed antisophistæ*[26] *deferunt. Verum enim-*

25. "Isti sunt, partim Democriti populares et Arcades βαλανηφάγοι, partim vitiligatores literas perverse docti, *divinæ Critices* (legitimam intelligo, non istam volvivagam, et, ut loquitur Tertullianus, passivam) hostes et contemptores; quorum fatuitatem aut κακοήθειαν tot locis magnus Galenus tam acriter est insectatus." Casaubonus *ad Lectorem Athenæi.* "Ipse quoque *Casaubonus* aliquando commentarii de *Critica et Criticis* spem fecit, aliis deinde laboribus interceptam. Vide ep. ejus 211. et 266. et Mericum Casaub. in pietate adversus paterni nominis hostes. p. 161." *Casauboniana*, p. 249.

26. "Fuit olim præcipua provincia criticorum, qua imprimis se commendabant, ut non tantum de omni genere scriptorum judicarent, variasque monstrarent virtutes et vitia, sed etiam unumquodque eorum proprio auctori assignarent." Bentleius in dis-

vero satis festinanter ac temere hoc fieri videtur. Quippe ad antisophistæ provinciam exornandam nil quidquam requiritur, nisi quod emendatori perinde sit necessarium. At quæ in hujus munere præcipuam partem constituunt, illi sine incommodo deesse poterunt. Quid enim? Unam locorum classem adversus germanam loquendi normam; alteram adversus indubitatæ historiæ fidem peccare; tertiam auctorem suum recte ratiocinandi imperitum arguere; quartam denique, si in pseudo-poetæ scriptis verseris, legibus prosoediacis adversari extra omnem controversiæ aleam posuisti. Euge! Antisophistæ munus laute

sertatione immortali de Phalaride, p. 9 = p. 4. *Lennep.* Etsi fortunas suas, qui loca depravata tam nullo molimine expediat, merito ac jure laudat; quicunque tamen censendi judicandique munus ita sustinet, ut vera a falsis et supposititiis discernat, fraudes suis vestigiis odoretur et demonstret, illum πολλῆς πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα attigisse prædicant eruditi; et qui illam Bentleii ἀγχινοίαν hac in palæstra imitari certatim contendunt, omnes eandem assequi desperant. Verba autem, quibus ad deterendas summi Critici laudes abutitur *Dawesius*, acerrimæ in Aristarchum nostrum et inimicitiis incensæ contentioni jure tribuamus; et *Ruhnkenio*, qui in Græciæ Latiique monumentis habitare solebat, mitem aurem accommodemus; "Omne critici officium tribus partibus absolvi constat, vel obscuris illustrandis, vel corrigendis pravis, vel sinceris ab adulterinis secernendis. Ultimum munus ut nobilissimum, ita difficillimum semper existimatum est; quo nemo fungi cum aliqua laude possit, nisi acerrimam, quam a natura nactus sit, judicandi facultatem assidua veterum Auctorum lectione subegerit." *Ep. Cr.* I, p. 4. Recte quoque *Schraderus*, quem hæc ipsa ars nobilitavit, eandem Crítices partem unam esse omnium difficillimam pronunciavit. "Nam cum tota constet ex variis studiis et artibus, in quibus singulis excellere difficile est, tum in hac præsertim sagacitas, et quædam divinatio, nec mediocris prudentia requiruntur." Emendat. p. 200.

h

DAW-ESIUS *administrasti: nisi forte quis usque adeo incommodus atque importunus reperiatur, ut aliqua insuper* τεκμηρια *poscat, quibus sophistarum et librariorum, ut criticorum mittam, flagitia internosci possint. At enim quam arduum insuper restet emendatori opus, mille argumentorum instar esse poterunt inconditæ eruditorum complurium conjecturæ, quos tamen ipsi vitiorum indoli commonstrandæ pares fuisse constet. Unum Kusterum in Notis ad Aristophanem videre est* metrum claudicans *centies crepantem, cum tamen*
viii *tot locorum ne * in uno quidem Viro Cl. conjectura feliciter cesserit. Ut de hac provincia non immerito quis hodie dixerit, quod olim de* κωμῳδοδιδασκαλιᾳ *Aristophanes*

——————ειναι χαλεπωτατον εργον ἁπαντων·
Πολλων γαρ δη πειρασαντων αυτην ολιγοις χαρισασθαι,[27]

27. Equit. 513. Vide *R. P.* apud *P. P. D.* ad l. Herodot. I, 9. μὴ φοβεῦ μήτε ἐμὲ, ὡς σέο πειρώμενος λέγω λόγον τόνδε. Æn. IV, 533. *rursusne procos inrisa priores* Experiar? Sprat. Hist. Soc. Reg. p. 124. *Whoever will make a right and fortunate* courtship to Nature, *he cannot enterprise, or attempt too much. Isocrates* in Panathen. II, p. 182. ed. *Battie.* ἀλλὰ, ὡς ἅπαντες μὲν ἂν ἐλπίσειαν, ἢ βουληθεῖεν, οὐδεὶς δ᾽ ἂν δυνηθείη ῥαδίως, πλὴν τῶν πονεῖν ἐθελόντων, καὶ σφόδρα προσεχόντων τὸν νοῦν. *Hor.* A. P. 240. *Ex noto fictum carmen sequar; ut sibi quivis* Speret idem; sudet multum, frustraque laboret Ausus idem. Similiter "*Lucian.* in Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν [II, 13.]. Καὶ τοίνυν ἡ ἱστορία, εἰ μὲν ἄλλως τὸ τερπνὸν παρεμπορεύσαιτο, πολλοὺς ἂν τοὺς ἐργάτας ἐπισπάσαιτο. MSS. ἐραστάς." *R. B.*, qui alicubi apud Scholiasten Aristophanis ἐραστὰς pro ἐργάτας reposuit. Valck. ad Ph. 1637. "In hac etiam arte *(critica)* nihil difficilius, quam id, quod se dicturos fuisse omnes putant, postquam audierunt." *Drydenus* nostras (in his ded. pr. to *Juvenal,*

esse rem omnium difficillimam: quippe quam multi cum jam ambierint, paucis tamen gratificatam esse. *Et criticorum profecto hoc nomine infelicium, serio mihi sum gratulaturus, si numerum jam satis superque amplum non adauxisse me cognovero.* LECT.

P. XIV.);—*when you have finish'd all, and it appears in its full Lustre, when the Diamond is not only found, but the roughness smooth'd, when it is cut into a Form, and set in Gold, then we cannot but acknowledge, that it is the Perfect Work of Art and Nature:* and every one will be so vain, to think he himself could have perform'd the like, till he attempts it.

CORRIGENDA.

P. xiii*. *l. penult. corrige,* Apud nostrates, *et P.* xiv*. *l.* 2. *lege,* enititur, sunt-quos

P. xx*. *Ordina sic;* Ed. *Kuster.* 146. *&c.* *et* Ed. *Basil.* *P.* 267. *l.* 12. *&c.*

P. xxvii*. *l.* 20. deferuntur.

P. xxix*. *col.* 2. *l.* 21. *corrige,* ἀλλ'

P. xxxv*. *l.* 5. *corrige,* præeunti

SECTIONUM TITULI.

SECTIO I.

Emendationes selectæ in Terentianum Maurum.

Terentiano usu venisse comperimus, ut fortunam
Hesychianæ quam maxime gemellam fuerit ex-
pertus[1]. Tantum non adeo totus uterque intercidit,
ut unicum utriusque exemplar aliquando superfuerit.
Neque igitur mirari subest illius perinde atque hujus
reliquias mendis haud levibus scatere. Quod si in
Hesychio longe major quam pro majori etiam mole
locorum corruptorum numerus conspiciatur, id vero
exinde contigisse censendum est, quod a multis jam
sæculis sermonis Romani longe majore quam Græci
peritia usi sint non solum librarii sed et humaniores
plerique omnes. Fecit quidem eruditorum cura ut
in Hesychio ingens mendorum cumulus partem haud
exiguam decreverit: fecit itidem ut Terentianus
haud paulo emaculatior evaserit. Sed necdum tamen
perfecit, quin restet adhuc in utroque satis superque
ampla materies, in qua se exercere possit Criticorum
genti quicquid est ingenii. Eos ad utramque Spartam
adornandam * studiorum suorum aliquantulum certe 2
conlaturos speramus. Interim vero libet et nobis,
qualicunque successu in re critica versatis, eorum

1. *Hesychii* Codex unicus adhuc superest in Bibliotheca Marciana Venetiis adservatus, ad quem summa cum religione, ut mihi quidem videtur, editionem Albertinam exegit, veteris scripturæ quantumvis perversæ vestigia bona fide eruit, et curas suas magno literarum emolumento in lucem protulit *N. Schowius*, *Lipsiæ* 1792. Utinam quispiam hodie rem litterariam locupletaret isto Mauri codice olim Bobii in Cœnobio, ex quo effluxit Editio prima.

SECT. I. quæ in Terentiano haud plane pœnitenda videmur occupasse, partem hic aliquam secernendam curare. Edit. *Sanctand.* 1584. [2] pag. 16. l. 9. [= v. 282. ed. *L. Santenii.*]

Addita styli sublevaret siccioris tædium]

Circumfertur hæc linea plane ἀμετρὸς versus trochaici loco. Quicquid autem vitii hic deprehenditur, imperitam industriam sapit. Nempe a Terentiani manu profectum est,

Addita styli levaret [3] *siccioris tædium:*

corrector autem nescio quis, ultimam vocis *addita* hoc pacto produci ægre ferens, verbo *levaret* infausta manu voculam *sub* præfecit, eo scilicet consilio ut pes secundus anapæstus evaderet; nescius interim pedem illum revera, juxta regulam ab ipso Terentiano traditam, hac mutatione creticum effici. Is utique de elemento ἀρκτικῷ S agens pag. 42. l. 15. [= 1058.] hæc habet:

Quæ sibi tres tantum poterit subjungere mutas,
Si quando scutum, spumas, *vel* stamina *dico,*
Hæc sola efficiet nudo ut remanente trochæo
Spondeum geminæ possint firmare sonoræ.
3 **Exemplis an prava sequar, vel recta, probabo:*
Quisque scire *cupit, vel* quisque scribere *curat:*
Ante stare *decet quum dico et separo verbum:*
Ante Stesichorum *vatem natura creavit:*
Ultima vocalis remanens in fine trochæi
Excipitur geminis quis proximus exoritur pes;
Quæ, quanquam capite alterius verbi teneantur,
Sufficiant retro vires et tempus oportet.

Deinde lin. ult. [=1073, 4.]
Incipe *si dicas et* scire *aut* scribere *jungas*
Creticus *efficitur* ——

2. Editio Hieronymi Commelini, *R. B.*

3. *levaret* Aldi Manutii Inst. Grammat. p. 336. ed. Steph. et in exemplari suo *R. B.*

Eandem etiam rem pluribus exemplis illustrat, p. 44. [= 1104,—] Ex quibus abunde constat emendationis nostræ veritas. Cæterum hanc Terentiani regulam, cui etiam succinit Victorinus, in celebrioribus quibusque temporum recentiorum poematis solemniter neglectam videre est, uti in istis : SECT. I.

[4] *Læta nunc magnas habita*rĕ stellas :
[5] *Dissimulat variat*quĕ scenam :
[6] Cată spissos *supėr imbres equitarĕ :*
[7] *Regas*quĕ sceptro *sempiternum ferreo :*
[8] *Alter frugibus* horreă stipat.

Quod ne malum latius serpat, ludorum magistris canonem modo traditum discipulis inculcandum sedulo
commendo. Vix enim quisquam nunc * dierum est, 4
quin istud quod pag. 44. [=1122.] damnat Terentianus,

Ante supinatas Aquiloni ostendere strages,

versum probe heroicum existimet. Hinc etiam monendi veniunt futuri Poetarum Latinorum editores, ut siqua forte adversus hanc veterum magistrorum regulam peccantia deprehenderint, emendanda pro modulo certe suo curent. Verbi gratia, qui veteres magistros satis audiet, illud Ovidii Metam. I. 38. sic deinceps refingendum statuet :

Addidit et fontes, immensa et stagna, lacusque. [9]

4. Casimir. Carm. I. xviii. 6.
5. *Ibid.* II. xvi, 72.
6. *Ibid.* xxviii, 5.
7. Buchanani Ps. ii, 18.
8. *Ibid.* iv, 30.—*stipet* edd.
9. " *Aut etiam,* immensa stagna," *R. D. Curæ sec. et stagna immensa,* MSS. Bodleian. unus Cantab., et editiones veteres, Parm. 1489. Venet. 1493. Paris. 1496. Venet. 1498. Ald. 1504. Ven. 1518.—" Consultus vero a me vir doctissimus, THOMAS TYRWHITT, per literas libere et amicissime, ut solet, respondit '*copulam ad soni numerique integritatem requiri.*' Ad hæc vero subdit, quod memoria omnium, qui hæc sacra tractant, omnino dignum est: scilicet, '*non opus esse ad generalem aliquam metri aut grammaticæ regulam stabiliendam, ut convincatur, neminem poetam præproperum aut incuriosum contra eam unquam peccasse.*' Alterum deinde exemplum ex eodem *Ovi-*

SECT. I. Ubi vulgo perperam habetur *immensaquĕ stagna.* Noli tamen hanc ακριβειαν in Comicorum fabulis expectare. Nec vero mirari subest eam minus integram servari in illis Horatii scriptis, quæ *sermoni propiora*[10] ipse est professus. Illud porro monendum est hanc ἀκρίβειαν, quæ apud Græcos perpetua est, apud Latinos non nisi post Lucretii tempora obtinuisse. Virgiliani illius, Ponitĕ: spes *sibi quisque,* peculiarem rationem exposuit Victorinus, pag. 95. Ibi tamen forte legendum:

Ponite: quisque sibi spes, sed quam angusta videtis.[11]

dio addidit, Pont. II. 4. 6. *Ante meos oculos* tua stat, *tua semper imago est.*" *Burgessius.* Pene excidit monere *Numerosaque stagna* admittere cultissimum *Santenium* ad Hieron. Balbum, p. . . . De Ovidii versu e Met. quam rotunda sit lectio codicum Moreti, Medicæi, et unius Heinsii secundum Burmannum, non disputo; sed aio retinendam esse vulgatam lectionem vetustis editionibus, (nempe Parm. 1489. Ven. 1493, 1498. Paris. 1496. Ald. 1504. Ven. 1513.) ante Heinsii tempora innixam et firmatam. In altero ex Ponto, *præsto est tua* edd. Parm. 1489. Ven. 1498. Ald. 1533.; oculos *restat* tua *semper imago,* mihi haud displiceret, nisi *adstat* dudum restituisset R. Bentleius. Virg. Buc. VII. 31. *levi de marmore tota Puniceo* stabis *suras evincta cothurno.* Geo. III. 34. Stabunt *et Parii lapides spirantia signa,*—in Lucretio II. 24. mallem, *Si non aurea* STANT *juvenum simulacra per ædes,* Odyss. H. 100. Χρύσειοι δ' ἄρα κοῦροι ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν Ἕστασαν. Sed non idem jus sua ætate Virgilio, quod olim Lucretio monuit Dawesius. Sen. Thyest. 744. Exhorruistis? hactenus *sistat* nefas, Pius est. *si stat* sagacissime restituit N. Heins. ad Sil. Ital. II. 639. *tu stas*—Edinb. Rev. No. XXXV. 388.

10. Serm. I. iv, 42.

11. "*sic scriptum puta:* Virgiliano *quidem in isto Æn.* XI. 309. Ponite: spes *sibi quisque; sed hæc quam angusta videtis, docet* Victorinus pag. 95. *primum pedem non esse creticum duabus de causis: primo utique quod pars orationis compleatur cum pede; deinde quod sequens vocabulum* spes *alium inchoet sensum. Atqui utrumque nihili plane esse argumento est alter ejusdem Poetæ locus Æn.* IX. 37. *Ferte citi ferrum; date* telā: scandite muros. *Ibi utique pars orationis* tela *non minus quam in altero* Ponite *completur cum pede; et quod subsequitur* scandite *alium inchoat sensum; utrumque tamen neutiquam facit ut* tela *non jam spondeum sed trochæum constituat. Accedit quod priori commento adversentur etiam exempla ex* Terentio [1063.] *laudata:* quisquē scire, quisquē scribere *&c. Hodie autem fecerunt αι δευτεραι φροντιδες* [Eurip.

Hippol. 438. *Monk.* et alibi] *ut nullus dubitem quin sic scripserit* Virgilius: Spem si quam accitis Ætolum habuistis in armis, Ponite.

Cætera qua rerum &c.

Versus autem complendi consilium ab imperito nescio quo susceptum reliquis istis spes sibi quisque &c. *ortum dedisse**. *Quid enim? Unicamne obsecro spem sibi quemque fuisse dicendum est, an vero aliquam tantum? Atqui hoc ineptum est, illud falsum. Porro, ut vere dici posset unicam sibi quemque spem fuisse, neque ullam ex toto sociorum numero oriri potuisse: quantæ futilitatis esset tam serio monere istiusmodi spem esse angustam!" R.D. Add. et Corr.*]

* Sic exemplaria, a quibus temere mihi videtur recessisse *Harlesius*: omnino *dederit* mallem; quod certe ad optimorum Latinorum rationem maxime accedit; *dedisset* non displiceret; ferri certe potest, et sic fortasse *Dawesius* scripsit. Eadem chorda oberravit librarius Codicis Mediolan. qui Scholiastam veterem ex Cic. Orat. pro Plancio ita citantem exhibet p. 112.; *Admonefecisti etiam quod in Creta fuisse, dictum aliquod in petitione tum dici potuisse.* et Schol. ipsum eadem macula insperait, p. 101.; *quas ideo vel maxime senatus edi voluisse.* Locum utrumque resarcit doctissimus Editor. In *dedisse* ego mendum non agnosco. Transiit *R. D.* a subjunctivo cum *quin* ad infinitivum; et maxime probati auctores modos diversos data opera permiscere videntur: *Liv.* xxxix. 14. "Consules ædilibus curulibus imperarunt, ut sacerdotes ejus sacri omnes conquirerent, comprehensosque libero conclavi ad quæstionem servarent, ædiles plebis videre, ne qua sacra in operto fierent." Vide Drakenborch. ad l. et ad xli. 24. R. B. ad *Ter.* Andr. iv. v. 2. Oudendorp. ad *Cæsar.* de B. G. ii. 5. Ruhnken. ad Rut. Lup. p. 95. et in Ep. Cr. I. p. 58. Ab infinitivo ad optativum transit Homerus Od. P. 354, 5. ab infinitivo ad imperativum Aristophanes Ach. 436—438. Si quid R. D. humanitus acciderit, cum Latii heroe Ernesto, qui veluti leni placidoque flumine in scribendo defluit, errorem erravit, qui ad Callimachi Fr. x. dilucide enotavit: "Quos [viros eruditos] ridet J. Gronovius ad Steph. Fr. de Dodone p. 33. quod Latina verba non potuerint e libro Græco Callimachi ducta esse, quem probari non posse, Latinam linguam cognitam habuisse, aut in istis libris de verbis tradidisse." Vide R. B. Millio, p. 62. Si R. D., nimis exquisitum atque ingeniosum Latinæ scriptionis artificem, sententiis cum molestia contortis aliquid aliquando minus Latine scripsisse confitear, in hoc neque linguæ Latinæ, nec R. D. salutem sitam esse existimo: nam "Lælio et Scipioni, *Latine loquentibus*, aliqua aliquando *non Latina* minus attentis excidere potuerunt; quod M. Terentio Varroni, ipsique adeo M. Tullio Ciceroni contigisse non ignoramus." His igitur in rebus editoris est verecunde et timide, immo fidissime, agere: maneat R. D. lectio inconcussa; et me potius non idoneum existimatorem, quam R. D. Latini sermonis et elegantiæ minus gnarum præ-

SECT. I.

SECT. I. dicem.—Quoniam vero licentiæ hujus perdite amantes eam nimis mihi præfracte videntur defendere, rem arduam et periculosæ plenam aleæ timide aggrediar.

Littera *τὸ σὰν* seu *σίγμα*, quam postea Dores et Bœoti tantopere refugiebant, in prisca Hellade formam veterrimam e sinuoso serpentis volumine derivasse videtur; et paulatim in lineam aculeate tornatam, aut in curvaturam eodem styli ductu utrimque leniter deflexam, vergebat, prout materia, in qua exarata est, vel dura, ut marmor et lamina, vel mollis et cerea extitit. Ejusdem characteris figura, nescio quando, certe Euripidis ætate, molles aut tortiles capillos, *ἑλικοβοστρύχους*, imitabatur, ut e tertia littera nominis ΘΗ∫ΕΥ∫ seu ΘΗ\ΕΥ\ patet; *Τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος*, quam R. P., teste amicissimo *P. P. Dobræo*, perite digito ab occipitio ad imam colli vertebram sensim delabente illustravit. De virtute metrica retro acta, qua vocalis brevis ante *σκ*, *σμ*, *σπ*, *στ*, "syllabam brevem nunquam terminat, sed in eadem cum sequentibus consonis, quæ proinde longa evadet, effertur," hisce temporibus nulli dubitamus. "Ante *σκ*," inquit Heynius, "nec Homerus brevem servare dubitavit, ut *ἐν λειμῶνι Σκαμανδρίῳ*" ad Æn XI. 309. Immo, docte Professor, ante *σκ* Homerus brevem semper producit, et *Καμανδρίῳ* exhibent MSS. olim TOWNLEIANUS, et duo Harleiani; conf. Theogon. 345. In initio nominum Σ aspirationi subinde morigera fuit; nec injuria: *καὶ γὰρ δή, ὦ Σώκρατες, τό, τε σίγμα τῶν ἀφώνων ἐστί, ψόφος τις μόνον, οἷον συρισσούσης τῆς γλώσσης*· Plato Theæt. 203. B. Hinc Σαχκηνοὶ Ἀκχηνοί· Σαλμυδησσὸς Ἀλμυδησσός· Σανδράκοττος Ἀνδράκοττος· Σαρδιαῖοι Ἀρδιαῖοι· Σαλμαντίκα Ἀλμαντίκα sive Ἑλμαντίκα· Σέλλας Ἕλλας· Σεξιτανία Ἑξιτανία· Σερμύλιοι Ἑρμύλιοι· Σίλλος Ἶλλος· Σίμυρα Ἵμυρα· Συρίσκος ὑρίσκος Συσπιράτις Ὑσπιράτις. etc. et in medio nominum; ut, Θεστίδειον, *πόλις* Θεσσαλονίκης, Ἑλλάνικος *δὲ δίχα τοῦ σ φησὶν, ἀπὸ* Θέτιδος Steph. Byz.; et L. Holst. ad l. citat Suidam v. *Θύστιον πόλις τῆς* Αἰτωλίας, *τινὲς ἄνευ τοῦ σ*, ut dudum nos monuerunt *Casaubonus*, *Berkelius* et *T. Hemsterh.* Ennius in fragmento ex Hectoris Lystris, *Constitit, credo, Scamander; arbores vento vacant.* "Corrupte Nonius legit, *vagant.* Illum vide: nam *Macrobius* VI. 2. citat ex Satiris Ennii, *Constitere amnes perennes; arbores vento vacant.*" R. BENTLEIUS. Catullus LXIII. 357 = P. 53, 9. *Scal.* ed. alt. Testis erit magnis virtutibus unda Scamandri,—Lege, *Kamandri*—R. B. ad Lucret. v. 1348. Sil. Ital. XIV, 259. *Mille Agathyrna dedit, perflataque Strongilos austris*, ed. Bas. 1522. *Trogilos* MS. Bodl. ED. PR. Mediolanensis, N. Heinsio et Drakenborchio adstipulantibus: *Strongylos* citat Vossius. In *Soph.* Fr. xl. *στρογγύλον* apud Eustath. ad Il. p. 104, 49. et p. 769, 3. Bas. *γογγύλων* Lex. Sang. p. 361, 21. *γογγύλον* Athen. ii, 51. D. —Ovid. Met. VII. 440. *Occidit ille* Scinis *magnis male viribus usus*, *Sinis* MS. uno Cant., altero apud *Zingerlingium*, et Plutarcho in Thes. p. 4. C. [Pausan. II. i. p. III.] postulantibus. [*male magnis viribus usus;* MS. Cant.] Sed non credes fortasse illi Zingerlingio.

"*Utinam meliores nunquam Grammaticos haberemus, modo omnium pædagogulorum barbariem a nobis amoliri liceret.*" Sed age alium ἐχέγγυον tibi dabo. Xen. Memorab. II. i. 14. τοὺς γὰρ ξένους, ἐξ οὗ, ὅ,τε Σίνις καὶ ὁ Σκείρων, καὶ ὁ Προκρούστης ἀπέθανον, οὐδεὶς ἔτι ἀδικεῖ. Conf. T. H. ad Lucian. I. 36. Valck. ad Hipp. 977. N. Heins. Adverss. p. 281. Severus in Ætna; *Sollicitant magna te circum, Tantale, pœna,* Sollicitantque siti. "Nihil clarius hac lectione. Tamen nuper mutarunt in *Sollicitantque Scinim.* Quod, malum, nos tantum immutandi cacoëthes habet, ut quæ scimus, nescire velimus?" Scaliger ad l. p. 353=92. Met. IV, 280. *Ambiguus fuerit modo vir, modo femina, Scython. Sython* MS. Bodl. et R. B. conf. Amor. III. xii. 28. Hinc colligamus τοὺς τῆς Κάδμου τέχνης δημιουργοὺς parvam potestati τοῦ S fidem habentes, vel de pristina possessione migrare, aut, ne quid titubet, securam manere, jubent. Idem aliis vocibus accidit; "*Gneus* prænomen varia scriptura notatur; alii enim *Neum,* alii *Gneum,* alii *Cneum* scribunt." *V. Probus* apud *Robortell.* Emendat. I. XXX. GNAVUS. et NAVUS; hoc reposuisset *R. B.* Hor. Epist. I, vi. 20. si Flaccum suum quater recudisset; Ovid. Pont. I. x. 12. *Det mihi formosa* NAVA *juventa manu;* Trist. V. iii. 37. *Sic tibi cum Bacchis Satyrorum* NAVA *juventus.* "Sic codex Petri Servii." *N. Heins.* Sil. Ital. V, 13. *Laurigeris decus illud avis,* NAVA *que juventa Florebat*—" ita vetustissimus Codex Coloniensis." Heins. Herc. Œt. 567. *In tempore ipso* gnavus occurrit *Lichas. novus* Med. i. e. *navus.* "De *gnavus* quoque observandum est, quod tradunt Romani Grammatici, nempe Romanos litera G caruisse, usque dum annum U. C. 520. plus minus; de qua re vide *Taylor.* ad *S. C. Marcianum,* p. 557. atque adeo *gnavus* scriptum fuit CNAVUS, ut *acna, lece,* etc." *Burgess. ad R. D. p.* 429. In Col. Duil. LECIONES. MACISTRATOS. PUCNANDOD. Conf. Festus in vv. *Orcum, Prodigia*; Victorinus col. 2459; OCULNIUS Spanhem. de præst. numm. p. 102.; apud Parutam 1. ΣΕΛΑ 2. ΓΕΛΑ 3. ΓΕΛ. 9. 13. ΣΕΛΑΣ 11. ΣΑΛƎƆ 17. AKPAC

ƧOTNA

In *H. St.* Lex. Latino-Gr. inveniuntur *Gras, Grassum, Sugululæ (Suculæ.)* U. C. DXXVI. Spurius Carvilius G litteram ceteris inventam addidit: Plutarch. II. p. 277. D. Diomed. pp. 417, 18. *Shaksperius* in Joan. Tyr. A. V. Sc. ii. *And* grapple *thee unto apagan* shore—*cripple* Edd. vet. neque abest suspicio quin aliud hoc loco verbum usurpaverit poeta tragicus, quod homunculus periclitari nolo. Quidni statuamus Latii nepotes quandoque S in quibusdam vocabulis sine suo contubernali enunciasse? Vide SALMAS. Plin. Exercit. pp. 40. b. 733. a. B. et de Homonymis p. 9. a. *I. Voss.* ad Melam p. 26. ad Catull. p. 321. et in Epist. quam *Grævius* in Addend. ad Hesiod. pp. 136, 7. inseruit. *T. H.* ad Lucian. T. I. p. 94. ad Hesych. v. μώδιξ· *Valck.* in Ep. ad Hebr. I, 13. Piers. ad Mœr. pp. 311, 12. *(Month. Rev. June,* 1785. pp. 426—431.) Σκίλλα: κίλλα Philemon Lex. p. 39. *T. H.* ad Plut. p. 244. Sed hoc nil moror. Ciris, 130. *Nec fuerat;*

SECT. I.

nisi Scylla *novo concepta furore.* In proclivi est *ni;* Geo. I. 177. Ni *refugis,* — Sed vix dubitat Schraderus, "quin, Culice jam scripto, carmen illud, primis annis exorsum, in Epicuri horto detexuerit, antequam componeret Eclogas." Ad *Martian. Minuc. Capell.* p. 205., Grotius bellissime citat — κραταιΐν μητέρα σκύλλης [Odyss. M, 125.], et eodem loco Cod. MS. a R. B. inspectus, "*quæ* Scyllæ *mater*" —habet. Propert. XVII. 21. *Tuque o Minoa* venumdata, *Scylla, figura, Tondens purpuream, regna paterna, comam.* Sic in versu priori unus MS. *Harl. Scilla* alter, *Sylla* tertius et ed. 1472., *Minooa — Sylla* quartus; Met. VIII. 53. *Fassaque me flammasque meas, qua dote, rogarem,* Vellet emi. Reliquis conjecturis accedat mea, *venalis,* Scylla, *sagitta, Tondes purpuream*—Ciris, 131. *Scylla patris miseri patriæque inventa sepulcrum, O nimium cupidis Minoi inhiasset ocellis.* Æschyl. P. V. 649. Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει Πρὸς σοῦ τέθαλπται, Agam. 743. μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος, Suppl. 1001. πᾶς τις παρελθὼν ὄμματος θελκτήριον Τόξευμ' ἔπεμψεν, Xen. Mem. I. iii. 13. οὐκ οἶσθ' ὅτι τοῦτο τὸ θηρίον, ὃ καλοῦσι καλὸν καὶ ὡραῖον, τοσούτῳ δεινότερόν ἐστι τῶν φαλαγγίων, ὅσῳ ἐκεῖνα μὲν ἁψάμενα, τοῦτο δὲ οὐδ' ἁπτόμενον, ἐάν τις αὐτὸ θεᾶται, ἐνίησι καὶ πάνυ πόῤῥωθεν τοσοῦτον [βέλος] ὥστε μαίνεσθαι ποιεῖν· ἴσως δὲ καὶ οἱ ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόῤῥωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσιν. Vide Toup. ad Suid. II. 568, 9.; "nec dubito" (ut Marklandi verbis utar) "quin Propertius, qui Græcus est poëta, potius quam Latinus, ad eorum normam, data occasione, ita locutus fuisset." Tota vero elegia ex membris disjectis componi videtur, et Propertio parum digna . . ix, 59 = p. 228. *Nunc ubi* Scipiadæ *classes? ubi signa Camilli? Aut modo Pompei Bosphora capta manu? Scipiade—s* (sic) unus MS. Harl., *Scipiade* duo alii, *Scipiadæ* quartus et ed. 1472. Versus duo 68. subjectos huc revocarunt docti editores. Transpone, *Scipiadæ,* heu! *ubi nunc classes?* Sil. Ital. VII. 106. En, ubi nunc Gracchi, atque ubi nunc duo fulmina belli Scipiadæ? Conf. Ovid. Heroid. IV, 150. XII, 103. Petron. Satyr. CXV. p. 534.

Nunc ad alia pergamus. Hesiod. 589 = 550. Br. εἴη πετραίη τε σκιὴ καὶ βίβλινος οἶνος Cod. Gal. apud Gaisford τε omittit; anne legendum κιὴ pro σκιὴ· an εἴη πέτρῃ τε σκιερὴ, ut vir eruditissimus conjecit (*M. Rev. June,* 1785. *p.* 428.). Hesiodi Fragm. XVII. Αἰθίοπας τε Λιγυστὶ δὲ, Σκύθας ἱππημολγούς. Corrigit *Heynius* ad Il. N, 6. Αἰθίοπες, Λίβυές τ', ἠδὲ Σκύθαι ἱππημολγοί. Mallem, Λίβυές τε, Ϝιδὲ Σκ. *Simonides* περὶ γυναικῶν apud Stob. p. 43. Τὴν δ' ἔκ τε σποδιῆς καὶ παλιντριβέος ὄνου—τὴν δ' ἐκ σποδιῆς τε καὶ corrigit *Br.* ad Gn. poet. Gr. p. 312. Postea τὴν δ' ἐκ τεφρῆς τε καὶ—reponere vult ad *Soph.* Col. 371.

Pindarus βοιωτιάζων τῇ φωνῇ— Σὰν κίβδαλον nuncupasse fertur: "et Lacones literam Σ inter duas vacales in aspiratam mutare solebant." *Kœn.* ad Greg. p. 137.

De Æschylo vide Bentleii dissertationem de Pseudo-Phalaride,

p. 185. ad T. H. p. 26=228. et *Blomf.* gl. ad Pers. 68.

Soph. Tr. 291. ἄνασσα, νῦν σοι τέρψις ἐμφανὴς κυρεῖ· Τῶν μὲν, παρόντων· τῶν δὲ, πεπυσμένη λόγῳ. Aldus; λόγων in margine Turnebi, πεπυσμένη in textu Brubrachii; hanc e curis posterioribus secundæ in textum tertiæ editionis infercit Brunckius. —τὰ δὲ π. Scaligero, Heathio, et Porsono arrisit: delere δὲ maluit *M. Raper.* Si loco satisfieret emendatione, facile esset commodam lectionem præbere; τῶν μὲν παρόντες, τῶν πεπύσμεθ' ἐν λόγῳ. Choragus ait, *partim rerum ab Hercule gestarum adstantes audivimus, partim fama accepimus.* Sed abeant ejusmodi nugæ; totus versiculus spurius est: ut lætitiæ causam explicaret, in margine adscripsit festivum caput, τῶν μὲν παρόντων· i. e., ut sibi visum est, Licha et captivis, quas miserat tanquam sui reditus pignus Hercules, præsentibus:—quod "nasutus quidam alterius versus initium esse ratus, senarium hunc qualemcunque edolavit." El. 21, 2. ξυνάπτετον λόγοισιν· ὡς ἐνταυθ' ἐμὲν, Ἵν' οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή. Aldus, et edd.; ὑπάρχομεν, ἐσμὲν MS. Dorv. ἐσμε (ν scalpello erasa) MS. Harl. "ἐμὲν pro ἐσμὲν," monet Dawesius, "ne Ionibus quidem, nedum Atheniensibus, uti permissum est." Vox ἐμὲν, occurrit in fragmento Callimachi, ccxciv. haud alibi facile reperiendum. Quis nescit hunc poetam, et discipulum ejus, Apollonium Rhodium, fuisse vetustatis amantissimos? In scolio vetusto apud Athen. xv. 695. A. Εὐθὺν χρὴ τὸν ἑταῖρον ἔμεν καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν. sed hoc est litem lite dirimere. Dawesii vero ἴμεν lubricæ fidei est. Scribendum, ὡς ἐνταῦθα μὲν—docet *M. Raper.*; verbum autem desideramus; Aristoph. Pac. 204. εἶτ' ἐνταῦθα μὲν, Ἵν' ἦσαν αὐτοὶ, τὸν πόλεμον κατῴκισαν. Ne quis Toupium [ad Suid. I, 87=114. et *R. P.* ad l.] defensurus illud Sosipatri apud Athen. IX, 378. A. arripiat, lege cum Casaubono, τρεῖς ἡμεῖς [μόνοι] Ἐσμὲν sive mavis τρεῖς ἐσμὲν [μόνον] Ἡμεῖς —Hotchkisius apud Gaisford. ad Hephæstion. p. 218., ὡς ἐνταῦθ', ἵνα Οὐκ ἔστιν ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή. Optime citavit Toupius Soph. Ph. 429.—Ὀδυσσεὺς δ' ἐστὶν αὖ κἀνταῦθ', ἵνα Χρῆν ἀντὶ τούτων αὐτὸν αὐδᾶσθαι νεκρόν· et Euripidem in Sysipho, Εἶναι δ' ἔφασκε τοὺς θεοὺς ἐνταῦθ', ἵνα—conf. Œd. C. 503. 1545. Melius autem R. P. Opusc. p. 221. ὡς ἐνταῦθ', ἵνα Οὐ καιρὸς ὀκνεῖν, ἐσμεν—hac enim positione nulla mutatio fit, et syllaba finalis adeo in thesi latitat, ut celeri tragedi eloquio vix subaudiri queat. Aj. 1320. οὐ γὰρ κλύοντες ἐσμὲν αἰσχίστους λόγους Æschyl. P. V. 796. τίς οὖν ὁ λύσων σ' ἐστὶν ἄκοντος Διός; Eur. Med. 885. ἀλλ' ἐσμὲν οἷον ἐσμὲν, οὐκ ἐρῶ κακόν. 1275. ὡς ἐγγὺς ἤδη γ' ἐσμὲν ἀρκύων ξίφους· apud Stob. p. 590=477. Grot. Γέροντες οὐδὲν ἐσμὲν ἄλλο, πλὴν ὄχλος.—De Sophoclis Fr. XL. vide R. P. Adverss. pp. 55. 216. Opusc. p. 212. In Præf. ad Mœrin P. xliv. in Eur. Fr. apud Liban. digerendo leviter titubavit vir præstantissimus: transpone, ψυχῆς δὲ φθείρεις ὧδε γενναίαν φύσιν.

SECT. I.

" *Eur.* Ion. 1198. Οἰνηρὰ σκεύη

SECT. I. σμικρὰ—Tu vero repone Οἰνηρὰ ΤΕΥΧΗ σμικρὰ—Alterum enim est vulgi verbum, a Tragicis nunquam adhibitum; alterum vero probum et Euripidi familiare: Hec. 609. (613=607.) Androm. 167. Iph. Taur. 168. Cycl. 88. 208. 226. Ion. 146. 283. 1203. Electr. 140. 362. 499." R. P. Adverss. 270. ἀγγεῖον in textum secundæ editionis Hec., nescio quo casu, irrepsit in tertia sublatum; est enim verbum Comicis usitatum. Eubulus apud Athen. II. 36. D. πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς,—Τεύχεα. σκεύη. Hesychius. Eur. Ph. 790. προσπόλοις δ' ἐμοῖς λέγω, Ἐκφέρετε τεύχη,—sed ἀπόφερε τὰ σκεύη Aristoph. Pac. 287.; conf. Ach. 552. 887. 1056. 1067. Eupol. apud Polluc. X. §. 10. Xenoph. Anab. VI. pp. 459. 461. Ter. Andr. init. *Vos istæc intro auferte*:—Thesm. 761. δός μοι τὸ σφαγεῖον· "*In schedis*, Dele τό." R. P. apud P. P. D. et Ach. 1177. περισφυρὸν corrigit R. B. Antiphanis fr. apud Athen. III. 112. D. a Koppiersio bene inchoatum, totum feliciter persanavit R. P. πῶς γὰρ ἄν τις εὐγενὴς γεγὼς Δύναιτ' ἂν ἐξελθεῖν ποτ' ἐκ τῆσδε στέγης; vide Walpole Com. Gr. Fr. p. 12. Opusc. p. 178.

"Philodemi epigramma spurium esse docet Villoisonus apud *Chardon De la Rochette*, II. 337." P. P. D. Vide An. Gr. II, 85, ix. Toup. ad Suid. I, 238. "qui nulla de re disputat doctius" quam de hujusmodi quisquiliis; Foster. de Acc. et Quant. p. 234. ed. alt.; R. B. ad Horat. Serm. I. ii, 121. D. Heins. de Sat. Horat. pp. 136, 7. ed. 1612. Reiskius "carmen venustissimum," quod forte Gisb. Cuperus vafre compilarat, e schedis La Crozii in lucem protulit.

Hæc hactenus. Nunc de Latinis agamus. Mesallæ Corvini liber de S litera, nisi jactura sane tristi atque acerba periisset, cetera persequendi necessitate me facile liberasset. De Comicis, qui subinde "in metra peccant, arte, non inscitia," Dawesius me plura loqui vetat. Illud porro monet "hanc ακριβειαν apud Latinos non nisi post Lucretii tempora obtinuisse." Unde in versibus infra positis, "excusanda omnia, non omnia tamen imitanda." IV, 477. 774. 850. V, 48. 80. VI, 195. 944. 1187. Istos idcirco enotavi, ut unum et alterum in Dawesium vulgo allatum e numero exscindamus. II, 805. *Inter curalium virides miscere smaragdos*. IV, 1122. *Scilicet; ut grandeis viridi cum luce smaragdi*. In priori, *Inter* beryllum *virides* R. B. apud Wakefield.; et *miscere* pyropos—inveni in margine exemplaris a me obiter inspecti: sed excessit medicina modum. Omnibus innotuit *maragdon* æque ac *smaragdon* seu *zmaragdon* poetis placere; si utraque forma pari jure uti potuerint, certe eam prælaturi sunt, quæ metrum adjuvaret. Ovid. Met. II, 24. *In solio Phœbus claris lucente maragdis*—sic MS. Cantab.; conf. Amor. II. vi, 21. Tibull. I. i, 51. II. iv, 27. Propert. II. xiii, 43. Statii Theb. II, 276. Herodot. I, 48. ἐς Ἄβας pro ἐς Σάβας·—IV, 33. τοὺς οὔρους pro τοὺς σούρους. Et horum contraria; IV, 86. τῆς Σινδικῆς pro Ἰνδικῆς. IX, 15. ἐς Σκῶλον pro ἐς Κῶλον· Diod. Sic. XIV, 32. Θρασύβουλος ὁ Στειριεὺς pro Θ. ὁ Τυριεύς· reposuerunt eruditis-

simi Editores; uti ad Eur. Bacch. 1098. *στόχον* pro *τ' ὄχον* et Aristoph. Av. 215. " L. *μίλακος* ex Ald. et Schol." *R.P.* apud *P.P.D.* quem conf. ad Nub. 1002. Dio Cassius, xi. p. 232. Ταλύμενος Εἰλακῆς—quis novus hic hospes? quis fando audivit? Suspicor equidem auctorem dedisse, Ταχὺ *μὲν ὁ Σειλάκης*. *Σμέρδις* quoque, ut *σμικρὸς*, ex dialecti consuetudine apud Herodotum; Μέρδις Æschyl. Pers. 773.; vide *Salmas.* Plin. Exercit. pp. 33. b. C. et 124. a. C., et *T. H.* ad Polluc. IX, §. 148. Suid. T. III, p. 76. *Πέος*. "Imo *σπέος*." *Kuster*: sed laterem lavat, si Schol. ad Aristoph. Equit. 1007. fidem tribuamus. Idem T. I, p. 869. *'Εσκουδονδίαι*. " In Glossis Basilicorum legitur, *Σεσκουπόνδια*" *Kuster*: hoc est, *Sesquipondia*. Addere libet ex Lucretio non nolente Dawesio, I, 389, 90. *Confluat, haud poterit tamen uno tempore totum* Compleri *spatium*; " *Sc.* (i. e. *Scaliger*) complere." R. B. VI, 697. *Ex hoc usque* mare speluncæ *montis ad altas Perveniunt subter fauces*:—Lucretius semel atque iterum jus suum tenuit, et dixit audacius; recentiores vero consuetudine prohibebantur.

"Dicet aliquis: Quid? tu contemnis *Virgilium*, *Flaccum*, et *Ovidium*, quos licentiæ locupletissimos habemus auctores? Ego vero poëtas eximios non contemno; veruntamen exemplis, quæ prolata sunt, non moveor. Cur autem non movear, paucis docebo." In *Eclogis* Flaccus ad severas artis regulas versus suos exigere non curiose studebat; et venia, modica sane illa, quam Pisonum proavi Comicis tenui oratione patienter ferebant, sibi pudenter sumta, illas propius ad consuetudinem accedentes ideo *Sermonum* nomine inscribere voluit. Serm. I. ii, 30. quem citavit R. B. ad Manil. III, 364. Ibid. 71. iii, 44. v, 35. x, 72. II, ii, 22. *tu protenus, unde Divitias, ærisque* ruam, *dic, augur, acervos.*—*struam* restituit Schraderus Em. p. 72. " Quem locum viri docti profecto" addidissent, " si J. Schraderi verissimam correctionem cognitam habuissent." D. R. PRÆF. ad Scheller. xiv. = 22. Æn. II, 498. *Fertur in arva* furens *cumulo,*—*ruens* R. B. Potestatem activam verbi *corruo* defendit *Santenius* ad Catull. El. in Manl. 52. Ibid. 36. III, 43. 296. At I. iii, 140. *Ignoscent, si quid peccavero stultus, amici*; Editiones: *peccato* MS. Grævianus; sed alia manu ex *peccavero*; *peccaro* MSS. septem; *peccabo* MSS. quatuordecim, si fides Valartio, quam in MSS. collatione perspectam habeo: et " quid refert, a qua parte veniat, modo venerit, veritas? Eadem est Dea, sive a me vel Cruceo, sive ab Heinsio et Gronovio in lucem proferatur." Audi magnum Bentleium; " Hoc a priscis editionibus propagatum in omnibus hodie circumfertur. Perperam: neque enim O finale in verbis invenies correptum, apud ejus ævi scriptores; et adhuc durius est, ubi sequens vocabulum a duabus mutis consonantibus inchoatur." Epist. I. xv, 30. *Quælibet in quemvis opprobria* fingere *sævus* Edd.; N. Heinsius, antiquum obtinens, legendum suspicabatur *stringere*—Cuninghamius, *figere*; sed Latini sermonis consuetudine non probarunt: Schraderus Emen. p. 74. *fundere* restituit, et rationibus firmavit. Sed

SECT. I.

SECT. I. non necesse est hanc licentiam ultra terminos expandamus, et quam Flacco usui obtemperanti veniam concedimus, eandem ad poetas, toto stylo et colore a communi sermone discretos, extendamus.

Catullus xvii, 24. *Si* pote stolidum *repente excitare veternum*—recte emendavit Victorius, cum antea legeretur, *Si potest olidum;* Muretus ad l. f. 23. b. ed. 1554=ii, 743. xli, 18 = p. 23. Scal. *Nec deprecor jam, si* nefaria scripta—lx, 53. *Ut apud nivem, et ferarum* gelida stabula *forem* "—noster liber liquido habet, *Ut apud (miser) ferarum*—quod retinemus;" Scaliger ad l.—lxiv, 32. *Brixia Chinæa* supposita specula. xc, 4. In pede stans *fixo carmina ructat hians*. In veteribus membranis lacuna comparet. Parthenius, homo lepidus, pentametrum a se confictum Catulli versibus immiscuit; operæ pretium est audire ejus jocularem audaciam: "versum meum, hoc in loco, quousque suum poeta inveniet, mutuabo: imo etiam, si poetæ placuerit, benigne donabo." "Apage ista officia, Partheni; non placent. Nemo, opinor, sanus bonos libros isto modo juvari velit. Ut in signis, ita in scriptis quoque veteribus, si quam labem importaverit vetustas, mutila potius ipsa nos, quam a recenti aliquo artifice interpolata, delectant." Muretus ad l. f. 126. b. = Opp. ii, 862. Conf. Scaliger. de altero Parthenii somnio pp. 523=62.

" Ut incitata semel audacia non novit modum: multisque ut iterum peccare audeant, satis argumenti est semel peccasse." Virgilius, *magnæ* spes altera Romæ, hanc offensionem in versibus, haud operosus fugiebat; mirum profecto: in Æn. xi, 309. reconcinnavit improba manus, et ad hanc e conjectura licentiam stabiliendam;—" *Ponite : spes*" —tanquam testem idoneum advocavit R. B. ad Manil. iii, 364. Codices manu exarati nihil succurrunt; *Ponite spes quisque* in textu, et *sibi* in margine exhibet MS. Cantab.; *Ponite s' quisque* (sic) codex alter Cant. Martianus Minucius Capella iii, p. 56. l. 15. citat, *Ponite spes quisque suas*—ubi *spes sibi* præbet, et *suas* omittit probæ notæ MS. Cantab. Dawesius istum inficetum panniculum primus dissuit: sed laudem illo sublatam prudens sciensque Burgessio V. C. transtulit Heynius, Dawesii iniquissimus judex. Nil mirum; Correctiones, utilissimas sane, quas raras suggesserat Vir præstantissimus ad Virgilium Londini editum, delendas censebat Germaniæ decus in notis suis novissimis. "Sed aquila non captat muscas, et critici majorum gentium adeo rebus intenti, hærent aliquando, ut verba negligant." Vide R. P. Opusc. pp. 103, 4. Fuere tamen quibus hoc debile sensus supplementum valde arriserit; et "in hac sententia veteres semper ludunt cum acumine quodam." *Joannes Sarisburiensis*, qui tot veterum lacinias suis operibus intexuit, in Policrat. vi, xiv. "*Est enim interdum una salus victis nullam sperare salutem, si non moriantur inulti*." Sed sibi habeant hasce elegantias, modo, enixe rogo, ne adhibeant Æn. vii, 707. *Agmen agens Clausus*, magnique ipse agminis instar, Ter. Phorm. i. ii, 89. in me omnis spes mihi est,—Sallust.

de B. Aug. mihi spes omnes in manibus sitæ, *quas necesse est de virtute, et innocentia tutari: nam alia infirma sunt.* "each on himself rely'd, As only in his arm *the moment lay Of victory.*" Milton. P. A. vi, 238—Nos duo turba sumus Ovid. Met. i. 355. Subjiciam ex oratione in Curia Britannica habita, quæ, credo, hoc membrum elangue et tanquam spiritu carens quodammodo suffulciant*. Nollem optimo Boissonado aliquid humanitus accidisset, qui ad Philostrat. Heroic. p. 88. ὁρᾷς ὡς ὀλίγα—illustrat ex hoc loco—*sed hæc* quam angusta, videtis—qualecunque autem illud est, præclaris emendationibus redemit B. ad Philostrat. p. 662. et ad Athen. v. 219. A.; et, quod dolendum est, hæc durities L. Santenium defensorem habet ad *Mureti* Carmina, iv. P. xxx. et ad *Hieron. Balb.* . . . . Quid si legamus, *Ponite:* opes *sibi quisque*—Nunquid vis? Corippus iii, 374. *Cujus* spe *fruimur*—ubi reposuit Withofius, *Cujus* ope *fruimur*—in Spec. Gunther. p. 134. *Nostram omnium vitam, in quo nostræ* spes opesque *omnes sitæ?* habet Comicus Adelph. iii. ii, 33. Revera hunc versum ex v. 411. adolavit nescio quis, et ad explendam hanc Maronis lacunam omnino sex septemve versus desideramus. Æn. i. 174. *Ac primum silice scintillam excudit Achates*—De Æn. iv, 136. non est quod mirer dicam propter i, 496. ii, 40. 370. quamvis, *Et nunc magna mei sub terras ibit* imago iv, 654. ad defendendum speciem aliquam præbeat: vide Xenoph. Mem. ii. i, 22. Cyrop. v, initio; Odyss. Ο, 416. Σ, 194. 248. Υ, 70. Ad Æn. v, 143. (viii, 690.), properabo: *Convolsum remis* rostrisque tridentibus *æquor.* *rostrisque stridentibus* Virgilii codices duo Cantab., et unus penes Coll. Jesus Cant.; *rostrisque tridentibus* Priscianus f. ii. b. Ald. *rostris stridentibus* p. 562. ed. Putsch.; in Codice uno Cantab. quem inspexi, *rostrisque stridentibus*—in altero, *rostris remisque str.* in tertio versus abest. In iii. 561. primusque rudentem *Contorsit lævas proram Palinurus ad undas.* "Fortasse, *tridentem*, vid. Pierius ad v, 143." R. B.; et v. 293. Ferratasque *trudes*—pro vulgata *sudes* Idem vir summus; conf. Tacit. Annal. iii, xlvi.; *trudes* MS. Coll. Jes. Peto tantummodo ne Latinorum poetarum consuetudinem oppugnarent licentiæ hujus patroni cum illo, *Priamëia sceptra*, quæ e Æn. xvii, 252. R. B. ad Hor. Carm. iii. xvi, 51. aut *scrupea spelunca* ad Cic. Tusc. iv, xiv. sic citavit. viii, 424. Brontesque, Steropesque, *et nudus membra Pyracmon*, ut in Theogon. 285. 845. 854. A. Rhod. i, 511.—Æn. vi, 686. "sane Vir-

* —— "one man; *at ille leo est.* I wish I could get a look at this extraordinary man. He must be a very Hercules. He is an extraordinary recruit indeed! This reminds me of the story of Lord Donegal's troop of light horse. When a certain general asked where * * * *'s troop of light horse were, a man rode up to him and said, 'I am * * * *'s troop.' So if you ask where the * * * * are, out steps a man from the * * * * and says, 'Here I am.'

"After the American war, the troops being one day on muster and review, the commanding officer called aloud—'Ninety-fifth regiment, advance and come forward from the line on the parade;' upon which a little drummer-boy came marching forth with due gravity,—'Who are you?' demanded the general,—'I am the ninety-fifth regiment,' replied the boy * * * *."

SERT. I. gilius scripsit;—*Venisti tandem* tuaque spectata *parenti Vicit iter durum pietas*—Ovidius [Met. xiv. 109.]: *Hinc satus Æneas* [Immo, *Dextera per ferrum*] *pietas* spectata *per ignes*. Magistelli spinosi *exspectata* [et Virgilii codices duo Cantab. et MS. Coll. Jes.] legunt, propter syllabam, quam nolunt positione sequenti produci. Alii vero magistelli zelotypi dicunt palam in suis suggestis veteres quoque *expectata* pro *spectata* dixisse. quid tum postea? ostendant mihi *expectatum* apud Virgilium esse pro *spectatum*. Alioquin scimus verum esse eo quoque modo posse dici. Sed quid facerent pædagogi si nihil haberent, quod latrarent?" Scalig. ad Catull. p. 103 = 116. Nemo vulgatam ex Æn. ii. 282. tutatum ibit. Æn. vii, 150. *sunt animi, et rebus* spectata *juventus*. ix, 235. *neve hæc nostris* spectentur *ab annis*. Hor. Epist. ii. i, 230. *belli* spectata *domique Virtus*, Ovid. Trist. i. v, 25. *Scilicet ut fulvum* spectatur *in ignibus aurum*. Ovid. Met. xii, 184. Nestor—*Multaque me fugiant primis* spectata *sub annis*. Sed in Stat. Theb. 760. "inepte *Pyliæ senectæ*: quippe tum temporis *nondum nota* Pylas, *juvenisque ætate secunda Nestor*, iv, 127." R. B. Vocabulum hoc crebro de sua sede detrudebant librarii: Lucret. i, 141. Sed tua *me virtus tamen et* sperata *voluptas*—*spectata* voluntas R. B.; Sed in epistola ad *Millium* p. 2. jampridem citaverat *sperata voluptas*; et Carm. i. xxvii, 13. *voluptas* MS. Græviauus. De *tendere* et *extendere* vide *R. B.* ad Hor. Epist. i. v, 11. et T. Maur. 1591.; de *expecto* et *expeto* ad Ter. Eun. iv. vi. 5. *Muret.* Opp. ii, 415. "*magnam fuisse multitudinem eorum* qui *fanorum ornamenta* exspectarent." "Muretus scripserat: m. f. multitudinem eorum, qui fanorum ornamenta *spectarent*." *D. R.* ad l. Statii Theb. i, 655. *sed quid fando tua tela manusque Demoror?* exspectant *matres, supremaque fundunt Vota mihi*. MS. Cant. tua demoror arma Atque manus: *spectant*—Achill. ii, 411. *Ipse sedens vasto facta* exspectabat *ab antro*,—num *spectabat* R. B. Cic. Orat. in Cæcil. 7. *accusandi voluntas ad viros fortes*, spectatosque *homines, translata sit*. de Orat. ii. lxxviii.—*quanto hoc magis in oratione* exspectandum, *in qua non vis potius, sed delectatio postulatur*. Wyttenbachius, vel omnibus libris invitis, *est spectandum* reponi vult. Bibl. Crit. i, 21, 2. Ibid. iii, ii. *Illa tanquam cycnea fuit divini hominis vox et oratio, quam quasi* exspectantes *post ejus interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur*. Gesnerus vere et eleganter corrigit, *exceptantes*. At correctionem non memorat Ernestus. Wyttenb. ibid. P. i, 26. Contrarium autem subinde occurrit; et Plautum in Men. v. iii, 6., me saltim judice, recte instauravit Brunckius ad Ar. Thesm. 846. Sen. Herc. Fur. 765. *Pavidosque manes* squallidus gestat *senex*—emendat Withofius, *validus exspectat* senex, ut, *cruda deo* viridisque senectus. Æn. vi, 304. valido—*nec turpem* senectam. Hor. Carm. i. xxxi, 17—19. durus senio Navita crudo. Sen. Œd. 166. Withof. Præmet. p. 61. Sed, pace summi viri, R. B. *vectat* mallem; Æn, vi, 391. *Stygia* vectare *carina*; Œd. 173. *Fessam turbam* vectare *novam*; *vectat* quoque *D. Heraldus*. Nunc ad

15

Withofium propendeo: "Cum mox dicatur, Charontem applicuisse navim litori, ut manes reciperet, dii boni, quomodo jam ante tempus *gestare*, seu *vectare* illos, nararri potest?" Præmet. p. 60. Hor. Carm. II, ii, 24. *Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat acervos.* Muretus Opp. II, 582. interpretando nihil agit; Withofius, SPERNIT acervos, "id est, prætereundo nec oculos eo retorquendo contemnit, adspernatur"—ad Disticha, p. 531. Non est quod *sperno* queratur; ditionem enim alieni sæpius invasit; Ovid. Fast. III. 827. *Nec vos turbâ feri census fraudate, magistri* Spernite—ocyus repone, *N.*, *v.*, turiferi *census fraudate, magistri*, Termite: i.e. "Nec vos, o magistri, licet tenues sint vobis opes, fraudate Minervam saltem *termite* quodam, vel virga turis. Gratianus Cyneg. 132. Termes *ab Eois descendens virga Sabæis*" Withofius Præmet. p. 135. Sen. Her. Fur. 156. *Aut suspensus spectat pressa Præmia dextra.* Lege, *sperat* et conf. Phœn. 516. *R. B.* Immo, "*Aut* sua gaudens *spectat*—oppositio est inter *deceptos* et *spectat*, non autem *sperat*. Nam *sperans* decipi potest, *spectans* jam præmia non potest." Withof. Pr. p. 42. ibid. 1256. *semper absentis pater* Fructum tui, *tactumque* et aspectum *peto. Vultum tuum* et *affatum* corrigit R.B. et conf. Med. 187. Statii Thebaid. I, 18. *nec Arctoos ausim* sperare *triumphos.* Sic duo Codices Cantab.; *spectare* alii; forte *spirare* R. B. Æn. X, 251. *Tum breviter* supera spectans *convexa precatur.* Maronem hac licentia temperasse argumento est, quod Æn. VI, 540. *scindit* impune intexere potuerat, si hæc positio cordi esset: *findit* vero codices omnes, et plurimæ editiones; quod ad Symb. Apost. p. 483. adhibet PEARSONUS. *Immo*, ducit *in textu*, *et* findit *in margine Cod. Coll. Jes. a manu recenti.*

In *Horatii* carminibus hæc licentia nusquam elucet; nec quæ huic canoni obsistat auctoritas, nulla comparet. Quid tum? Nunquamne hodie concedes Mauro? *Urguet diem nox, et dies noctem*: *neque est Levare* tenta *spiritû præcordia.* Nihil opus fuit Horatii judicio de hoc canone. Sapienter quidem dictum, "quod usu non veniebat, de eo si quis legem aut judicium constitueret, non tam prohibere videretur, quam admonere:" vide Cic. pro Roscio Am. XXV. Si rectitudo scribendi hujus temporibus per vias certissimas investigari queat, exemplum forte ad hanc regulam stabiliendam e latebris suis protrahere poterimus. Ernestus ad Cic. de Orat. XLVI. antiquam formam *slitibus*, reclamantibus optimis codicibus, delendam censet, quod Ciceronis ætate inoleverat. "Immo," inquit Heusinger, "post Ciceronem adhuc, Augustorum ævo, ita exhibere solitos testatur Lurenburg. antiquar. in STLITEM ex decreto, quo Sodalium Augustalium mentionem factam videmus." Conf. Spalding. ad Quintil. Inst. Or. I. iv. 6. Hinc Carm. III. v. 53. mallem; *Quam si clientum longa negotia* Dijudicata stlite *relinqueret*, aut saltim *slite.* Anne hisce aureæ antiquitatis ruderibus, et hoc sigmatismo Venusinum poetam resarciendum existimas? Sententiam meam nullam interpono: pertinacius contendenti illud Ciceronis occinam, "*scientiam mihi reservabo*,

usum scribendi populo concedam." A. Gell. vii. iii,—*quod plebiscito* Colonis *prohibitum fuit,*—Legendum, *Stolonis*—Gell. xx. i. de Legg. xii. tabb. Quid salubrius visum est *rogatione* illa *Stolonis* jugerum de numero præfinito? Markl. Ep. Cr. p. 148. plaudente R. B., qui eandem emendationem dudum occupaverat.

In *Propertii* reliquiis multa manu medica indigent: pleraque vitia, præsertim graviora, MSS. superstitibus sunt vetustiora. Si enim prosapiam lectionis, per codices et præcipuas editiones deductam, remeare velles, nil nisi ineptiarum farraginem assequeris; omnes, qui etiamnum in lucem prodierunt, ex eodem fonte, pervetusto licet, lutulenti fluere videntur. Haud me latet Scaligerum, virum, si quis alius, acerrimum, suspicari antiquissimum Propertii codicem aliquot pagellis a bibliopego nescio quo transpositis turbatum fuisse, ipsumque ideo poetam usque adeo dilacerasse, ut, iis ignoratis, de quopiam loco satis exploratum ac firmum certumque ferri judicium nequeat. Ne multa: in Propertii exemplaribus tetrius grassata est librariorum nequitia, et in hanc licentiam, tanquam in facinus, omnes jurasse putes, quibus, vereor, ut critici remedium tulerint. iii. ix. 53. Brachia spectavi *sacris admorsa colubris:* Sic MSS. et ed. princeps. *Pectora sp.*—N. Heinsius ad Patercul. ii. lxxxvii.; "*spectasti* conjecerat Marklandus, propter præcedentia *fugisti,* et *tuæ manus.*" Lege, *sensisti*—audax, inquies, facinus: et est profecto: non tamen improbabile, et necessitudo etiam timidos fortes facit. Epigr. apud Drakenborch. ad Sil. Ital. ii. 417., *O quam vivit opus, quam pene figura dolorem* Sentit, *et ex ipso moritur pictura veneno.* B. Castilioni Cleopatra, *Marmore quisquis in hoc sævis admorsa colubris Brachia, et æterna torpentia lumina nocte Aspicis,*—Lucan. Phars. iv, 317. *si quos palmite crudo Arboris aut tenera succos pressere medulla.* *sensere* optime restituit Withofius Encæn. p. 52.; vide R. B. ad l.—iv, i. 41. *Jam* bene spondebant *tunc omina, quod nihil illam*—oĩa (sic) unus MS., *omnia* alter, et ed. 1472. *illam* omnes. "At certo certius est Propertium scripsisse:—quod nihil *illos*—hoc est *Penates* vv. 39. et 48. memoratos:" Schrad. Emend. p. 166. Lege, *Digna spondebant*—Sponde digna *tuis ingentibus omina cœptis.* Æn. ix. 296.—iv. 46. *Tu* cave spinosi *rorida terga jugi. cape sp.* MSS. edd. Pr. Ven. 1500, et Scaliger in edd. 1577, et 1600; sed *terra* pro *terga* 1582; *spinosi* ed. 1472. Corrige, *Tu cape* dumosi—Virg. Buc. i, 76. Dumoso *pendere procul de rupe videbo.*—v, 17. Consuluitque striges *nostro de sanguine, et in me*—Sic MSS. et ed. pr.; *consuluit striges*—metro invito, nonnulli; ulcus latere quis non videt? *Consulitur strigibus* verecundiæ fines in mutando transiret; sed lex carminis non prohibet: et quidvis potius tentandum, quam ut cum scribis suaviter aberremus: veritatis autem quam contentionis cupidior malim a codicibus medicinam exspectare.

Ad *Ovidium* deveniamus. Temeritatis hujus in Ovidio signifer fuit N. Heinsius. Non deerunt qui virum artis metricæ peritissimum

SECT. I.

obnitentibus frustra vetustis editionibus, hujusmodi mendas e conjectura inculcare demirentur; sed mirari desinent, cum eum in hac parte nimis securum, ista, quæ non tulerint Augustei ævi aures, studio, non inscitia, amplexari atque approbare cognoverint, et omnia eum posthabuisse, dummodo suo S P inserviret. Ex hac metrices theoria numeros, quos carmina supra soccum assurgentia repudiant, prodigus iterum iterumque ingerere, quam bonis e suis codicibus oblatis uti, maluit; et ab illo, tanquam fonte, portenta in omnes deinceps editiones dimanarunt, et etiamnum adeo adhærent, ut penitus necesse sit *Multa diu concreta modis inolescere miris*, quæ certatim abstergeremus. Scaligeri vestigia adorabat "Ovidii sospitator;" dolet ergo illum suis codicibus plerumque adversantem hanc licentiam cum duce Scaligero non ejurasse, et omnia sua bona sibimet quodammodo invidisse. Nec tamen ideo virum in omni humaniorum litterarum genere præstantissimun acrius insector: N. Heins. "Poetarum Latinorum unicum sospitatorem;"—"Musarum delicias et Parnasi decus;" —"verum Phœbi alumnum et Calliopes sinu innutritum"—laudare nunquam cessabo. R. B. ad Hor. Carm. i, xxxiv, 5. D. R. Elog. T. H. p. 14. Noris ad Cenotaph. Pis. p. 430. Markland. Pr. ad Stat. Sylv. P. xv. Sed ex diverticulo ad rem. Heroid. v. 2. *Ista Mycenæa* litera scripta *manu*. Corrige, *facta*, suadente utroque MSS. apud Zingerling. in Promuls. p. 189, et edd. Ald. 1515, 1533. Sed possunt talia similibus exemplis defendi. Possunt sane, sed similiter quoque corruptis, et emendationem flagitantibus. Mox v. 26, *Est in qua nostri* litera scripta *memor*. *scripta* MSS. Bodleiani; "*facta* multi codices." Burmann. ad I. Trist. v, xii, 35. Carmina scripta *mihi sunt nulla, aut qualia cernis;* "an *cœpta*"—Burmann.; lege, *facta*. Ex Ponto, i, v, 15. *Cum relego, scripsisse pudet, quia plurima cerno, Me quoque, qui* feci, *judice, digna lini.* "*scripsi* Regius, et tres." Burmann.; *feci* edd. Parm. 1489, Ven. 1498, Ald. 1533.*—x; 106. *Strataque Cretæam* bellua stravit *humum*. *Strata* non tango; Amor. i, 7. *Stravit deprensos lata per arva greges*. Stat. Theb. ii, 644. *Menœtum* Proterrebat *agens*,—*Prosternebat* R. B.; *tinxit* quidam legunt, testibus Ubertino, Grutero, Reinsio; *lavit* Zingerlingius, *planxit* in margine adscripserat R. B.; qui ad vii, 169. *Nota mihi freta sunt Afrum* frangentia *litus*,—*plangentia* suggessit. Si mei res arbitrii foret, maluissem *tinxit* propter ix, 368. *Ipse suo melius sanguine* tinxit *humum:* et Her. Œt. 1119. *Discedet via Tartari*, Stratis *ut pateat polis? Fractis* Cod. Flor. probante Bentleio: 1136. *uterque debuit* frangi *polus;* conf. 710. 1150. Fast. vi, 82. *Cacus Aventinam sanguine* tinxit humum. 461. *Fecit, et Hispanam sanguine* tinxit *humum*. Met. v. 293. *Tundit humum mo-*

* Lector benivolus mihi facile ignoscet, si versus oppido bellissimos, hoc nævo, proh dolor! inspersos, afferam: *Gulermus Brito Philipp.* iv, 309. de Ricardo I. θυμολέοντι—"mittebat enim Saladino, Et Saladinus ei varia vice *scripta*, sibique Pacificabat eum Saladinus munere crebro." Hunc locum, non monito lectore, mire enodavit *Jacksonus* noster. (*Account of Marocco*, p. 200.)

SECT. I.

riens, scelerato sanguine tinctum; conf. Heroid. IV, 72. Pont. IV, vi. 34. Ibis. 370. Propert. IV, vii, 10. Sen. Hipp. 652. *et ora tenuis flava* tingebat *rubor* MS. Ovid. Heroid. IV. 72. *Flava verecundus* tinxerat *ora rubor*. Elegia in Mæcenatis obitum, quam Pedoni Albinovano asserere conatur Scaliger, v. 96. *Membra nec in* strata *sternere discat humo. trita* præstiterit. Propert. IV, ix, 40. *Et nunquam ad* natas *irrita tela feras: stratas* conjecerat Heinsius; *vastas* e cod. Voss. confirmavit Schrader. Emend. p. 91.—XV. 213. *Solve ratem. Venus orta mari* mare sternet *eunti;* vid. Met. X, 342. et Schrad. Emend. p. 194. In Nasone nimium repetitionibus, in aliis parcius, indulgebant librarii; Met. XIV, 800. *strata est tellus Romana Sabinis Corporibus,* strata estque *suis; simul atque* suis R. B.; Met. VI, 640. *Et* mater *mater, clamantem, et colla prementem.* "In Bernegg. inter utrumque *mater* tres literæ erant erasæ. *et* vel *eja* fuisse videbatur." N. HEINS. "cantandi positor, cantati egregius in multis repertor." Hinc præclare emendavit WITHOFIUS, *Et* mea, ter, *mater, clamantem*—" Id est, Procne ferit puerum ense, dum manus tendebat, dum *ter* clamabat *mea mater.* Sic ipse Heroid. VIII, 91. Terent. Hecyr. III, ii, 18. 23." Præmet. p. 180. Manil. I, 245. *Nos in nocte sumus,* somnosque in *membra locamus. somno sic* Scaliger; *somnosque in membra vocamus* Burman. ad Phædr. *somnos in membra l.* Codex Gemblacencis; *τὸ in* lacunæ tantum explendæ causa a librario adjunctum: lege, *somno* NOS *m. l.* Withof. in Spec. Gunther. p. 85. Tibull. I, vii, (viii,) 49. *Huc ades, et centum* ludis, *Geniumque choreis Concelebra; ludos* Codd. et edd. vet. *ludis* Statius: emenda, *Huc ades, et* GENIUM *ludo, Geniumque choreis* Markland. de Epist. p. 68., cui favet perelegans repetitio poetæ propria, et quam callide sublegit Heynius. Imo Ovid. ipse in Niobes mandato aliquid hujusmodi passus est 196. Ite sacris, *properate sacris, laurumque capillis Ponite; deponunt, infectaque sacra relinquunt.* Quid plura? Infectis *properate*—reposuit Withofius notis ad Orat. Sec. p. 81. quam cum stylo, mente, et more Ovidiano consentit. In v. supra notato dudum somniavi, *placet;* Æn. I, 142. dicto citius tumida æquora *placat:* sed *præstat,* vel potius *præstet,* verbo *sternet,* quod in Bersmanni margine comparet, e textu doctissimi poetarum cedere non debet. Met. XI. 749. præstat*que nepotibus æquor:* id est, ἀκύμονα Πόντου τίθησι νῶτα. Iph. T. 1445. *Valck.* ad Herodot. VII, 191. Ut Græcis παρέχειν, χαρίζεσθαι, sic Latinis *præbere, præstare* hujusmodi de rebus solennia sunt. [*Seneca Pater* T. III, p. 352. *Ille* Passieno, *prima ejus syllaba in Græcum mutata, obscœnum nomen imposuit.* "Sc. παρεχιηνῷ" primo tentavit *R. B.* Postea "Ranconetus *Grassienum:* inepte. Nempe vocavit *Paschienum;* syllaba in Græcum mutata, a πάσχειν." *R. B.* Pudet pigetque tam infanda referre.]—XX, 213. *Ne tamen ignoret quæ sit* sententia scripto, N. Heinsius; *scripti sententia quæ sit,* editiones pervetustæ Parm. 1489. cum commentariis A. Volsci et Ubertini, Ven. 1498. Mediol. 1510. Ald. 1533. Amor. III. iii, 6. *Can-*

dida candorem niveo suffusa rubore Ante stetit: *niveo* lucet *in ore ruber*. N. Heinsius; *fuit* MS. Bodl. et edd. Parm. 1489. Ven. 1498, Ald. 1533. quam in margine notaverat R. B., qui pro *lucet* legit *nunc et*. Art. Am. 332, 3. jure submovit "Aristarchus Batavus," quem vide.—II, 659. *Si qua straba est, Veneri similis; si rava Minervæ*. N. Heinsius: quem laudat *Larcherus* Mem. sur Venus p. 131.; metrum integrat R. B. corrigendo, *Si straba, sit Veneri*—ad Hor. Serm. I, iii, 47. Conf. Censuram Crit. (*June 1803, p.* 127.). Toupius in exemplari suo T. Fabri Epist. p. 176. tentavit, "*Si* flava est, *Veneri similis, si* pæta *Minervæ*. Lucretius, IV, 1157. Cæsia, Παλλάδιον Hom. Il. x, 470. χρυσῆ' Ἀφροδίτη,"—*Flavus* fere a poetis expellere conatus est R. B.; *Credula nec* ravos Hor. Epod. XVI, 33. *ravæ* Ovid. Amor. I, 7. *rava* ibid. 8. *ravæ* Fast. III, 693. *rava* ibid. VI, 652. *furvam* Sil. Ital. v, 220.—671. *Aut mare remigiis, aut vomere* scindite *terras; findite* memb. in ora ed. Bersmanni, et in textu Heinsii. Heroid. XVII, 139. *Quid bibulum curvo* proscindere *litus arato*—*profindere* MSS. Her. XII, 94. *Et solidam jusso vomere* findis *humum*. Trist. I, iv, 3. *Nos tamen Ionium non nostra* findimus *æquor*. Conf. xi, 48. v, ii. 62. *Et Scythicum profuga* findere *puppe fretum*. Propert. III, vii, 35. *Non ego velifera tumidum mare* findo *carina*. Sen. Her. Fur. 336. *Et bina* findens *Isthmos exilis freta*. Æn. v, 143. Infindunt *pariter sulcos*—Claudian. in Eutrop. I, 454. *Elysias* findis, *Serrane, novales*. Statius Theb. x. 507. *gementes* Profindunt *inarata diu Pangæa juvenci*—*Profingunt*, ℘ *fringunt*, et *Proscindunt* MSS. Cantab.; ultima R. B. placuit.—Lucret. I, 71. *confringere* editiones; *confingere* unus MS. Harl.; *effringere* duo alii, et Priscianus x. f. 123. b. Aldi=col. 879. Putsch.; *perfringere* Nonius Marc. x, 16. v. *Cupiret*. Sen. Controv. I, 2. T. III, p. 96. 4. *confringitur*—*confingitur*, R. B. Idem de Constant. Sapient. T. I. c. iv. pp, 395, 396. *aut demissis in profundum catenis Neptunum potuisse* contingi? constringi, R. B.—III, 289. *Illa sonat raucum, quiddamque* inamabile stridet—*ridet* MS. Bodl., Edd. Parm. 1489. Ven. 1498. Ald. 1533. et in ed. characteribus Gothicis impressa, sine loco aut anno. Pausan. Attic. I, 40. ῥεῖ δὲ καὶ Κωκυτὸς ὕδωρ ἀτερπέστατον. *tristique palus* inamabilis *unda*. Æn. VI, 438. *tardaque*—Geo. IV, 479. inlætabilis *ora*. Æn. III, 707. Stat. Theb. III, 706. illætabile *munus*; intolerabile MS. Coll. Eman. ἀγελάστοις συμφοραῖς Æschyl. Choëph. 28. φρὴν ἀγέλαστος. Idem in Lex. Sangerm. 337. apud D. R. ad h. in Cer. 200. ἄνιας ἄνθος Sophocles ibid. p. 385. vide Valck. Diatr. p. 179. Fortasse, *murmur*—librarios vero, haud poetam ipsum erroris insimulans *ridet* tantisper retinebo dum melius aliquid alius proferat. Valeat tandem *inamabile ridet; inamabile*, quod negat redire quenquam, et omnia illic tristia: *ridet*, quod Styx tacite defluit, unde etiam eam trajicere solebat Charon: vide Sen. Herc. Fur. 712. Lucret. I, 18. *tibi* rident *æquora ponti*. II, 560. ridet *placidi pellacia ponti*. v, 1003. ridentibus *undis:* conf. Catull. LXI, 273. Eur. Fr. [CCVIII.] apud Phrynichum Σ. Π. p. 6. Ἀκύματος δὲ πορθμὸς

ἐν φρίκῃ γέλᾳ. Æschyl. P. V. 90. ποντίων δὲ κυμάτων Ἀνήριθμον γέλασμα. "Scholiastes in hæc: Καλως ειπε το γελασμα— εκ μεταφορας των γελωντων καὶ διαχεομενων. Hoc autem durius est quam quod vel ab Æschylo profectum crediderim. Malim igitur scribere αγελασμα *congregatio* fluctuum." TYRWHITTUS. Hoc, quodcunque est, acceptum refero eruditissimo M. C. Editori, cui maximas gratias ob summa in me officia ago.—726. *Oraque fontana* fervida spargit *aqua*—*pulsat* aqua MSS. apud Zing. p. 188., Bodl. et ED. PR. *lavit* duo codices, ut Rem. Amor. 230. *Arida nec sitiens ora* levabis *aqua*—*lavabis* MS. Coll. S. S. Trin. Cantab. "Forte *purgat*" Burmann.; *tergit* mallem: Catal. Petron. 58. *Suffit et pura limina* tergit *aqua; spargit* Heinsius. Æn. IV, 635. *fluviali* spargere *corpora lympha* —"*aspergere* Ven. *mergere* alter Menag." Heynius. conf. Fast. V, 676. Ad Ovidii locum citat Heinsius Fast. IV, 728. *Virgaque rorantes laurea* spargit *aquas, roratas* plerique codices, *misit* omnes; de hoc dubitare non debuerat "felicissimus Latinorum poetarum restitutor." Stat. Sylv. V, IV, 10. *Præterit et gelido* spargit *miserata flagello. tangit* Markland. ad l.—741. *Nomine suspectas* mihi spiritus *exit in auras*—*suspectas* jam *spiritus* MS. apud Zingerling. Met. III, 66. *fixum lentæ* curvamine spinæ—*lentæ spinæ curvamine fixum* in optimis codicibus, inquit Zingerlingius; quem confirmant MSS. Cant. Bodl.; edd. Parm. 1489. Ven. 1493. 1498. 1513. Lugd. Ald. 1533.—XII, 436.—*Molle fluit, veluti concretum vimine querno Lac solet; utve liquor rari sub pondere cribri Manat, et exprimitur per densa* foramina *spissus*; Verum ita scripsisse Ovidium, non vero Ovidii librarios, præstare quis possit? in MSS. hunc locum ita contaminatum invenimus, ut nihil extundere queamus. *præli* in textu, et *cribri* in margine cod. Cantab., qui *spissus* loco *coli* præbet. Cod. MS. penes Collegium S. S. Trin. Cantab., qui fessis oculis negotium facessit, insignem lectionis varietatem exhibet; *molle fugit*, quam vulgatæ præponerem; Hor. Serm. I, VI, 13. *fuit* editiones; *fugit* ex optimis Codicibus R. B. *lumine* pro *vimine* a manu recenti: q r n textus et virgula superimposita à manu antiqua, puncta duo infra et c supra exarata a recenti; in textu versus, de quo lis est, *ratus* et *per dempsa* [densa] *foramina spissus* (sic). Pro *spissus*, *succus* Ald. 1533. et *per* multa *fi densus*, unus Cod. Bodl.; in altero neque vola nec vestigium. Neque id mea quicquam refert; si totum locum inter claustri additamenta recensuero, quo tandem testimonio revincar? Etenim in quorundam codicum textu intercisus et diffractus emergit, in aliorum margine comparet, in paucis deest. At in notis ad Lucan. Phars. IX, 808. hoc loco, tanquam genuino Ovidii partu, nititur R. B.; sed illas mutilas, obscuras, et omni errorum genere scatentes editori, pie quidem, sed incaute patrui manibus parentanti debemus. Plauti Cas. III, V, 18. *Nam nisi ex te scio, quicquid hoc scit*, cito *jam tibi istuc Cerebrum dispercutiam*, Execrata; *scito*—et *dispertiam execrata* MS. Hinc *scito* reposuit, et *dispertiam*

execrata e MS. exsculpsit *R. B.* Hor. Epod. xvi, 18. execrata Cod. Græv.—Fast. vi. 305. *Ante focos olim longis considere scamnis Mos erat—scamnis considere longis* Edd. Parm. 1489. Ven. 1497, 1498, 1499.; Ald. 1533. Ennius apud Cic. de Divinatione, i, 48.; *Auspicio regni* stabilita scamna *solumque.* Obiter meminisse libet, vi, 140. *Causa, quod horrenda* stridere nocte *solent,* sic edd.; "Illustrissimus Heinsius contra libros scriptos *horrenda—voce* legit;" Drakenb. ad Sil. Ital. ix, 575.—Trist. iv, ii, 20. *Cumque ducum titulis* oppida scripta *leget: capta leget* olim editum; *mœnia capta* Vossii excerpta, quod reponendum. Propert. iii, iii, 16. Incipiam, et titulis oppida *capta* legam.—v, i, 7. *Integer et lætus læta et juvenilia* scripsi,—*lusi,* "Criticorum Latinorum princeps." *Carmina cum primum populo* juvenilia legi; iv, 57. *adhuc sine crimine* vixi; *lusi* R. B. Heroid. xvii, 17.—Ex Ponto i, v, 2. *Ut* sua scripta *legas, Maxime, Naso rogat, verba* Zingerling. et Heinsius; *dicta* melius; El. iv, i, 61. *Ennius hirsuta cingat sua* dicta *corona,* Conf. R. B. ad Hor. Carm. i, vii, 9.—ii, ii, 34. *Sæpe creat molles* aspera spina *rosas.* Vide Zingerling. pp. 138, 139. versus 33—36., jam dudum cingulis circumdedit Heinsius, "qui unus plus præstitit, quam cæteri omnes;" et, his demtis, carmen apte cohæret. Joannes Hildebrandus Withofius, qui in summis criticis jure habendus est, versus istos adeo reformavit et recoxit, ut Ovidium in Ovidio frustra quæreres. "Ego subirascor hominis obstinationi. Quis enim, nisi plumbeus sit in Criticis, dubitet, quin nebulo prius distichon è posteriore conflaverit? quis autem credat librarios e verbis, *Sæpe licet multis aspera visa locis,* fecisse, *Sæpe creat molles aspera spina rosas?*" δεινὸν πάλαισμα.—Fast. ii, 27. *Februa poscenti pinea virga data est;* spinea *N. Heinsius;* quod *τῶι male* notavit *R. B.* Melius profecto ad Sen. Ph. 126. *sacra quo Dirce* latet; verbum *natet* revocarunt *Gronovius et Withofius.* Sed ad rem.—x, 27. *Hennæosque lacus et olentia stagna Palici,*—olentis *stagna Palici* membranæ, edd. Parm. 1489, Ven. 1498, quam certo judicio eruerat R. B. *Hæc fontis stagna Numici* Æn. vii, 150.—iii, vii, 7. *Ergo mutetur nostri sententia scripti*—*scripti sententia nostri* Edd. Parm. 1489. Ven. 1498. Ald. 1533.

Unam nunc et alteram emendationem apponam, quæ terrore hujus canonis exulasse videntur. Quicquid id est, illas allegabo. Heroid. iv, 147. *Tolle moras* tantum, properataque *fœdera junge.* In Scriveriano, *Tolle moras,* oro, —sperataque *fœdera junge,* feliciter supplevit *Burmannus.* Virg. Buc. viii, 26. *quid non speremus amantes?* Æn. iv, 291. *tantos rumpi non* speret *amores.* Art. Amat. i, 343. *Ergo age, ne dubita cunctas* superare *puellas;* *sperare* codex Alb. Rubenii.—ix, 20. *notitia est* misero *quæsita pudori, Si* macula stupri *facta priora notas?* Lege, *notitia est* vestro *quæsita pudori, Si* maculas turpi *facta priora* nota. 79. *Irruit, et* nostrum *vulgat clamore pudorem;* sed alibi *misero.* R. B. Leni remedio, credo, ac vero poetam sanasse Virum summum, ecquis dubitet? Incertus apud Chari-

SECT. I. sium col. 252. *Cur te dedecoras, famam cur maculas tuam?* Æn. x, 851. *Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen.* Ibid. 35. *Ipsa domo vidua*, votis *operata pudicis*, sic Viri ceteroquin sagacissimi citarunt, R. B. ad Hor. Carm. III, xiv, 6. et Schrader. Emend. p. 202.; conf. Æn. IV, 82. A. Rhod. I, 285. Æschyl. Agam. 863. Illud Sapphus neminem eludet. Sed illum consilii pœnitebat, qui *studiis operata pudicis* in margine exemplaris adscripsit. Conf. Met. VII, 746. VIII, 865. Ter. Heauton. II, iii, 38. *Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi, Clinia*, Quo studio, *vitam suam, te absente, exegerit;* Inscriptio apud Spon. Misc. Erudit. Antiq. §. IV, p. 151. LANIFICA PIA PVDICA FRVGI CASTA DOMISEDA. Œd. Col. 343. κατ' οἶκον οἰκουροῦσιν ὥστε παρθένοι· Phintis apud Stob. p. 444. 3. ἴδια δὲ γυναικὸς, τὸ οἰκουρὲν, καὶ ἔνδον μένεν,—quas vafre deridet atque contemnit Soph. Electra tanquam περισσὸν ἄχθος ἔνδον γυναικῶν ὂν ἀεί· Sed redeat illuc oratio unde deflexit. Quamvis cum acutissimo et eruditissimo Critico ab hæresi Withofiana, primario licet Viro, prorsus equidem abhorreo; et post Heinsii, Bentleii, Schraderi maximas curas multo plures nebulonum versus inter Ovidianos adhuc latere censeo: "Nihil tamen necesse est disticha omnia (in Trist. etc.) propter eam, quam continent, barbariem Ovidio abjudicari." Βεβαρβάρωσαι, dulcissime poeta, χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις *. "Sint sane Ovidii, sed exsulantis, sed inter barbaras gentes jamdiu versantis, sed latinæ linguæ usum atque elegantiam longa ejus usurpandæ desuetudine pæne obliti. id; quod ipse de se et sæpe alias, et libro v, eorumdem Trist. el. 7. confessus est illis versibus: *Ille ego romanus vates (ignoscite Musæ) Sarmatico cogor plurima more loqui. Et pudet, et fateor: jam desuetudine longa Vix subeunt ipsi verba latina mihi.* Nec dubito quin sint et in hoc non pauca libello BARBARA—Non hominis culpa, sed ista loci." *Lagomarsinus* ad Pogiani Epist. IV, 167.—cum quo flebiliter conspirat Sen. de Consol. p. 380. "Cogita quam non facile Latina ei verba succurrant, quem barbarorum inconditus gravisque fremitus circumsonat." Conf. Aristoxenus apud Athen. XIV, 632. A. B.

Statius Theb. III, 586. *Hi teretes galeas, magnorumque* ærea suta, *scuta* MS., sed *suta* infra IV, 131. *Ferrea* suta *tegunt*—R. B.; VI, 551. *Præceleres*, agile studium, *et tenuissima virtus*—VII, 733. *Quercus alumna vadi. fas et* mihi spernere *Phœbum, me* sp. MSS. apud Zingerling.; Achilleid. I, 348. *Diducit*, sparsosque studet *componere crines.* Lege, *sparsosque* juvat *componere crines.*

Manilius III, 364. *Sed teretem inclini mundum comitantia* semper. Sic edd.; *spira* R. B. "præclare de Manilio meritus."—604. *Tertia forma* stetit *summo jam proxima cælo, fuit* edd., *est et* R. B.

Lucani Phars. V, 118. *Aut pretium:* quippe stimulo *fluctuque furoris.*

* Sic invertit Apollon. Tyan. Ep. 34. Ἐβαρβαρώθην χρόνιος ὢν ἐν Ἑλλάδι. quod in ἀφ' Ἑλλάδος subtilius emolliit celeberrimus TYRWHITTUS.

Silius Ital. Punic. III, 111. *Primitiæque tori,* gelidosve scandere *tecum Deficiam montes—gelidos ut* e MS. Barthius, cui suffragatur Drakenborch. IV, 575. Immane stridens *agitur, crebroque coacta* XVII, 546. *duxit in arva* Diversa spatio *procul a certamine pugnæ.*

C. V. Flaccus VI, 229. *Vidit eques,* densa spargens *hastilia dextra;*

Juvenalis Sat. VI, 109. *Gibbus et acre malum* sæpe stillantis *ocelli.*

Martialis II, lxvi, 8. *Ut* digna speculo *fiat imago tuo.* V, lxxi, 3. =lxix, 3. Scriverii. *Quid gladium demens* aliena stringis *in ora? Romana* tacite emendavit Scriverius.

Claudianus in Ruffin. II, 230. *Quisnam audet ferro leges* imponere stricto? editiones veteres: quam maculam facillime abstergas trajiciendo *Quisnam audet* stricto leges *imp.*, nisi Heinsius edidisset, l. vibrato *imponere ferro?* Vibranti gladio Æn. IX, 709. Quam [hastam] P. Sulla cum vibrasset, Cic. de Offic. II, viii, 12. Claud. de VI. Cons. Honor. 629. *In latus allisis clypeis, aut rursus in altum* Vibratis; recte quoque Ovid. Met. III, 34. *Tres* vibrant *linguæ, triplici stant ordine dentes:*—Sen. Thyest. 290. *Hac spe* minanti *fulmen occurret Jovi: vibranti* R. B. Hipp. 156. sed in Senecæ Phœn. 437. Vibrata *dextra tela suspensa tenent. librata* optime reponit R. B.; et Geo. IV, 196. *his sese per inania nubila* librant. Stil. I, 141. *Sic Hercule quondam Sustentante polum, melius* librata *pependit Machina.* Sen. Herc. Fur. 18. *stabo, et, ut certo exeant, Emissa nervo tela* librabo. De bello Gildon. 136.—*recissæ vestes, et spicea* sparsim *Serta jacent.* Edd. veteres; *passim,* "Vossii duo Oxon. Leid. et Lovan. et Barthii codices; eadem varietas *in Eutrop.* II, 421. ubi Heinsius *sparsim* præferebat; male." Burmann.

Seneca Phœn. 448. *Hæc membra* sparsim *spargite, ac divellite: passim* nostræ et Palat. membranæ. Lipsius. J. Taylorus in margine exemplaris de Jure Civili p. 270. e veteri glossario exscripsit "Σποράδην *vagerassim:* lege, *vage, passim.* Sil. Ital. XIII, 376. *viritim* editiones; lege, *viri sim.* Æn. X, 864. Hor. Epod. XV, 12. Serm. I, vi, 55. *Withofius.* In Elegia de obitu Mæcenatis, v. 93.—victor *potiatur* in umbra. Membrana *patiatur,* unde *spatietur* Scaliger. Statius Theb. IX, 213. *non jam Ætolo* satiabere *campo, Gaudentemque jubam per stagna Acheloïa solves.* lege, *spatiabere* R. B. Herc. Fur. 950. *Hiemsque gelido* frigida *spatia refert*—totum locum R. B. legisse videtur, effusam *jubam Cervice* jactans, *quicquid autumnus gravis, Hiemsque* gemino *frigida spatio* ferunt, *Uno impetu transiliet: fulgidum Withofius* infercire sustinuit, cogitans "hic de astris et sideribus hiemali potissimum tempore fulgentibus sermonem esse." Præmet. p. 82. l. 17. recte vero defendit lectionem codicis Flor. verbo tenus vir sagacissimus, *J. H. W.*, rutilans *jubam cervice jactat:* posteriora probabiliter e vulgatæ lectionis vestigiis recuperavit *R. B.;* nec amplius friget "vox *frigida* satis."—Troad. 31. *Tuosque manes,* quodque stetit *ante Ilion;—quo stetit*

xxIII. 1. stante Ilion e vetusi libro Lipsius. — Herc. Œt. 725—728. e ruderibus lectionum variarum elicuit Withofius — facem Qua tincta fuerant palla, vestisque illita. Abjecta inhorret lana, et a Phœbo coma Tepefacta stridet — Præm. pp. 896, 7.

Ausonius; Furca tricornigera *specie penultima sum* ψ.

Prudentius; Apotheosis, 295. *Fonte vetustatis;* percurre scrinia *primi* 351. *Sed sacer in* pecude. Stultum *est sic credere sacrum;* 418. *Nate Deo,* nate sceptris *et germine David.* 708. *Non revocante* fame, stipabant *undique septum,* 760. *Aura refert, oculos* sanie stillante *solutos;* conf. 833. Harmatigenie, 47. *naturæ scindere vires—exscindere* MSS. Putean. et Thuan. 268. Pingere sculptilibus *redimitæ frontis in aree.* —*sutilibus* MSS.; vide supra ad Stat. Theb. III, 586. Psychom. 41. 461. 760. *Nascatur conflata odiis; quia scissa voluntas—fissa* membranæ Vat. 902. Cessisse stomacho! *fervent bella horrida, fervent.*—At Prudentius, inquies, "syllabam natura brevem, duabus consonis subsecutis, perpetuo producit; ut Psychom. 99. Morte Pudicitia gladium Jordanis in undis. 454. Fertur Avaritia gremio præcincta capaci." Sed hujus canonis fundamentum in aqua positum labitur; Apotheosis, 434. Dedere crinitos *ad Christi altaria regis.* 540. *Terrarum* pelagique *plagas tua membra feruntur*—727. 766. 765. 787. 789. etc. Psychomachia, 252. *Imbuere et fragili vires* fœdare triumpho—

Capella, p. 306. Crinale *spicum pharetris depromo Cupido—Crinalem* H. Grotius. Sed bibliopolæ in gratiam vela contraham, et labore, utilissimo scilicet, congerendi e *Tertulliano, Paulino, Fortunato, Theodulfo, Rabano Mauro, Corippo, Roswita, Luitprando, Gualdone, Theodulo, Alano, Gunthero, Viterbiensi, Geissensi, Marlanensi,* et omni illo scriptorum genere, suavissimis profecto poetis, supersedebo: corollas quoque e florilegiis poetarum Italorum, Gallorum, Scotorum, Anglorum, Danorum, dulce spirantes nectant belluli censores, et exinde novas regulas fingant, quæ Terentiani canonas penitus subruent. Si ad hodierna poematia, in quibus nitent quam plurima, descenderem, et hujus licentiæ exempla sexcenta constiparem, notæ breves ad Dawesium in ingens volumen excrescerent, et veritas odium pareret. Nimirum illis "venia, præsertim hodie, lingua jamdudum emortua, facile conceditur; nisi culpam quis defendendo fecerit majorem." Ejus rei exempla utinam ne tam multa suppeterent! Pudet pigetque *Andreæ Marvelli* versus ad Christinam Suecorum Reginam tam debili positione laborare: *Bellipotens virgo, septem regina trionum, Christina, Arctoi* lucida stella *poli.* Si plura ex N. Heinsio abripuisset, saltim hanc labem evitasset; *Sidus inoccidum* septem, Regina, Trionum, *Faxque Lycaoniæ clarior igne facis,* Sylv. 1, 139. Sed carmen fuisset minus rotundum. Quid tum? In mediis, ut aiunt, sæculis Lucanum in ludis literariis ac cœnobiis præ ceteris omnibus ob versus *rotundos, sonoros, numerosos* prælegere solebant doctores; ecquis vero hodiedum Lucani plaustra uno *Varronis Atacini* libro, si in dias

Cæterum exempla nonnulla in magistrorum regulam cadentia ex Poetis Latinis adducere non gravabor: SECT. I.

*Virgil. Æneid. IX. 37.

Ferte citi flammam,[12] *date* telā, scandite *muros.*

Juv. VIII. 107.

Occultā spolia *et plures de pace triumphos:*

Catull. LXI. 186.

Nulla fugæ ratio, nullā spes: *omnia muta.*

luminis oras exoriretur, libenter redimeret? Sed ultra cancellos mihi præscriptos provehor. Vobis, animæ candidæ, haud affirmarem per genium Catulli, per cineres Propertii et Ovidii, canonem Terentiani a Dawesio recidivum ex perpetua Latinorum consuetudine defluxisse; sed, *Corrigenda si qua sane visa vobis hinc erunt, Non ero stulte repugnans, aut amans prave mea, Quin, statim culpanda delens, præbeam rectis locum.*

12. *Ferrum* in addendis reposuit R. D. Meminisse satis sit Vossium de Grammatica pp. 203, 4, 5= ...... et R.B. de Pseudo-Phalaride p. 135. in idem ἁμάρτημα μνημονικὸν incidisse. Nimirum animo obversabatur Æn. IV, 594. *Ferte citi* flammas; *ferte* sciti MS. Coll. Jes.—"Virgilius solitus erat iisdem verbis bis uti, sic ut sæpe unam aut alteram vocem mutaret." Schrad. Em. p. 54. Quid dicam de illis, qui ex uno et altero MS. *adscendite, escendite, inscendite, et scandite* infercire annituntur? *ascendite* MSS. unus Cantab. et alter Coll. Jes. *et scandite* MS. alter melioris notæ, et Macrob. Saturn. VI, vi, etc. Ut ut est, pisce sanior est vulgata lectio, et verbum *scandite* difficultatem et laborem cum festinatione optime exprimit: conf. Æn. II. 237. Hor. Carm. II, xvi, 21. xix, 22. III, i, 38. Stat. Theb. v, 361. Capella, p. 28. Cic. Cato Maj. v. *cum alii malos* scandant. Sen. Hipp. 4.—*Quæ saxoso loca Parnethi Subjecta jacent; quæ Thriasiis Vallibus amnis rapida currens Verberat unda;* scandite *colles Semper canos nive Ripæa.* Sil. Ital. III, 111. *gelidosne* scandere *tecum Deficior muros conjux tua?* Sed *gelidos* ut *sc.* ed. Parmensis. Si huic canoni infensissimi talia effutire pergant, copulam ET in Juv. Sat. VIII, 107. obtrusam mire deperibunt, *Occulta* et *spolia et plures de pace triumphos.* Quam vere nihil ad rem; "in hoc enim genere nescio quo pacto magis quam in aliis suum cuique pulcrum est." Ita scilicet Manil. I, 782. Et spolia, *et nomen, qui gestat in alite Phœbum.* Tibull. I, v, 28. *Pro segete* et *spicas, pro grege ferre dapem.* Propert. III, ix, 46. *Jura dare* et *statuas inter et arma Mari:* "quo remedio *Joannes Livineius* itidem laboranti poetæ subveniendum putabat." *Schrad.* Em. pp. 88. 91.; tribus MSS. Harl. particula abest, unus eam supplet. Ἔχει δὲ μοῖραν καὶ τόδ᾽· οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς Φαῦλοι, παρ᾽ ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν.

SECT. I. Tibull. I. 5. 28. [= IX. 46. secundum recensionem *Scaligeri.*]

Pro segetē spicas, *pro grege ferre dapem:*

Propert. III. 2. 46.

Jura darē statuas *inter et arma Marī.*

Pag. 17. l. 24 [= 319, 320.]

——————— *sed morosa intentio*
Tam legentis debet esse, quam fuit nobis quoque.]

Rescribendum est *legenti.* [13] *Tam* legenti *quam* nobis.

13. PR. p. 5. *Postquam accedere lividum* Virtutis *senium videt:* —P. a. l. *Virtuti* senium ex *Barthii* Adverss. XV, 2. *reposuit Taylorus.* "In venerabili Pandectorum exemplari, quod Florentiæ adservatur, I, §. 5. D. *Nautæ, Caupones, ait Prætor,* QVODCVJVSALVVMFORECEPERINT —id est, *Quod* cujus salvum *fore receperint*—Idem. Hor. Epist. II, i, 160. *hodieque manent vestigia* ruris. Littera S demta, omnia expedivit Editor Paris. 1770.; emendationem equidem Valartio neque tribuo, neque abjudico. Virgiliomastix M. *Dic mihi, Damœta,* cujum *pecus? anne* Latinum? D. *Non; verum* Ægonis: *nostri sic* RVRE *loquuntur.* Extra dubium videtur in Italiæ oppidis, in quibus Latinæ linguæ usus invaluit, plures incorruptæ antiquitatis voces fuisse conservatas quas urbanæ munditiæ pepulerant, et voces asperæ scabræque rus commigrarunt. Nimirum dum illa veteris disciplinæ severitas et morum integritas vigebant, "sua reipublicæ constabat majestas, sua patriæ sanctitas," et sua sermoni Latino gravitas. Post imperium latius promotum plurimi inquinate loquentes ex diversis gentibus Romam confluxerunt; in Romulidas asperæ libertatis oblitos peregrina et perdita luxuria irrupit, et vocabula illa nuda ac virilia pene interciderunt. Ut primi ordinis mulieres apud Athenienses μάλιστα τὴν ἀρχαίαν φωνὴν σώζουσι, sic Cornelia Gracchorum mater et Lælia C. F. Latina simplicitate loqui, et ἐννοίας ἀφελεῖς καὶ καθαρὰς γεωργῶν ἀγροίκων, καὶ ἀφελῶν τε καὶ ἀκάκων ἀνθρώπων, sermone quibusdam subrustico, expromere consueverunt. Apud nostrates, septentrionem versus, audies etiam verba quædam non trita Londini, quibus utebatur linguæ nostræ canon, *Shaksperius,* et quibus Britannos mire delectat. Sed hæc missa faciamus. *Statius* Theb. IV, 851. Ab Jove primus honos; *bellis* modo lætus ovantes Accipias. Edd. *belli R. B.* VII, 634. *juvenis* vulgo; *juveni R. B.* Æn. VIII, 212. *Quærenti* reposuit *N. Heinsius.* Pacuvius in Atalanta apud Non. Marcell. p. 382. Quum incultos investigans *rimare* sinus —*rimare* MS.; exinde *rimares* eruit *R. B.;* Stat. Theb. I, 572.

Pag. 23. l. 26 [= 502.] SECT. I.

Edat ut diphthongon unam de duabus vocalibus]

Versus in nimiam longitudinem excurrit. Pro *vocalibus* lege *voculis*[14] juxta usum quem hæc vox alibi apud Terentianum sortitur. Pag. 10. l. 22 [= 116.]

E, *quæ sequitur*, vocula *dissona est* priori.

Pag. 24. l. 22 [= 528.]

Quando sic Græce notatur ut sit ΟΥ *et* Υ *simul;*
Iωτα *queis si prælocetur, tres videmus* voculas,
E quibus constare supra syllabam negavimus.

*Pag. 25. l. 12 [= 548, 549.] 6.

Namque si momenta quæ sint literarum examines
Consonantum, *aut quas necesse est consonantes effici;*]

Ita locum hunc emendavimus ipsa sententiæ vi adducti. Vulgo *Consonantem* legitur, et post *examines* distinguitur; hanc autem scripturam deceptis librarii scribentis auribus acceptam refero.

Mira decore *pio* servabat nata penates—Edd. *pios R. B.* conf. *R. P.* ad Ph. 1521. *Lucan.* Phars. I, 176. *hinc leges et* plebiscita *coactæ;* PLEBIS SCITA *coactæ* e codice Puteano et tribus suis R. B. *Sil. Ital.* XI, 187. *mortis* edd. *morti* R. B. *Seneca* Herc. Fur. 842. *Cum longæ redit hora* noctis, *nocti.* R. B. T. I, p. 47. l. 15. *crudelitatis* edd. *crudelitati.* p. 623. l. 2, 3. *ignorantis* vulgo, *ignoranti* R. B. T. II, p. 731. l. 8. *multa—multas* R. B. *M. Capell.* p. 213. *Naxo* "Leg. Naxos." R. B. *Macrob.* Sat. II, p. 287. *Laberii* Prol. v. ult. *Sepulcri—sepulcris.* R. B. VII, p. 378. indutus Achillis — Achilli. R. B. VI, p. 455. ed. Pontan. *Virtuti* is par. "*l. sis.*" *R. B.* Conf. ad Hor. Carm. I, xvi. 5, 6. IV, ii, 6. Serm. I, iii, 86. V. Paterc. II, xxii. *neque licentia* inmediocri *sævitum.* Bene Acidalius scripsit: *in mediocris. D. R.* Cic. in Lucullo Vol. II, cxliii, p. 55. ed. *Verburg. Hic igitur neutri assentiens, si nunquam, uter* est prudentior. Sic forte scribendum *est; hic igitur neutri* assentIATIS; SIN unquam, *uter est prudentior.* Sed vid. infra ad p. 301. "Franciscus de Verulamio vicecomes O. S. T. Albani Almæ Matri Incl. Academiæ Cantabrigiensi S. *Affuerit proculdubiò et Affulserit divini luminis gratia, si humiliatâ et submissâ* Religioni *Philosophiâ, Clavibus Sensûs legitimè et dextrè utamini,*"—Sic in autographa quadam epistola, quam ipse vidi; *submissâ* Religionis *Philosophiâ,*—nullo sensu, obsidet editiones omnes, quarum mihi copia obtigit.

14. "Eadem confusa erant v. 139." et *voculam* e conjectura restituit *Santenius.*

SECT. I. Pag. 27. l. 18 [=614, 615.]

Ita vacabit, ut vacabunt quando plures consonæ Sponte productam sequentur non egent subsidii]

Duobus his verbis *egent subsidii* adversus syntaxin et prosoediam peccatum est: alterum, quod nihil orationi insit quo verbum plurale *egent* ita referri possit, ut ulla exoriatur sententia: alterum quod *subsidii* secundam producat. Monet quidam (quem Commelinum esse nuper didici) legisse Mycillum, *non egent quia subsidi.*[15] Atque hoc quidem pacto

15. "Veteres in nominibus substantivis exeuntibus in *ius* vel *ium*, semper Genitivos casus *i* simplici efferebant; nunquam *Auxilii, Consilii, Imperii, Negotii;* sed *Auxili* [Hor. Epod. I, 21.] *Consili* [Carm. III, iv. 65.] *Imperi* [I, ii, 26. IV, xv, 14. Noris. ad Cenotaph. Pis. pp. 454, 5. 477.] *Negoti* [Serm. I, ii, 80. x, 6.] Sic in Virgilio legas *Peculi* [Buc. I, 32. A.P. 330.] *Tuguri* [69.] *Patavi* [Æn. I, 247.] *Lavini* [258. 276. VI, 84.] *Mezenti* [XI, 7.] *Capitoli* [IX, 445.] Si quid aliter apud Virgilium, aut Horatium, aut priorum poetarum quemquam feratur, mendosum esse de plano affirmat BENTLEIUS; sicut Ennii illud apud Ciceronem de Senectute, *O Tite, si quid ego adjuro curamve levasso, Ecquid erit* pretii? Codices quippe alii *præmi* habent, quæ vera lectio est:" quamvis *Ecquid erit* pretii sine suspicione usus est *R. B.* die Julii xxiiii, M.DCC.VIII; vide Epist. ad *Kuster.* in Mus. Cant. No. VII, p. 426:— et in editione tertia Horatii sui Serm. I, iv, 70. *Capri* reposuit, ut, vineta sua cædens, docuit ad Ter. Andr. II, i, 20. vir summus. *Capri* autem dudum legerat SALMAS. in Plin. Exercit. p. 860. a. C. Bono oblato uti aut nescivit aut noluit *Tunstallus* ad Middletonum p. 191. In Æn. v, 117. *Memmii* nominativus est pluralis; et in Æn. IX, 151. *Palladii* a Virgilio esse non potest: sinceram formam *Palladi,* pedem nempe Creticum, metri lex respuit: in castris Trojanorum nec *arx* erat *summa,* nec *Palladium.* Versum adleverat margini librarius e libro II, *Palladium* cæsis *summæ custodibus arcis,*—"Primus ex Poetis, qui hodie extant, Propertius bis vel ter, Ovidius sæpissime, et post eum alii omnes geminum *i* usurpant. Sub Augusti scilicet senescentis ætate mutatio ista facta est." R. B. ad Ter. Andr. II, i, 20. nepotis PR. ad Manil. xiii. et Brunckii præf. ad Virg. vi. Auctoritatibus a Brunckio allatis adde, *Acci* Hor. Serm. I, x, 53. A. P. 258. *Ædifici* apud Noris l. c. *Ærari* apud Gruter. Inscript. 2. 26. 214. 396. 408. *Afrani* A. P. 59. Epist. II, i, 48. *Albi* Serm. I. iv, 109. *Albuci* II, i, 48. ii, 67. *Antoni* Serm. I, v, 33. Juv. Sat. x, 123. *Appi* Serm. I, v, 3. Cic. de Offic. II, xvi, 11. et Comm. Mediol. ad fr. or. in Clod. pp. 19. 22. *Appuli* Epod.

ii, 42. *Arbitri* Sen. Med. 137. *Arri* Serm. ii, iii, 86. 243. *Bari* Serm. i, v, 97. *Birri* iv, 69. *Canusi* i, v, 91. ii, iii, 168. *Cassi* Serm. i, x, 62. Comm. Mediol. ad Cic. or. pro Sylla p. 81. *Caudi* Serm. i, v, 51. [*Clarii* consulto omisi; vide Homeridas passim, Callim. h. ad Apoll. 69. Apoll. Rhod, i, 308. Nicandri Theriac. 958.] *Claudi* Fr. Mediol. ad Cic. or. pro Scauro, p. 8. *Clodi* Comm. Mediol. ad fr. Cic. or. in Clod. pp. 9. 14. et pro Plancio p. 110. *Clusi* Æn. x, 167. *Cœli* Serm. i, iv, 69. et Virg. Buc. iii, 104. si sit Mantuani cujusdam nomen. *Congiari* apud Noris l. c. *Conjugi* Sen. Med. 481. Agam. 155. *Coronari* apud Noris l. c. *Dauni* Carm. i, xiv, 26. *Desideri* Epod. xvi, 80. *Dionysi* Serm. i, vi, 38. [*Edonii* Boreæ Æn. xii, 365. codices fere omnes; *Edoni* B. reposuit *Brunckius:* Statius Theb. v, 78. *Dulcius* Edonias *hyemes, Arctonque frementem:* Servius autem ad Æn. l. c. Tristius Edonas *hyemes Hebrumque nivalem.*] *Enni* Serm. x, 54. A. P. 56. 259. [ad Carm. i, xxix, 13. formam *Ennii*, ut *Panætii*, suo Sermone consulto immiscuit R. B.] *Fabi* Serm. i, vi, 72. Cic. or. fr. pro Tullio, p. 24. *Favoni* Catull. de Nupt. Pel. et Thetid. 282. Carm. i, iv, 1. *Flavi* Serm. i, vi, 72. *Fluvii* Æn. iii, 702. [immo *Fluvio* in R. P. Opusc. p. 309. et Cens. menstr. (*Month. Rev. May*, 1811. *p.* 112. *Correspondence*;) eandem emendationem Vir eruditissimus, S. Parrius, jamdudum suggesserat; sed postea versiculum totum quasi spurium aut a Virgilio tantum inchoatum, obelo notavit; cui libenter accedo: Thucyd. vi, 4. καὶ τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοὔνομα ἐγένετο. *R. B.* quidem in Resp. ad *C. Boyle* p. 95. versum sine suspicione citavit; sed hujusmodi formas nondum [1699] exculpserat vir summus; nam [1709] in Ennii fr. apud Cic. Tusc. iii, xix. *exili* ob metri rationem maluit, in qua *D. R.* ad Rut. Lup. p. 97. sequentem habet; et *Furi Davisium* idcirco voluisse ad iv, xiv. innuit.] *Gai* Carm. iv, vi, 44. Noris. l. c. *Galloni* Serm. ii, ii, 47. *Imperi* Carm. i, ii, 26. Sen. Thyest. 526. Hipp. 268. Pseudo-Sen. Phœn. 296. 661. Octav. 483. 601. et Cod. Vat. Fr. Cic. de Republica. *Ingeni* Carm. i, vi, 12. ii, xviii, 9. *Laberi* Serm. i, x, 6. *Livi* Epist. ii, i, 62. 69. *Luci* Noris. l. c. *Lucili* Serm. i, x, 2. bis. 56. ii, i, 29. 75. Quintil. Inst. Orat. i, vii, 19. Cod. Guelf. *Lucreti* Pseudo-Sen. Octav. 302. *Mari* Propert. iii, ix, 46. *Messi* Serm. i, v, 52. 54. *Meti* A. P. 387. *Minuti* Lucan. Phars. vi, 126. Sil. Ital. vii, 386. 523. [Minucci fortasse pro Minei (nomine apud Romanos inaudito) initio MS. Cantab. M. M. Capellæ. R. B.] *Negoti* Serm. ii, i, 80. Cic. fr. pro Scauro p. 19. pro Tullio pp. 28, 9. *Numici* Æn. vii, 797. *Orbi* Epist. ii, ii, 160. *Oti* Serm. i, iv, 138. et Cod. Vat. Cic. Fr. de Republica. *Panæti* Carm. i. xxix, 14. *Patrimoni* Serm. ii, iii, 90. 226. *Perilli* i, iv, 94. x, 26. *Planci* Comm. Mediol. ad Cic. or. pro Plancio pp. 94, 5. *Pompei* Heusinger. ad Cic. de Offic. ii, xvi, 11.* et fr. or. pro Scauro p. 11.; conf. Comm. Mediol. ad Cic. pro Plancio p. 114. in Vatin. p. 124. pro Marcello p. 132. pro Ligario p. 134. bis. pro rege Deiotaro p. 136. *Pompili* Carm. i, x, 34. *Racili* Cic. fr. or. pro Plancio p. 109. *Rosci* Cic. pro Archia p.

SECT. I. metricæ integritati consultum est; restat vero sententia plane nulla. Quod si legas, quo modo vix

59. *Rupili* Serm. I, vii, l. 19. *Silenti* Serm. II, vi, 58. *Somni* Æn. VI, 893. *Staberi* Serm. II, iii, 84. 89. *Sulci* Serm. I, iv, 70. *Supercili* Sen. Hipp. 799. *Tarquini* Carm. I, x, 35. Sed Ennii Annal. fr. p. 54. Tarquinii *corpus bona femina lavit et unxit:* Donatus autem ad Terent. Hecyram . *Exin* Tarquinium *bona femina lavit et unxit.* "Nescio tamen an per synizesin *Tarquinji* producere liceat, cum sic in trisyllaba voce prior *i* consonans fiat." *L. Santen.* in H. Balb. p. . Nollem hujusmodi argutiæ e viro in re metrica solertissimo excidissent. *Terenti* Serm. I, ii, 20. Cic. et Cæsar in vita Comici apud Sueton. et in Anthol. Lat. Burmanni I, 410. *Tiberi* C. Gracchi apud Comm. Mediol. ad or. pro Sylla p. 77. *Tigelli* Serm. I, ii, 3. iv, 72. x, 80. *Tulli* Serm. I, vi, 9. Comm. Mediol. ad or. pro Archia pp. 54. 58. *Tyrrhi* Æn. VII, 532. *Valeri* Serm. I, vi, 12. "Nigidius Figulus, Romanorum a Varrone doctissimus, apud Gellium XIII, 24. *Voculatio*, inquit, *qui poterit servari? si non sciemus in nominibus, ut* Valeri, *interrogandi sint an vocandi. Nam interrogandi secunda syllaba superiore tono est quam prima; deinde novissima dejicitur. At in casu vocandi summo tono est prima, deinde gradatim descendunt.* Explicante ibidem Gellio, *Voculatio* apud Nigidium est, quem *Accentum* nos dicimus; *Casus interrogandi*, quem nos *Genitivum*. Ergo Nigidii ætate, qui post Augustum natum vixit, a Nominibus in *ius* nulla erat distinctio Vocativi et Genitivi, nisi solo accentu: A recto *Valerius*, Vocativus *Váleri*, Genitivus *Valéri* pronunciabatur." *R. B.* ad l. c. *Valgi* Quintil. III, vi, 17. MS. Goth. *Vatini* Comm. Ant. ad Cic. or. in Vatin. p. 122. *Venefici* Epod. XVII, 58. *Viselli* Serm. I, i, 105. *Volusi* Catull. XXXIII, 1. XC, 7. *Hæc putavi colligenda, tu sequere, quod voles.* Formas "*Enni, Horati, Læli, Mari, Opimi, Pacuvi, Pompili, Tati, Valeri,*" in Cod. Vat. fragm. Cic. de Republica plerumque reperiri testatur *A. Mæus.* Conf. quoque *Charisium* coll. 59, 60. 113. Probabilia conjectura sequens ex hac re pertenue argumentum ad auctoris incerti ætatem stabiliendam attulit *Thomas Bentleius.* Patet enim Conditorem Astronomicon, quæ sub nomine *Manilii* vulgo feruntur, hasce formas sæpissime usurpasse; alteras vero per geminum i, quæ non parum commoditatis inter scribendum ei præbuissent, semel modo, si locus sit sanus, comparere; poetamque idcirco ex patrui sui præstantissimi monito temporibus Augusti viguisse ei verisimile fit. "Quod si in poetis hoc ubique obtinuit, quis dubitet quin idem obtinuerit in oratione soluta? Cicero itaque sic semper locutus est: quod maxime attendendum est eis, qui numeros oratorios cupiunt intelligere." *R. B.* ad l. c. Hanc aureæ ætatis consuetudinem e *Norisio* didicisse videtur R. B. Si quis naviter pertendat, "Cur aliud alio potius rectiusque esse dicas, non sane intelligo.—Noli igitur laborare utrum istorum debeas

dubito quin scripserit Terentianus, *non egentem* secu. L subsidi; uno negotio sanum trochaicum ac sententiam quam maxime perspicuam habebis: *ut vacabunt quando plures consonæ sponte productam* syllabam *sequentur*, ac proinde *non egentem* vel earum vel alius cujuspiam *subsidi*. Cæterum hujus * emendationis siqua sit laus, ea viro cuidam doctissimo [16] me- 7
cum communiter debetur: cui cum in manus quæ hic dicta sunt perlegenda tradidissem, ipsum interim cognovi eodem modo hunc locum refinxisse.

Ib. l. 22 [= 618.]

I media quum locatur hinc et hinc vocalium]

Pag. sequente l. 4 [= 630.] istud occurrit:

V similiter si conlocetur, ut favor *quum scribimus.*

Syllaba una *con* perperam locata duos versus contaminavit. In priore utique desideratur; in altero redundat. Tu deinceps lege, *I media quum* conlocatur: [17] et, *V similiter si* locetur.

Pag. 31. l. 12 [= 728.]

Namque equos, *vel* æquor, quæstus, *aut* aquam *quom scribimus*]

Lectio recepta contra metri trochaici rationem in sede tertia spondeum præfert. Quod ut deinceps evitetur, legendum est,

Namque equos, æquor*ve*, quæstus.——

dicere; nam, cum id genus sis, quod video, ut sine jactura tui pecces, nihil perdes utrum dixeris." Gellius xiii, xix.

16. Fortasse, *Joanni Tayloro*, L.L.D. Legum Atticarum instauratori felicissimo.

17. Ibid. p. 17. l. 4. [= 299.] sic citat Servius ad Geo. ii, 519. Quos super insidens trapetos *signa gyris temperat*—Legendum est vero, Quo super sedens trapeto, *signa gyris temperat*—Annon tibi cavebis de Servio qui unum infelicissimum trochaicum tribus infortuniis mactavit? Taylorus. *Supersidens* ex Veneto assumsit *Santenius*. qui ad 987. observat "Servii ætate Terentiani exemplaria esse corrupta."

SECT. I. Pag. 32. l. 5 [= 751.]

—— *Quando non digammi sumit neque figuram neque sonum*]

Huic etiam versui, cum eodem morbo laboret, similis facienda est medicina:

Quando non sumit digammi——

8 *Pro altero autem *neque* malim *nec*. Quanquam enim in septima trochaici sede tribrachys legitime venire possit, a Terentiano tamen ibi, quod meminerim, nusquam adhibetur.

Pag. 34. l. 19 [= 825.]

Titulus præscribet iste discolor sinopide]

Vox *titulus* prima producta contra artem hic usurpatur. Repone,

Titulus en! [18] *præscribet iste*

Pag. 35. l. 17 [= 852.]

Neu subesse præter istos, quos loquar, casus alios]

Principio, in versu hoc ultima syllaba redundat. Deinde, neque in præcedentibus nec sequentibus quidquam extat, quo referri possit *casus alios subesse*. Habetur autem in variis lect. *casus plures*. qua de scriptura *male* pronunciavit Commelinus. Quasi vero idem *male* de vulgata itidem dici non posset! At homini profecto bene esse velim, qui alteram

18. "*Hodie malim*, Titulus, *ut*"—R. D. *Curæ sec.* apud Burgess. Catullus de Aty, 68. Egone *deum ministra, et Cybeles famula ferar?* Egon'ut .... Cybebes R. B. [Æn. VI, 780. Viden'ut geminæ stant vertice cristæ?] *Cybebes* Catull. Atys. 9. [*typanum, tubam* Cybebes, *tua, Mater, initia*. Cybelles *Brunckius* in Append. ad A. Rhod. I, 1139.] 20. 35. *Cybebe* 84. 91. Virg. Æn. x, 220. [Br. ad l.] *Cybeben* Sil. Ital. Pun. viii, 365. ix, 293. xvii, 8. *Cybebæ* Sen. Troad. 72. *Cybelæ* Æn. III, 111. R. B. Conf. eundem ad *Fr. Gacon*, p. 218. ad Lucan. Phars. I, 600. et *N. Heins.* ad Prudent. Peristeph. x, 196.

illam nobis conservavit. Quippe ex ejus vestigiis, utcunque ipsa sit vitiosa, veram tamen certissime instauratum iri confido. Itaque lego, SECT. I.

Neu subesse præter istos, quos loquar, casus putes.

Postquam hæc scripseram à viro doctissimo[19] certior factus sum in codice MS. *plures* extare.

*Pag. 37. l. 14. [= 909.] 9

Quæ sonum nobis ministrat, σιγμα *quod Græcis solet.*]

Hoc modo scripsisse Terentianum nemo unquam mihi persuaserit. Rescribendum vero confirmare ausim,

Quæ sonum *nobis ministrat,* σιγμα quem *Græcis* solet.

Extat autem locus plane gemellus pag. 21. l. 7. [= 423, 424.]

Αλφα *semper atque* Ιωτα quem *parant Græcis* sonum
A *et* E *nobis ministrant: sic enim nos scribimus.*

Quem locum qui continuo excipiunt, versus cum insigniter corrupti sint, iis itidem medicam hic manum libet admovere. Ii autem in editione, qua sola utor Sanctandreana, sic repræsentantur, [425—429.]

OI *similiter* O *et* E *fit,* Ιωτα *quod Græcum fuit.*
AU *et* EU *quum copulamus,* U *secundam jungimus,*
In vicem Græcæ: quod υψιλον *subdita est vocalis* U.
Græca diphthongos OY *literis tamen nostris vacat:*
Sola vocalis quod U *complet hunc satis sonum.*

Versus primi metrum quidem est integrum, sententia vero et constructio nulla. Rescribo,

O *similiter* Ου; *et* E *fit,* Ιωτα *quod Græcum fuit.*

*Nempe Ου literæ Græcæ O nomen accipi volumus, 10
quemadmodum apud veteres obtinebat. Qua de re

19. *Joanne Taylero.*

SECT. I. Calliæ versus à Cl. Casaubono ad Athenæum[20] laudatos libet describere atque emendare:

20. *Callias* Ἀθηναῖος κωμικὸς, Ol. LXXXVII, 1. vixit; ἐποίησε τὴν καλουμένην Γραμματικὴν θεωρίαν, X, 453. F. 7. conf. p. 448. B. VII, 276. A. "Calliæ versus, quos alii tanto molimine emendatum iverunt, eosdem facile et simpliciter restituit TYRWHITTUS. 'Calliæ *versus*,' inquit vir doctus, '*quosdam* a Cl. Casaubono *ad* Athenæum *laudatos describit atque emendat* Dawesius. *Melius fecisset, si locum ipsum, ut ab Athenæo repræsentatur, simul descripsisset. Is igitur sic se habet.* Athen. L. x. p. 453. [F.] Αλφα μονον ω γυναικες ειτε δευτερον μονον λεγειν χρη και τριτον μονον γ ρεις ειτ αρα φησω το τεταρτον ταυ μονον ιωτα πεμπτον ον το θ εκτον υ μονον λεγε λοισθιον δε φωνω σοι το ω των ἑπτα φωνων, ἑπτα δ εν μετροις μονον. *Hæc autem quicunque sine præjudicio perlegerit, videbit, opinor,* Athenæi *verba, quæ viri docti in quinque* Trochaicos *versus omnibus tormentis admotis cogere moliti sunt, in sex versus* Iambicos *sponte distribui posse. Sic,*

Αλφα μονον, ω γυναικες, ΕΙ τε δευτερον
Μονον λεγειν χρη· και τριτον μονον γ ερεις
ΗΤ· αρα φησω και το τεταρτον αυ μονον
ΙΩΤΑ· πεμπτον ΟΥ, τοθ εκτον Υ μονον
Λεγε· λοισθιον δε σοι μονον φωνω το Ω
Των ἑπτα φωνων· ἑπτα δ εν μετροις μονον.

'*In his vix litera mutata est, nisi in v. 3. et 5. In quorum primo* και *ex emendatione Casauboni recepi; in altero* μονον *inserui, tam sensu quam metro postulante. Per* μονον *autem vocalem, nec* simpliciter nominandam ut sonat, *cum* Casaubono, *neque* μονοσυλλαβον *cum* Dawesio *intelligo, sed* solam, per se enunciandam. *In recensendis scilicet vocalibus, unamquamque sigillatim et per se efferendam esse monet qui loquitur, quisquis ille est. Nam duos hic loqui mihi minus probabile videtur: adeoque in v. 3. pro* φησω *libenter legerem* φησεις, *vel sic* φημι σοι το τ.

'*Observandum est autem, locum hunc, ut ab* Athenæo *repræsentatur, ad* Dawesii *argumentum æque facere ac illa quæ a* Casaubono *interpolata sunt. Unde verisimile fit* Dawesium Casaubono *secure nimis fidentem,* Athenæum *ipsum non satis diligenter inspexisse. Quod sane in homine Critico non probo: Qui, opinor, neque ipse ullas etiam summorum virorum emendationes, quas vocant, ita amplecti debet, ut non eas ad antiquam locorum scripturam exigat, neque aliis tradere, nisi cum antiquis lectionibus simul descriptis.*' Burgessius." 1. ει τε δευτ. Cod. Venet. A. 3. ηταρα et τ' αὖ Idem; φήσω σοι maluit *Schweigh.* 4. ὃν *Casaub.* operarum errore: οὗ Ald. et Bas.; ου. A. 5. φανῶ *Casaub.* et A: φωνῶ Ald. et Bas. 6. — ἑπτὰ δ' ἐν μέτροις μόνον. Recte; Ter. Maur. p. 22. l. 4. = 450—52. *Literam namque* E *videmus esse ad* Ἦτα *proximam; Sicut* O *et* Ω *videntur esse*

Vicinæ sibi; Temporum momenta *distant*, non soni nativitas:—Hinc E quidem EI, O autem OY veteres nominasse discant pueri; *Achæus* apud Athen. xi, 466. E.. Inscript. Potidæa l. 7. ЄΧΟΣΙ ΤΑΦΟΜЄΡΟΣ i. e. ἔχουσι τάφου μέρος· Baudelot. Inscript. i, ΘΟΚΙΔΙΔЄΣ, et ii, ΘΟΚV-ΔΙΔЄΣ· epigraphæ Il. E et O, quæ sacrum annum, ut arbitror, antecedunt, et Plutarchus in libello περὶ τοῦ E τοῦ ἐν Δελφοῖς nos eadem docent. Fragmentum Lex. Gr. apud Hermann. de Gramm. Gr. p. 320. Πάντες οἱ Ἀρχαῖοι ἀντὶ τοῦ ō στοιχείου τῷ οῦ ἐχρῶντο, ἀντὶ δὲ τοῦ ē τῷ ει. καὶ δῆλον κἀκ τοῦ ē τοῦ ἐν Δελφοῖς ἀντὶ τοῦ ει λαμβανομένου. *Ausonius* ad Paulinum: Una *fuit quondam, quam respondere Lacones*, Littera, *et irato regi placuere* negantes; conf. Quintil. Inst. Orat. i, vii. et Valck. ad Adoniaz. p. 262. Iterum; Ω *quod et* OY *Græcum compenset Romula vox* O. Nigidius nimium truculentus in Græcos exarsit, dictans apud A. Gell. xix, xiv., "*Græcos non tantæ inscitiæ arcesso, qui* OY ex O et Y *scripserunt, quantæ, qui* EI ex E et I. *Illud enim inopia fecerunt;* hoc nulla re subacti." Nimirum nomen OY indiderunt, ut illud a vocali longa distinguerent; sed E nominabant EI, ut sonus τοῦ Ἰῶτα, quem medium inter E et Ἦτα occupat, dilucide efferatur.—Nudam vero potestatem vocalium Y et Ω pro nominibus fuisse monet Plato in Cratylo, i, p. 393. D, E. H. St. Apage ergo ista inficeta sæculi decimi et quarti additamenta μῖκρὸν, ψῖλὸν et μἔγα, quæ incautam juventutem in errorem trahunt; duo enim priora corruptis tantummodo locis, postremum autem nulla auctoritate nititur: Iph. Aul. 1380. Ἐμοὶ δὲ τ' ἄλγος οὐ μακρὸν εἰσήει φρενί, seu φρενὰ, hunc versum reformare nihil aliud esset quam mortui cineres fœdare; vide Valck. ad Ph. 1379. et R. P. Suppl. ad Pr. in Eur. xxiii. Si afferat quispiam Menandri *Aspid.* fr. 8. apud Cler. p. 26. Στρατιώτην καὶ μικρὰν σωτηρίας Ἔστ' ἔργον εὑρεῖν πρόφασιν, ὀλέθρου δ' εὔπορον· has vepres, R. B. duce, nullo negotio perrumpamus; Στρατιώτην, Σμικρίνη, σωτηρίας Ἔστ' ἔργον εὑρεῖν πρόφασιν, ὀλέθρου δ' εὔπορον. *Deisidaem.* fr. 2. apud Clem. Alexandr. p. 712. ed. pr. =842. Potter, Εἰκότως γ', ὦ φλήναφε, Σαπρὸς γὰρ ἦν· σὺ δὲ σμικρολόγος οὐ θέλων Καινὰς πρίασθαι. Conf. *Grot.* Excerp. p. 715. *Cler.* p. 40. *R. B.* No. 43. et *Br.* ad Aristoph. Plut. 240. (*Month. Rev.* March, 1806, p. 235.) Ex hujusmodi reliquiis, quæ tantum non perierunt, nihil extundere queo. "Cæterum," ut Casauboni illud occinam, "integram hujus loci sententiam parati sumus illi aperire, qui integrum Menandri drama nobis exhibuerit. Dura admodum et difficilis conditio, inquies. Nostra longe durior, si ex pauculis et sæpe corruptis [et Patris textu permistis,], aut negligenter a Clemente descriptis verbis, integram semper poetæ sententiam divinare necesse habeamus." Ad Athen. p. 97. Si Sophoclis codex surgeret, qui daret Œd. Col. 880. Τοῖς τοι δικαίοις χὠ ΜΙΚΡΟΣ νικᾷ μέγαν, aut Eur. qui exhiberet Or. 748. ἢ Θανεῖν ἢ ζῆν· ὁ μῦθος δ' οὐ μικρὸς μικρῶν πέρι. hanc glossam defensum irent librariorum patroni, et nihil temere audendum ingeminarent. Idem Comicus apud Clem.

SECT. I.

Alexandr. IV. 20. p. 594. A. ed. Paris.=p. 620. Potter, μικροῦ Μὲν ἀῤῥαβῶν' εὐθύς μ' ἔπεισε καταβαλεῖν. Sic "ex trochæis haud dubiis pessimos fecit senarios" Clericus p. 282. Digessit Bentleius N°. 247. Καὶ μικροῦ μὲν ἀῤῥαβῶνά μ' ἔπεισεν εὐθὺς καταβαλεῖν· et Verborum ordinem ab Etym. M. servatum non turbavit ὁ πάνυ *Pearsonus* ad Symb. p. 663. Sed "pedem dactylum ante finalem iambum admiserunt Comici raro et pudenter;" R. P. PRÆF. xlix. et apud Walpole, p. 112. Sed vide omnino Græcarum Literarum apud Cantabrigienses Professorem [P. P. D.] in Addend. ad Ar. Plut. 147, (101).

ἐ-ψ-ψιλόν. Menander apud Polluc. x, 12. Cler. p. 150. Ὡς ἔστη μαλακὰ συλλαβὼν Ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπῆδα, ψιλός. In sesquisenario dactylus quartum locum occupat; et illud ψιλὸς e conjectura Kuhnii, "in prosodia plane hospitis," adscivit bonus Clericus. In vetustis Pollucis editionibus ὅ ἐστι μάλα καὶ σ. et pro ψιλὸς, φίλος. Hinc eruit R. B.—ὅσ' ἐστὶ μαλακὰ συλλαβὼν, Ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπῆδα, φίλος. R. B. ad T. H. p. 91=291, et ad Menandr. p. 62.

Ωμέγα In Apoc. D. Joan. xxii, 13. MSS. apud R. B. ἐγὼ τὸ Ἄλφα καὶ τὸ Ω. "Ego sum Alpha et O. nam parvum quidem O vocabant OY, ultimæ autem litteræ idem nomen et potestas erat." Muret. V. L. XVIII, 1. Ausonius, *Et suprema notis ascribitur Argolicis* Ω. Prudentius Cathem. hymn. IX, 10. *Corde fusus ex parentis ante mundi exordium,* Ἄλφα *et* Ω *cognominatus, ipse fons et clausula Omnium, quæ sunt, fuerunt, quæque post futura sunt.* et Paulinus de litteris iisdem, Ἄλφα *itidem mihi Christus et* Ω, *qui summa supremis Finibus excelsi pariter complexus, et imi, Victor, et inferna, et pariter cælestia cepit.* Conf. Schol. ad Plat. p. 44. Scaliger. ad Euseb. p. 120. *Pears.* ad Symb. pp. 247, 8, 9. 266. R. B. ad Hor. Carm. I, XXV, 11.—Addere libet, τὠὐτὸ γράμμα, τὸ Δωριέες μὲν Σὰν καλέουσι, Ἴωνες δὲ Σίγμα Herodot. I, 139. quem in Censore Britannico haud ita pridem citavi (*Brit. Crit. June* 1806. p. 662.) De figuris τῶν H [EƎ] et ω [∞] nimium excogitando nihil excogitavit vir eruditissimus l. supra c.: formam enim jamdudum repertam aspirationis loco usurpabant Attici; et ante receptam Ionum scribendi rationem vocales longarum vicem obeuntes pingebant sic; ε̄ ō. Diomedes ad Dionys. Thracem, p. 780. Ὅτε ἤθελον γράψαι ἔχουσαν ἐκφώνησιν τοῦ H λέξιν, ἔγραφον τὸ Ē, καὶ ἐπάνω τοῦ Ē τὸ σημεῖον τῆς μακρᾶς. Ὅτε δὲ τὴν ἐκφώνησιν τοῦ Ω, ἔγραφον τὸ Ō, καὶ ἐπάνω τοῦ O, τὸ σημεῖον τῆς μακρᾶς. Idem in Plutarch. de Orac. defectu II, 426. F. nil proficit. Hic ago tibi, venerabilis scholæ Mercatorum-Scissorum juventutis ductor, maximas gratias, pro tua mansuetudine debitas et delatas, qui me olim in hisce rebus minutis adolescentulos in via comiter monstrata ducentem benigne aspexeris. Reliquas litteras, ut hodierni, plerumque enunciabant Attici; *Aristoph.* Eccles. 680. Καὶ κηρύξει τοὺς ἐκ τοῦ BHT' ἐπὶ τὴν στοὰν ἀκολουθεῖν Τὴν Βασίλειον δειπνήσοντας· τοὺς

A. ΑΛΦΑ πρωτον, ω γυναικες, ΕΙ το δευτερον μονον
Χρη λεγειν· τριτον δε μονον ου χρη λεγειν, αλλ ΗΤ ερεις
B. Αρα φησω και το τεταρτον αυ μονον; A. Ουκ ΙΩΤΑ
γουν.
B. Τι δε το πεμπτον; A. Πεμπτον; ΟΥ. το δ' εκτον Υ
μονον λεγε.
Λοισθιον Ω των επτα φωνων, επτα δ' εν μετροις μονον.

Quæ verba sic interpretatur vir præstantissimus. *Prima* vocalis Αλφα *nominatur: secunda* Ει *tantum: tertia non per se dicitur* Η, *sed* Ητα. *Quid quarta? an simpliciter nominanda est ut sonat? Non: quin potius* Ιωτα *dicendum. Quid quinta? Quinta* Ου. *sextam* Υ *tantum dicito. ultima est* Ω *septem vocalium: quæ quidem non sono sunt septem, verum* τῃ προσῳδιᾳ *tantum et temporum ratione.* At enim videtur vir Cl. verbi μονον notionem minus recte hic cepisse, nempe ut indicet vocalem *simpliciter nominandam esse ut sonat.* Neque enim istud de vocali E dici potest. Ea utique non jam ut sonabat, sed uti hic docemur EI nominabatur. Itaque per μονον intelligo μονοσυλλαβον. Calliæ autem versus tertium atque ultimum sic refingi velim:

*Αρα φησω και μονον το τεταρτον;[21] Ουκ' Ιωτα γουν 11
Λοισθι' Ω.

h. e. λοισθια[22] ad φωνη referendum, id quod et ipsa sermonis ratio postulat. Alterum vero istud λοισθιον

Θῆτ' εἰς τὴν παρὰ ταύτην***** Τοὺς δ' ἐκ τοῦ Κάππ' εἰς τὴν στωὰν χωρεῖν τὴν Ἀλφιτόπωλιν, Thesm. 788. τουτὶ τὸ ΡΩ μοχθηρόν. Adde, *Aratus* ap. Br. An. Gr. I, p. 253. ii. Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πέτραισι κάθηται Γαργαρέων παισὶν Βῆτα καὶ Ἄλφα λέγων. Conf. *Scaliger.* ad Euseb. pp. 111—122. Consulas, si otio frueris, Edvardum Waring, Analyticorum, si rite audita recordor, facile principem in tentamine suo p. 237. de his latibulis disserentem: adeo verum est quod cecinit Comicus Av. 1422. ΕΡΔΟΙ ΤΙΣ, ΗΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΕΙΔΕΙΗ ΤΕΧΝΗΝ. Conf. Hor. Epist. I, xiv. 44. *Scaliger* ad Propert. p. 206. *Lennep.* ad Phalarid. p. 246.

21. " *Lege,* και μονον τεταρτον. *Pauca autem exempla, quæ dactylum in versibus trochaicis repræsentant, alias ad examen revocaturus sum.*" *R. D. Curæ sec.* apud eruditissimum Editorem; conf. R. D. in Append. p. 21*.

22. Hic λοίσθια ad φωνή, ut λοίσθιον ad γράμμα referendum

SECT. I. των φωνων perinde sonat ac si Latine dicas *ultimum vocalium*. Pro Ουκ· ΙΩΤΑ autem legi etiam potest, quod et facile prætulerim, Ουχι· ΙΩΤΑ. ut το Ιωτα disyllabum Yôta[23] efferatur; quo modo ubique enunciandum adhibuit Terentianus. Ad quem nunc redeundum est.

Versus tertius adversus metri rationem peccat. Nempe υψιλον sequente consona sex temporibus constat. Alterum porro istud jure quis reprehenderit, quod vocalis quæ apud Terentianum Υ constanter audit, recentiori hic nomine υψιλον appelletur. Reponendum autem censeo:

In vicem Græcæ quod Υ sic *subdita est vocalis* U.

Quartum, uti a viro doctiss.[24] nuper cognovi, repræsentat codex MS.

Græca diphthongus sed ΟΥ *literis nostris vacat.*

Unde liquet voculam *tamen* retineri neutiquam oportere. Proinde alteram *autem* sic potius inseruerim:

Græca diphthongus sed autem ΟΥ *literis nostris vacat.*

12 *Conjunctæ reperiuntur voculæ *sed autem* Plaut. Rud. II. v. 15.

Sed autem,[25] *quid si hanc hinc abstulerit quispiam Sacram urnam Veneris?*

in Eur. Theseo apud Athen. x, 454. D. 1. Τὸ λοίσθιον δὲ τῷ τρίτῳ προσεμφορές.

23. *Giota* vel *Yota* Taylorus ad Lect. Lys. p. 721. in margine exemplaris Marklandiani, et in Adversariis suis ad Ter. Maur. "Litteræ ιαι in Ἰστίαιαν pro una tantum syllaba sunt habendæ, et sicut nostratium YAI pronunciandæ." *Heath.* in Pers. 954. In cæmeteriis rusticis agri Norfolciensis sæpenumero IEARS et IEARES pro *years* ipse vidi. Apud nostrates in agro Eboracensi *yate* = *gate* more Terentiano vulgo appellant. Vide virum perspicacem, *Gualterum Whiter*, in Etymologico suo passim; "*Warin*. Jovianus lib. I, de Aspiratione draweth it from *Varro*. But whereas it was written in all Records *Guarinus*: It may seem mollified from the Dutch *Gerwin*, that is, *All-victorious*." *Camden's* Remains p. 90. "*Wiltoniæ* comitatus a *Guillo*, i. e. *Willo* fluvio, ut perhibet Wigorniensis." *H. Spelman*. Icenia p. 135.

24. Joanne Tayloro.

25. Sed autem] Sed autem *Terentio Andr.* 5, 3. 15. *restituit*

Et Virg. Æn. II. 101.

Sed *quid ego hæc* autem *nequicquam ingrata revolvo?*

Semidoctus, opinor, aliquis harum vocularum concursu offensus, ac metri interim securus, alteram eliminandam curavit. Extat et alter apud Terentianum locus, pag. 79. l. 1 [=2072.]. vix nisi simili medicina sanandus:

Spondeus autem metron hoc locatus ante.

Nempe versum hunc ad normam Ionicam exigi oportet. Quod ut fiat, rescribo, *Spondeus* at *autem.*

Olim hic emendaveram juxta vulg. lectionis fidem:

Græca literis diphthongus OY *tamen nostris vacat.*

Atque hujus quidem versus de metro non est cur sis sollicitus, ac si tertio loco habeatur spondeus. Nam vox *diphthongus* (licentia quidem vix defendenda), primam alibi apud Terentianum corripit. Infra versum utique secundum legimus, [430.]

* EI deinde Iωτα *Græca quod* dĭphthongus EI *sonat.* 13

et pag. sequ. l. 29. [=475.]

Pes tamen non est trochæus, quia [26] dĭphthongus *extima est.*

Liceat obiter monere Terentianum versu hunc excipiente, [476.]

Dactylus nam pes et ille est nube nati ceu duo,

ad Virgil. Æn. VII. 674. respexisse:

Ceu duo nubigenæ *cum vertice montis ab alto.*

Qui nisi Virgilii locus lectori in mentem veniat, fieri vix potest, ut quid sibi hic velit Terentianus, intelligat. Nempe dactylus quem dicit est *Ceu duo;* illud autem *nube nati* æquipollet τῳ *nubigenæ.*

Bentleius, adducto Virgilii loco. Easdem voculas conjungit idem Terentius Phorm. 4, 2, 11. R. P.

26. Terentiani sæculo "una syllaba vocem *quia* fere pronunciabant." *Santen.* ad v. 52.

SECT. I.

Versus quinti metrum sic lubens compleverim:

Sola vocalis quod U data *complet*[27] *hunc satis sonum.*

Sic pag. 20. l. 13 [= 399.]

Neutra porro de duabus ante tres istas data.

Pag. 39. l. 2 [= 957—964.]

Ast enim Graius locabit quandocunque hanc ultimam, [voculam E]
Sive in uno comprehensam, sive in verbo pari,
Consonam non Ξι jugabit, quia *sono levi studet*; malim *leni*[28]
**Nam, nisi vocalis adsit, vertit hanc in simplicem:*
Καππα *enim solum sonabit*; σιγμα *vero excluditur:*
Sic et εκπληξαι *loquuntur,* sic et εκπερσαι πολιν:
Sic et illud εκ στοματος εκκεκωφηται ξιφη:
Sic et εκ παντων solute, sic *et* εκ νησου *facit.*]

Versus secundi metrum eo nomine laborat quod *sive* vocali ante alteram non elisa adhibeatur. Deinde ex verbis istis *in verbo pari* nulla elici potest sententia quæ huic loco conveniat. Repono, *sive verborum in pari*, h. e. *sive in duobus verbis*. Aut etiam *sive verborum pari*. Nam codex MS. qui unicus superest, uti a viro doctissimo[29] nuper cognovi, *sive verbo pari* absque *in* repræsentat. Cum autem *sive in uno* præcedant, præpositionem repetitam neutiquam oportebit. Nempe *pari* eundem hic usum sortitur quem in isto Horatii, *Nobile* par *fratrum*[30]. Nihil

27. "*Hodie vero legerim, quod ista complet*—h. e. *vocalis u modo memorata.*" R. D. *Curæ sec.*

28. Conf. R. B. ad Hor. A. P. 26., in Mus. Crit. II, 195., 6. (et in *Quintil.* Inst. Orat. x, i. p. 892. *Burman.* lege ex *Marklando, lenitasque verborum, et compositionis* probabilitas.) Cur. Sec. ad Cic. Tusc. I, xxxviii, xl. et Withofius ad Disticha, p. 541. Cic. de Orat. II, 79. Lege, *impelli primo judicem leniter, ut jam inclinato reliqua incumbat oratio.* et conf. supra 15. 22. 48. *Sen.* T. I, 166. l. penult. *transitus* lenis. Ib. p. 195. l. 13. *vitia in aperto leniora sunt.* R. B. Sen. Hipp. 12. Ubi per valles *lenis* Ilyssos,—*levis* MS. Æn. II, 782. *leni* fluit agmine Thybris. *Sil. Ital.* XII, 639. *Sulfureis gelidus qua serpit leniter undis Ad genitorem Anio labens sine murmure Tybrim.* Aliter longe *Santen.* ad Maur. 1652.

29. Joanne Taylore.

30. Serm. II, iii, 243.

utique aliud hic agit Terentianus, præterquam ut doceat voculam non jam εξ sed εκ sequente consona a Græcis usurpari solitam, sive ea (uti loquuntur) in compositione, sive extra compositionem veniret. Hujus autem usus exempla adducit εκ παντων et εκ νησου; illius εκπληξαι, εκπερσαι, et εκκεκωφωται, vulgo minus rectè εκκεκωφηται. Quarto in versu malim *vertet*, cum verbum hoc inter *jugabit* et *sonabit* intercedat, quanquam postea varietur constructio in *excluditur*, *loquuntur* et *facit*. Versui quinto censuit quidam medicinam * faciendam esse legendo, εκ στοματος *et* εκκεκωφηται. At enim hoc pacto perperam confunduntur exempla, contra notam Terentiani ακριβειαν. Eum certissimum videtur unicum in hoc versu exemplum, idque voculæ εκ *in uno verbo comprehensæ*, dedisse. Sequuntur in proximo ejusdem *solute* sive *in verborum pari* usurpatæ exempla. Quid multis opus est? Terentiani, opinor, manum nunc faciam agnoscas:

Sic et illud εις το καλλος εκκεκωφωται ξιφη; [31]

Nempe ad Euripideum istud Orest. 1287. respexit grammaticus:

Αρ εις το καλλος εκκεκωφωται ξιφη;

Pag. 58. l. 18 [= 1520.]

Καταληκτικα *quos syllaba terminat frequenter*]

Latet in hoc versu error ex nimia librarii nescio cujus eruditione profectus. Nempe homini paulo sagaciori suboluit verbi *Catalectica*, quod literis Latinis exaravit Terentianus, Græcam esse originem. Isque adeo pro eo quo pollebat judicio Græcas literas curavit invehendas. Id quod tamen neutiquam fecisset, si Græci sermonis vel majore vel minore usus esset peritia. Si verbi utique originem ignorasset, ipsam ob hanc causam integra mansisset Latina scriptura. Nec vero mutata esset, si homini inno-

31. "Terentianus Maurus optime ex hoc loco emendatus a Dawesio." R. P. ad Eur. Or. 1279.

SECT. I. tuisset vocem καταληκτικα ultima * correpta, numeri esse non nisi pluralis, nec generis nisi neutrius.
16 Dores quidem et Æoles καταληκτικα scribebant pro καταληκτικη. Atque hinc, opinor, in fraudem inductus est homo infelix, nescius interim Doricum vel Æolicum καταληκτικα ultimam perinde producere atque Ionicum καταληκτικη.

Pag. 62. l. 9 [= 1620, 1621.]

Post spondeum autem vĕnĭēns sic mutet *oportet,*
Ut iste versus jam docet, legem metri. [32]]

Agit hic Terentianus de anapæsti in versu heroico post spondeum venientis incommodo. At cujusmodi incommodum suggerere voluerit, quotus quisque, obsecro, ex vulgata lectione divinare poterit? Ni me omnia fallunt, totidem verbis sic scripsit Grammaticus:

*Post spondeum au*tēm sĭc vĕnĭēns, *mutet oportet,*
Ut iste versus jam docet, legem metri.

Nempe ex hac lectione discimus anapæstum spondeo subjectum illud in se vitii habere, quod *legem metri immutet;* hoc est, metrum heroicum in anapæsticum convertat. [33] Cujus rei exemplum versus prior, uti a

32. "*Lectio vulgata sic se habet:* Post spondeum autem veniens, sic mutet oportet, Ut iste versus jam docet legem metri. *Equidem divinare nequeo quid tantum in typographum commiserim, ut in versu priore τῷ* veniens *anapæsti notas superscribendo, atque in altero post* docet *distinguendo, emendationis alioqui neutiquam obviæ laudem qualemcunque mihi inviderit. Sed enim fato nescio quo ab annis aliquot mihi perquam solemniter usu venit ut ab hominibus, de quibus bene quodammodo meritus sim, male vicissim habear.*" *R. D.* Addend. et Corrigend.

33. Erotianus: Κενέβρεια, τὰ νεκριμαῖα κρέα οὕτω καλοῦνται· ὡς Ἀριστοφάνης, οὐκ ἔσθω κενέβρειον· ὅταν θύῃς τι, καλεῖ με. * Οὐκ ἔσθω κενέβρει', ὁπόταν δὲ θύῃς τι, κάλει με. " haberi hæc possunt pro Anapæstico Aristophaneo," inquit Heringa Obs. p. 165., " cui ab initio sesquipes deest:" Minime, Medice eruditissime, potest esse pars tetrametri anapæstici in primo pede manci; prior enim syllaba θύειν nusquam corripitur, et anap. Aristoph. cæsuram post quartum pedem exigit. *R. P.* ad *Toup.* 464. 506. κενέβρειον, ὅταν—legit *R. B.* sed cum κενέβρειον, *morticina,* me ob-

nobis restitutus est, luculentissimum exhibet. Nunc vides, quo sensu ac jure simul dicatur, *Ut iste* (proxime præcedens) *versus jam docet.* SECT. I.

*Pag. 65. l. 4 [=1705, 1706.] 17

Sed fortasse putes nullum contingere versum,
Quin ullam earum in regulam non incidat.

In variis Lectt. habetur *Qui nullam.*[34] Quæ quidem dictio paullo accuratior est. Sed utrovis demum modo legeris, sententiam habebis auctoris menti plane contrariam. Locum autem unius literulæ additamento sic refingi jubeo:

Quin nullam *earum in regulam non incidat.*

Cujus cum subtilior ac reconditior constructio librarios fefellerit, inde factum videtur ut *nullam* in *ullam* fuerit immutatum.[35] Est autem *quin non incidat in*

servasse haud meminerim, abeat particula δὲ, et habebimus hexametrum, quo usus est Comicus: vide Brunckii Addend. ad Fr. inc. Aristoph. CXLIII, p. 170. Xen. Mem. II, iii, 11. λέγε δή μοι, ἔφη, εἴ τινα τῶν γνωρίμων βούλοιο κατεργάσασθαι, ὁπότε θύοι, καλεῖν σε ἐπὶ δεῖπνον, τί ἂν ποιοίης; ix, 4. καὶ ὁπότε θύοι, ἐκάλει. Conf. Orig. in Cels. p. 74. ed. Spenc. Aristoph. Av. 538. κενεβρείων. Pollux. VI, 55. τὰ μέντοι θνησείδια κρέα ΚΕΝΕΒΡΕΙΑ ἐκάλουν. Hesychius, Κενέβρεια, τὰ θνησείδια καὶ νεκριμαῖα κτήνη. *Morticinæ* apud Latinos dicuntur, quæ de pecudibus sua sponte mortuis fiebant, inquit Servius ad Æn. IV, 518. In aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus, *ne quid scorteum adhibeatur, ideo ne* morticinum *quid adsit.* Varro de L. L. VI, p. 79. Mortuæ pecudis corio calceos, aut soleas fieri Flaminibus nefas habetur, sed aut occisæ alioqui, aut immolatæ, quoniam sua morte extincta *omine* funesta sunt. Festus vv. Mortuæ pecudis —*Scortea non illi fas est inferre sacello, Ne violent puros exanimata Deos. focos* Codices nonnulli. Ovid. Fast. I, 629. Hinc de cadaverosa facie Plautus, *Non hercle, si os perciderim tibi, metuam,* morticine. Pers. II, iv, 12. "Emendandus et castigandus Suidas in vv. Νεβρείην et Νέβρος, hæc Babrii citans [apud Tyrwhitt, p. 42.] Πεινῶσα κερδὼ καρδίην δὲ νεβρείην, λάπτει πεσοῦσαν, ἁρπάσασα λαθραίως. quid sibi illud δέ; lege sine dubio, καρδίην κενεβρείην. Kusterus non vidit." R. B. Propendebat R. P.

34. Quam prætulit Taylorus.

35. "*Sicui autem forte displiceat triplex negatio,* Quin nullam —non, *is legat velim subjectum Virgilii locum* Georg. I, 83. Nec nulla *interea est* in*aratæ gratia terræ.*" *R. D. Add. et Corr. Non. Marcell.* v. Spicæ. *Varro* Lege Mænia: Neque *in bonam segetem*

SECT. I. nullum *est spicum nequam*, neque *in mala* non *aliquod bonum*. Ar. Plut. 522. ἀλλ' οὐδ' ἔσται πρῶτον ἁπάντων, οὐδεὶς οὐδ' ἀνδραποδιστής. Plato de Legg. II, xi, p. 935. B. ἐν μὲν ἱερῷ τὸ παράπαν οὐδεὶς τοιοῦτον φθέγξεται μηδέποτε μηδὲν μηδ' ἐν τισὶ δημοτελέσι θυσίαις, μηδ' αὖ ἐν ἄθλοις, μηδ' ἐν ἀγορᾷ, μηδ' ἐν δικαστηρίῳ, μηδ' ἐν ξυλλόγῳ κοινῷ μηδενί. Phædr. III. p. 236. E. μηδέποτε σοὶ ἕτερον λόγον μηδένα μηδενὸς μήτε ἐπιδείξειν μήτ' ἐξαγγελεῖν. Quoniam in usurpandis hujusmodi formulis a consuetudine Latina sæpius discedimus, videtur mihi in his paulisper immorari: Virg. Buc. IV, 55. Non *me carminibus vincet* nec *Thracius Orpheus*, Nec *Linus*. Ter. Andr. III, iii, 31. *at ego* non *posse arbitror*, Neque *illum hanc perpetuo habere*, neque *me perpeti*. Virg. Geo. IV, 453. Non *te* nullius *exercent numinis iræ*. Cic. in Anton. II. nec *enim ab homine* nunquam *sobrio postulanda prudentia*. Cic. fr. Orat. pro Scauro p. 11. Neque *ego Sardorum querellis moveri nos* nunquam *oportere*. Cic. Cato, XV. *quæ* nec nulla *impediuntur senectute*. Cic. de Legg. II, 10. *animi labes* nec *diuturnitate evanescere*, nec *amnibus* ullis *elui potest*, lege, *nullis*. Virg. Buc. V, 60. 1. Nec *lupus insidias pecori*, nec *retia cervis* Ulla *dolum meditantur*: L. *Nulla*. *R.B.* X, 12, 13. *Nam* neque *Parnasi vobis juga*, *nam* neque *Pindi* Ulla moram *fecere*: Utrobique lege, *Nulla*. R.B. Ovid. ex Pont. IV, V, 15. *Copia* nec *vobis* ullo *prohibente videndi Consulis, ut limen contigeritis, erit*. Lege, *nullo*. *R.B.* Virgilius autem veniam poetis parce concessam haud repudiavit in Buc. VI, 11.—nec *Phœbo gratior* ulla *est*. Vitium contrarium perraro reperitur; Ter. Maurus 514, 515. *I magis Romana lingua non potest præmittere, Edat ut diphthongon*, nulli *nexilis vocalium. ulli* revocavit *L. Santenius*. Cic. Fr. pro Scauro, p. 14. Neque *ego, cum de vitiis gentis loquor*, neminem *excipio*. Cic. Tusc. V, V, p. 318. nullum*que recusent* nec *supplicium* nec *dolorem?* Cic. in Anton. II, xii. *deinde cum calceis et toga*, nullis nec *gallicis*, nec *lucerna*. Virg. Buc. V, 25, 6. nulla neque *amnem Libavit quadrupes*, nec *graminis attigit herbam*. Propert. II, XV, 5, 6. Nulla neque *ante tuas orietur rixa fenestras*, Nec *tibi clamatæ somnus amarus erit*. Hor. Carm. II, xiv, 22. neque *harum*—Ulla *brevem dominum sequetur*. Lege, *Nulla*. Tibull. IV, i, 127, 8. Ulla nec *äerias volucris perlabitur auras*, Nec *quadrupes densas depascitur aspera sylvas*. Lege, *Nulla*. Æn. XI, 354.—nec *te* ullius *violentia vincat*, sub judicio revocarit, si illi vita longior contigisset. Cic. Cato M. XVI. nil *potest esse* nec *usu uberius*, nec *specie ornatius*. de Divinat. I, ii, nihil *publice sine auspiciis* nec *domi* nec *militiæ gerebatur*. Virg. Geo. I, 118. Nec *tamen hæc quom sint hominum boumque labores Versando terram experti*, nihil *improbus anser, Strymoniæque grues, et amaris intuba fibris* Officiunt, aut umbra nocet:—"*One should think, that after the present method of laying out arable land, the corn was in no danger of being hurt by the shade. But a book of travels, I think Wright's, informs me, that in Italy at this day they often plant rows of trees intermixed with their corn; and the same practice was probably more general in Virgil's time.*" TYRWHITTUS. Buc. X, 76.

nullam tantundem quod *quin incidat in nonnullam.* Vel sic: *quin nullam* tantundem valet quod *qui non nullam.* Proinde habemus quod æquipollet τῳ *qui in nonnullam non incidat.* Vel deinque sic: *Quin* = *Qui non.* Proinde *Quin nullam,* &c. = *Qui non nullam earum in regulam non incidat.* Dele geminum *non*; et restabit *Qui nullam earum in regulam incidat.* Id quod luce clarius est Terentianum voluisse. Cæterum pergit grammaticus [= 1707—1710.]

Rarum concedam; fieri non posse negabo:
Apud Maronem talis incurrit mihi,
Magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile:
Species in istum nulla prædicta incidit.

Verum haud leviter erravit bonus Magister. Nam
*in hunc Virgilii versum ex prædictis speciebus duæ 18
incidunt; nempe τομη πενϑημιμερης in vocem *in* | *gratum* et ἐφϑημιμερης in *ad* | *scendere.* Pari profecto jure ex Terentiano [p. 54. l. 19 = 1411.] quivis adducere poterit trochaicum istum,

Pes erit βακχειος, αντιβακχος *autem tunc erit.*

contra regulam quam ipse sibi servandam statuisse profitetur his verbis utens [p. 17. l. 13, 14. = 308, 309]:

Regulam servans ubique, finis ut quarti pedis
Nominis verbive fine comma primum terminet:[36]

nocent et frugibus umbræ. Cic. pro Archia IV. *Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, Judices, ut ab illis* nullo *me* nunquam *tempore aut commodo*—Liv.

. Nulla nunquam respublica nec major, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit. Sueton. Nero, xxvii. *Ac* ne *Augusti* quidem *nomen, quanquam hereditarium,* ullis, *nisi ad reges ac dynastas, epistolis addidit. nullis* MS. recte. *R. B.* Cic. Tusc. v, vi. nulla ne *minima* quidem *aura fructus commovente,* Cic. de Orat. II, i. *omnium autem ineptiarum, quæ sunt innumerabiles,* haud *scio,* an nulla *sit major.* Lucan. Phars. IX, 569. An *noceat vis* nulla *bono?* Conf. *D. R.* ad *Muret.* Vol. I. p. 341. Cic. de Claris Orat. 126. *Eloquentia quidem* nescio an *habuisset* [C. Gracchus] *parem* neminem. Hæc est loquendi forma apud illos qui Latina lingua dominante ac vigente scripserunt.

36. Conf. R. D. infra pp. 298. 341. Ter. Maur. p. 21. l. 1. = v. 417. Ὑιες *ut dicunt,* ἀναλογία

SECT. I. cum tamen revera neque hoc Terentiani versu ipsius regula, nec vero illo Virgilii magistrorum leges violentur. Nam in commatum ratione præpositiones, etiamsi verborum initio adhæreant, tanquam singulæ tamen voces haberi possunt. Qua de re adi sis Cl. Bentleium ad Horat. Carm. IV. 8. 17. Similia autem apud Lucretium exempla legimus: III. 630.

Sic animas intro | duxerunt sensibus auctas.

IV. 400.

Apparent; et longe di | volsi licet, ingens [37]

Nec vero sine artificio ita locatur vox *divolsi,* ut in versus ratione ipsius partes sint divellendæ: similiter etiam apud Æschylum pag. 132. l. ult. [Pers. 165.] edit. Stephan. in primam vocis *αφραστος* in trochaico isto cæsuram cadere videmus

Ταυτα μοι διπλη μεριμν α | φραστος εστιν εν φρεσι. [38]

μυῖα et talia. ed. *Commelin.* ex *Brissæi* recensione; " Veneta: Ὑῖες *ut dicunt,* ἀηλοτγυῖα, *μυῖα.* Parrhas. *ἀηλογγυῖα.* Petrecinus: Ὑῖες *ut dicunt,* ἄκυλα, *γυῖα, μυῖα.* Schottus: Ὑῖες *ut dicunt* ἄοιδοι, *γ*ΥΙ*α, μ*ΥΙ*α,* et talia." *Santenius.* Fortasse, *ἀγυῖαι, γυῖα* R. B.—ACHÆI, ΓΥΙΑ, *μυῖα, et talia.* Taylor. Lect. Lys. p. 721. quam teste *Santenio* præclaram et certam emendationem vocabat *Burmannus* S. Atqui Mallem—*ἀγυῖα, γυῖα,*—v. 1329. *Quinta quæ vocalis* est, longam *creabunt syllabam;* nominis finis quartum podem non claudit; " metrum quidem constabit, monente elegantissimo Santenio, si legas: *Quinta quæ vocalis* audit, syllabam longam creant." Mauri vestigiis inhærens potuisset modestius refingere: L. *jugatis singulis, Quinta* quæ *vocalis* exstat, *longa* crescet *syllaba.* Equidem de hoc versu mihi necdum liquere fateor; et dum bonus codex viam monstret, expectandum arbitror.—Soph. Ph. 1402. Εἰ *δοκεῖ, στείχωμεν, ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος,* quem corruptum esse viderunt Heathius P. VIII. et *Herman,* de metris, 114, 282.; divinitus expediit R. P. N. *στείχωμεν.* Φ. *ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος.* 1407. N. *πῶς λέγεις;* Φ. *εἴρξω πελάζειν τῆς πάτρας.* N. *ἀλλ' εἰ δοκεῖ* Ταῦτα *δρᾷν, ὅπωσπερ αὐδᾷς, στεῖχε προσκύσας χθόνα.* Opusc. p. 197. *ἀλλ', εἰ δοκεῖ, πλέωμεν,* 526. *ἀλλ', εἰ δοκεῖ, χωρῶμεν,* 645.

37. Versum hunc " non agnoscunt codices apud Lambinum et multi et antiquiores, nec apud me duo Vossiani." *Santenius* ad Ter. M. 1709, 10.

38. " Æschyli locum sanum esse sibi persuasisse Dawesium vehementer miror. Lege, Ταῦτά *μοι μέριμν' ἄφραστος ἔστιν ἐν φρεσὶν διπλῇ.* Non solum enim in Trochaici Tragici cæsura non

*Cæterum cum versus heroici τομης πενθημιμερους mentio inciderit, libet hac occasione quandam Varronis circa hanc τομην observationem contra Cl. Bentleium defendendam in me recipere. Scribit Romanorum doctissimus apud Gellium XVIII. 15. *observasse se in versu hexametro quod omnimodo quintus semipes* (id est, prima pedis tertii syllaba) *verbum finiret*. Contra vir Cl. "Mirum, inquit, quod "*omnimodo* dixerit; cum Lucretius [39] jam tum "variaverit [1, 54.] SECT. I — 19

"*Reddenda in ratione vocare et semina* rerum
"et Catullus [de nupt. Pel. et Thet. 405.]

dissecari potest verbum compositum, quale ἄφραστος, sed ne articulus quidem, nec præpositio quartum pedem terminare." R. P. PRÆF. ad Eur. xliii = xlvi, vii. μέριμνα φρακτός, hariolatur *Reisig*. Conject. p. 128.

39. Testimonia in Varronem tutius ex Ennii Luciliique fragmentis expiscaretur; Ennius p. 124. *Hessel. Corde capessere: se | mita nulla viam stabilibit* [conf. Il. Z, 2.]: et Lucilius p. 34. ed. Dous. *Assequitur nec opi- | nantem in caput insilit ipsum.* Conf. Muret. V. L. XI, vi, (Opp. II. pp. 256, 7.) Nollem talia a me injuria excidissent: *Mauri* enim ratione probata, non necesse erit ut cum *Mureto, Bentleio*, et *Dawesio*, viris primariis, Varronem perstringamus: summa enim cum utilitate docet, vss. 1685, 6. *Horum si nihil est, specta, ne forte* Trochæus *Sit tertius, finemque det vocabulo:* Idem vss. 1695, 6. *Et* quartum *tradunt simili ratione* Trochæum: *Exemplum at ejus vix et ipsi collocant.* Trochaicæ hujus artificium, vereor, ut satis intellexerint magistri posteriores; versus certe plurimos, quos ipsi fere silentio præterierunt, *trita Trochaica* fulcire solet. Conf. omnino *Santenium*, optimum *Mauri* arbitrum, ad vss. 1674. 1685, 6, 1695. Revera ex versibus heroicis, qui unam alteramve e quatuor tomis desiderare videantur, illos eximere debemus, quorum verba aut "elisionibus connectuntur," aut in quibus "enclitica medios pedes ligant;" aut quandam ob causam cæsura impune vacant. Rarissimi comparent heroici qui *Gellii* canoni adversantur N. A. XVIII, XV. "*In* longis versibus, *qui* Hexametri *vocantur, item in* Senariis, *animadverterunt Metrici, duos primos pedes, item extremos duos, habere posse singulos integras partes orationis,* medios haud unquam posse: *sed constare eos semper ex verbis aut divisis, aut mixtis atque confusis.*" Doctrinæ de Senariis accedit auctoritas PORSONI qui in immortali sua præfatione PP. xxviii. hanc regulam a Tragicis plerumque esse servatam monstravit, et eam vetustate Musis devota tanquam saxo immobili stabilivit.

" *Omnia fanda nefanda malo permissa* furore."
m. *permista* cum ed. Cant.

Σχεδ. de Met. Terent. Atqui pace viri Cl. nil quidquam faciunt adducta exempla contra quod observavit Romanus. Velim utique scire undenam constare possit prius in publicum prodiise vel Catulli vel Lucretii poemata, quam Varronis libros disciplinarum, in quibus locum, in quo versamur, repperit Gellius. Hoc utique ni alicunde constet, frustra prorsus erit Vir Cl. Enimvero natus est Varro annos ante Lucretium haud paucos, ante Catullum adhuc plures. Quod ut præstemus, liceat data sumere de quibus inter alios convenit. 1mo. Catullum anno ante Sallustium, hoc est V. C. 667 natum esse: 2do. Lucretium vita functum * anno 702, ætate integra, quum paucos supra quadraginta annos implevisset: 3^{tio}. Varronem ad plures abiise anno 726. Jam igitur paucos istos, quos supra quadraginta implevit annos Lucretius, demus fuisse 5. Hinc natum eum habebimus anno 657. De anno, quo natus fuerit Varro, nunc dispiciendum. Ipse autem de se, primi de re rustica libri initio, hæc habet. "Annus enim *octogesimus* admonet me ut sarcinas colligam ante quam proficiscar e vita." Demus jam eum e vita profectum esse ipso illo *octogesimo,* quo jam tum scribebat, anno. Inde natum habebimus anno 646. hoc est ante natum Catullum 21mo. ante Lucretium 11mo. Fraudem videtur fecisse viro Cl. quod ante Varronem obierit Lucretius annos 24, Catullus 22. [40]

40. "*Varro* anno octuagessimo et octavo ætatis suæ adhuc libros scribebat, teste Plinio lib. XXIX. iv. et obiisse creditur A. U. C. DCCXXVII." *Igginii* PRÆF. ad Verr. Flacc. V. "*Lucretius*, aurei sæculi scriptor, obiit eo ipso die quo Virgilius virilem togam induit, Pompeio ac Crasso utroque iterum Coss. U.C. 699." *Noris.* ad Cenotaph. Pis. p. 468; U.C. 703. *Hieronymus.* De Catulli obitu dubius hæreo: Ovid. Amor. III, IX, 6. *Obvius huic venias hedera* juvenilia *cinctus* Tempora *cum Calvo, docte Catulle, tuo.* " unde patet Catullum obiisse juvenem." Sed vir πολυΐστωρ, *Edvardus Gibbon*, in Misc. V. I. pp. 357—362. omnem dubitationem hac de re exemit.—Varro quidem tradit apud Censorin. de D. N. cap. 14. *juvenes*

Pag. 77. l. ult. [= 2050.]

Nil autem officiet temporibus vicissitudo]

At enim *temporibus* usque adeo officit vocula *autem*, ut lectio hæc in nullam metri speciem cadat. Tu vero istam voculam, quæ ad sententiam nil quidquam confert, deinceps delendam, ac versum adeo ad normam ionicam exigendum curabis:

Nil officiet temporibus vicissitudo.

Siquis tamen nobiscum parum sentiens retinere malit voculam *autem*, is non incommode legere poterit:

**Nil autem* oberit *temporibus vicissitudo.* 21

Pag. 80. l. 17 [= 2116—2118.]

Hic quoque tetrameter similis remanere videtur:
Sed differt *illo, versus* quod *portio prima est,*
Ille sequens; aliaque simul quod lege tenetur.]

Agit hic Terentianus de duobus tetrametris heroicis, quorum alter habetur versui hexametro priores duos pedes demendo, cujusmodi est [2121.],

Damoetas et Lyctius Ægon:

Alter contra ultimos duos resecando, sicuti [2133.],

Dic mihi, Damoeta, cujum Pecus?

Non est, opinor, cur pluribus ostendere conemur loci, quam exhibuimus, scripturam huic auctoris menti quam optime convenire. Neque vero, quin pro germana habenda sit, fas videtur dubitare. Vulgo nulla plane sententia legitur,

Sed refert *illo, versus* quo *portio prima est:*

usquam ad XLV. annum dictos esse:"—*Schrad.* Emend. pp. 43. 47. Conf. *Taylor*. de Jure Civili, p. 255. Aristoph. Acharn. 601. et Sallust. Catil. 49. apud *Elmsl.* ad l. Pompeius apud Dion. Cass. XXXVI, 8. enarrat—ὅσα μὲν ἐν τῷ πρὸς Κίνναν πολέμῳ ἐταλαιπώρησα, καίτοι κομιδῇ νέος ὤν· sed tunc temporis annos viginti natus est, aut plus: inferius paulo, μὴ γὰρ ὅτι νέος ἔτ' εἰμὶ—annum fere quadragesimum explebat Pompeius.

SECT. I.

Pag. 84. l. 7 [= 2214—2217.]

Est: sed trochæo longa prior EST *syllaba,*
Brevis autem iambo; *longa post: cui non potest*
Longam trochæus subdere et brevem suas,
Brevi sequente; quia *fit hoc* ionicum]

Ita refingendum hunc locum censemus. Vulgo desi-
22 deratur in primo versu alterum *est*. In tertio * *suas* maluimus quam *suam*, loco simillimo adducti pag. 86. l. 19 [= 2286, 2287.]

——— *qui* brevem et longam suas
Jungens priori ———

In ultimo legitur *sequentis*, *qua*, et *iambicum*. *Ionicum* ex variis lectionibus restituimus. Sed ne hoc quidem ad pristinam sedem revocato ulla haberi potuit sententia, ni *sequentis* itidem in *sequente* mutata esset. *Quia* autem commodius esse quam vulgatum *qua* nemo, opinor, inficias ibit. [41]

Pag. 89. l. 13 [= 2367—2370.]

Utrasque quando solveris, nil *læditur:*
Quŏd ăgĭs ăgĕ *beatus ille qui procul negotiis:*
Auctore tanto credo me tutum fore;
Et pro iambo nemo culpet tribrachyn.]

Versus ultimus suis non constat numeris. Deinde quid sibi vult, obsecro, *pro iambo tribrachyn?* De versu hic *trochaico* agit Terentianus. In hoc autem nullum esse *iambo* locum non est ut quenquam edoceam, nisi qui his in studiis plane sit hospes; neque adeo ut pluribus præstare satagam rescribi hic oportere,

Et pro trochæo *nemo culpet tribrachyn.*

Pag. 96. l. 9 [= 2555.]

Cui nomen quoque Phalæco dederunt] [42]

41. Contrarium vitium e Terentiano sustulit *Tyrwhittus* apud *Cleaver*. de Rhythm. Gr. p. 149. 1343. *Ictibus* qui *fit duobus, non gemello tempore: quia* exhibent editiones omnes.

42. *Phalico* Ald. Manut. Inst. Grammat. p. 336. *phallico* R. B.

Dedisse quidem video librarios atque editorès tam *hic quam alias non semel; sed imperitè atque absurde ubique. Nempe pag. 97. l. 18 [= 2593.] legitur SECT. I. 23

Conjungit sibi phalæcos [43] *trochæos.*

Rursus pag. ejusdem l. 25 [= 2600.]

Post hoc phalæca *de tribus trochæis.*

Denique pag. 109. l. 16 [= 2942.]

In fine versum phalæcis *sonantem.*

Verum enim vero confirmare ausim vocem *phalæcus* esse plane nihili. Meminit quidem Terentianus de duobus versuum *Phalæciorum* generibus, docetque a *Phalæcio* nomen inditum pag. 71. l. 16 [= 1883, 1884.]

Hoc Cereri metro cantasse Phalæcius [44] *hymnos*
Dicitur: hinc metron dixere Phalæcion *istud.*

43. *phallicos* l. 7. *phallica* l. 9. *phallicis.* *R.B.* Proinde Atilio Fortunatiano pro *Phalæcio Phallico* in Libb. de Metr. p. 402.; et denuo *Phallicon* vice τοῦ *Phalæcium* in Elem. Doctr. Metr. p. 611. reposuit, "eundemque errorem in Mario Victorino corrigendum" monuit doctissimus Hermannus.

44. *Phalæcion* R. B. Immo, "quæ *Philica* Marius Sacerdos appellat in libro de metris, a *Philico* Corcyræo poëta τῆς πλειάδος, qui sub Ptolemæo Philadelpho vixit,—non quod primus invenerit hoc metri genus, nam Simmias longe illo antiquior, heic [in Alis] et in Securi hoc genere usus est: sed quod totum poëma isto numero conscripserit, cujus initium refertur apud Hephæstionem (p. 53. Gaisford.): Τῇ χθονίῃ μυστικὰ Δήμητρί τε καὶ Περσεφόνῃ, καὶ Κλυμένῳ, τὰ δῶρα. Ipse tamen Philicus hujus metri inventionem sibi adscribit hoc versu, qui in eodem Hephæstione legitur: Καινογραφῆς συνθέσεως τῆς Φιλίκου, γραμματικοί, δῶρα φέρω πρὸς ὑμᾶς." ["Καινογραφοῦς MSS." καινογραφοῦ *Ed. Rev.* No. XXXIV. p. 386.] "Quod igitur hoc genere metri plurimum usus sit, Philicum ab ipso appellatum est: ὅτι πρῶτος τούτῳ τῷ μέτρῳ τὰ ὅλα ποιήματα ἔγραψεν. Salmas. ad Simmiæ Alas. p. 185. Et ibid. p. 244. addit Vir summus; "Perperam apud Atilium Fortunatianum in arte, *Phalæcium metrum* pro *Philicium* scriptum est. sed et *Phalæcus* apud eundem male pro *Philicus* legitur, ubi dicit Phalæcum conscripsisse hymnos Cereri et Liberæ tali genere metri. Philicus enim non Phalæcus hoc metro carmen in honorem Cereris et Liberæ composuerat, cujus ini-

SECT. I. nullum *est spicum nequam*, neque *in mala* non *aliquod bonum*. Ar. Plut. 522. ἀλλ' οὐδ' ἔσται πρῶτον ἁπάντων, οὐδεὶς οὐδ' ἀνδραποδιστής. Plato de Legg. II, xi, p. 935. B. ἐν μὲν ἱερῷ τὸ παράπαν οὐδεὶς τοιοῦτον φθέγξεται μηδέποτε μηδὲν μηδ' ἐν τισὶ δημοτελέσι θυσίαις, μηδ' αὖ ἐν ἄθλοις, μηδ' ἐν ἀγορᾷ, μηδ' ἐν δικαστηρίῳ, μηδ' ἐν ξυλλόγῳ κοινῷ μηδενί. Phædr. III. p. 236. E. μηδέποτε σοὶ ἕτερον λόγον μηδένα μηδενὸς μήτε ἐπιδείξειν μήτ' ἐξαγγελεῖν. Quoniam in usurpandis hujusmodi formulis a consuetudine Latina sæpius discedimus, videtur mihi in his paulisper immorari: Virg. Buc. IV, 55. Non *me carminibus vincet* nec *Thracius Orpheus*, Nec *Linus*. Ter. Andr. III, iii, 31. *at ego* non *posse arbitror*, Neque *illum hanc perpetuo habere*, neque *me perpeti*. Virg. Geo. IV, 453. Non *te* nullius *exercent numinis iræ*. Cic. in Anton. II. nec *enim ab homine* nunquam *sobrio postulanda prudentia*. Cic. fr. Orat. pro Scauro p. 11. Neque *ego Sardorum querellis moveri nos* nunquam *oportere*. Cic. Cato, XV. *quæ* nec nulla *impediuntur senectute*. Cic. de Legg. II, 10. *animi labes* nec *diuturnitate evanescere*, nec *amnibus* ullis *elui potest*, lege, *nullis*. Virg. Buc. V, 60. 1. Nec *lupus insidias pecori*, nec *retia cervis* Ulla *dolum meditantur*: L. *Nulla*. *R. B.* X, 12, 13. *Nam* neque *Parnasi vobis juga*, *nam* neque *Pindi* Ulla moram *fecere*: Utrobique lege, *Nulla*. R. B. Ovid. ex Pont. IV, V, 15. *Copia* nec *vobis* ullo *prohibente videndi Consulis, ut limen contigeritis, erit*. Lege, *nullo*. *R. B.* Virgilius autem veniam poetis parce concessam haud repudiavit in Buc. VI, 11.—nec *Phœbo gratior* ulla *est*. Vitium contrarium perraro reperitur; Ter. Maurus 514, 515. *I magis Romana lingua non potest præmittere, Edat ut diphthongon*, nulli *nexilis vocalium*. *ulli* revocavit *L. Santenius*. Cic. Fr. pro Scauro, p. 14. Neque *ego, cum de vitiis gentis loquor*, neminem *excipio*. Cic. Tusc. V, V, p. 318. nullum*que recusent* nec *supplicium* nec *dolorem?* Cic. in Anton. II, xii. *deinde cum calceis et toga*, nullis nec *gallicis*, nec *lucerna*. Virg. Buc. V, 25, 6. nulla neque *amnem Libavit quadrupes*, nec *graminis attigit herbam*. Propert. II, XV, 5, 6. Nulla neque *ante tuas orietur rixa fenestras*, Nec *tibi clamatæ somnus amarus erit*. Hor. Carm. II, xiv, 22. neque *harum*—Ulla *brevem dominum sequetur*. Lege, *Nulla*. Tibull. IV, i, 127, 8. Ulla nec *äerias volucris perlabitur auras*, Nec *quadrupes densas depascitur aspera sylvas*. Lege, *Nulla*. Æn. XI, 354.—nec *te* ullius *violentia vincat*, sub judicio revocarit, si illi vita longior contigisset. Cic. Cato M. XVI. nil *potest esse* nec *usu uberius*, nec *specie ornatius*. de Divinat. I, ii, nihil *publice sine auspiciis* nec *domi* nec *militiæ gerebatur*. Virg. Geo. I, 118. Nec *tamen hæc quom sint hominum boumque labores Versando terram experti*, nihil *improbus anser, Strymoniæque grues, et amaris intuba fibris* Officiunt, aut umbra nocet:—"*One should think, that after the present method of laying out arable land, the corn was in no danger of being hurt by the shade. But a book of travels, I think Wright's, informs me, that in Italy at this day they often plant rows of trees intermixed with their corn; and the same practice was probably more general in Virgil's time.*" TYRWHITTUS. Buc. X, 76.

nullam tantundem quod *quin incidat in nonnullam.* SECT. I.
Vel sic: *quin nullam* tantundem valet quod *qui non nullam.* Proinde habemus quod æquipollet τῳ *qui in nonnullam non incidat.* Vel deinque sic: *Quin* = *Qui non.* Proinde *Quin nullam,* &c. = *Qui non nullam earum in regulam non incidat.* Dele geminum *non;* et restabit *Qui nullam earum in regulam incidat.* Id quod luce clarius est Terentianum voluisse. Cæterum pergit grammaticus [= 1707—1710.]

Rarum concedam; fieri non posse negabo:
Apud Maronem talis incurrit mihi,
Magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile:
Species in istum nulla prædicta incidit.

Verum haud leviter erravit bonus Magister. Nam
*in hunc Virgilii versum ex prædictis speciebus duæ 18
incidunt; nempe τομη πενθημιμερης in vocem *in* | *gratum* et ἑφθημιμερης in *ad* | *scendere.* Pari profecto jure ex Terentiano [p. 54. l. 19 = 1411.] quivis adducere poterit trochaicum istum,

Pes erit βακχειος, αντιβακχος *autem tunc erit.*

contra regulam quam ipse sibi servandam statuisse profitetur his verbis utens [p. 17. l. 13, 14. = 308, 309]:

Regulam servans ubique, finis ut quarti pedis
Nominis verbive fine comma primum terminet:[36]

nocent et frugibus umbræ. Cic. pro Archia IV. *Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, Judices, ut ab illis* nullo *me* nunquam *tempore aut commodo*—Liv.

. Nulla nunquam respublica nec major, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit. Sueton. Nero, xxvii. *Ac* ne *Augusti* quidem *nomen, quanquam hereditarium,* ullis, *nisi ad reges ac dynastas, epistolis addidit. nullis* MS. recte. *R. B.* Cic. Tusc. v, vi. nulla ne *minima* quidem *aura fructus commovente,* Cic. de Orat. II, i. *omnium autem ineptiarum, quæ sunt innumerabiles,* haud *scio,* an nulla *sit major.* Lucan. Phars. IX, 569. An *noceat vis* nulla *bono?* Conf. *D. R.* ad *Muret.* Vol. I. p. 341. Cic. de Claris Orat. 126. *Eloquentia quidem* nescio an *habuisset* [C. Gracchus] *parem* neminem. Hæc est loquendi forma apud illos qui Latina lingua dominante ac vigente scripserunt.

36. Conf. R. D. infra pp. 298. 341. Ter. Maur. p. 21. l. 1. = v. 417. Ὑψς ut *dicunt,* ἀναλογία

SECT. I.

cum tamen revera neque hoc Terentiani versu ipsius regula, nec vero illo Virgilii magistrorum leges violentur. Nam in commatum ratione præpositiones, etiamsi verborum initio adhæreant, tanquam singulæ tamen voces haberi possunt. Qua de re adi sis Cl. Bentleium ad Horat. Carm. IV. 8. 17. Similia autem apud Lucretium exempla legimus: III. 630.

Sic animas intro | duxerunt sensibus auctas.

IV. 400.

Apparent; et longe di | volsi licet, ingens [37]

Nec vero sine artificio ita locatur vox *divolsi,* ut in versus ratione ipsius partes sint divellendæ: similiter etiam apud Æschylum pag. 132. l. ult. [Pers. 165.] edit. Stephan. in primam vocis αφραστος in trochaico isto cæsuram cadere videmus

Ταυτα μοι διπλη μεριμν α | φραστος εστιν εν φρεσι. [38]

μυῖα et talia. ed. *Commelin.* ex *Brissæi* recensione; " Veneta: Υἶες *ut dicunt,* ἀηλοτγυῖα, μυῖα. Parrhas. ἀηλογγυῖα. Petrecinus: Υἶες *ut dicunt,* ἄκυλα, γυῖα, μυῖα. Schottus: Υἶες *ut dicunt* ἄοιδοι, γΥΙα, μΥΙα, et talia." *Santenius.* Fortasse, ἀγυῖαι, γυῖα R. B.—ACHÆI, ΓΥΙΑ, *μυῖα, et talia.* Taylor. Lect. Lys. p. 721. quam teste *Santenio* præclaram et certam emendationem vocabat *Burmannus* S. Atqui Mallem—ἀγυῖα, γυῖα,—v. 1329. *Quinta quæ vocalis* est, longam *creabunt syllabam;* nominis finis quartum pedem non claudit; " metrum quidem constabit, monente elegantissimo Santenio, si legas: *Quinta quæ vocalis* audit, syllabam longam creant." Mauri vestigiis inhærens potuisset modestius refingere: L. *jugatis singulis, Quinta* quæ *vocalis* exstat, *longa* crescet *syllaba.* Equidem de hoc versu mihi necdum liquere fateor; et dum bonus codex viam monstret, expectandum arbitror.—Soph. Ph. 1402. Εἰ δοκεῖ, στείχωμεν, ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος, quem corruptum esse viderunt Heathius P. VIII. et *Herman,* de metris, 114, 282.; divinitus expediit R. P. N. στείχωμεν. Φ. ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος. 1407. N. πῶς λέγεις; Φ. εἴρξω πελάζειν τῆς πάτρας. N. ἀλλ' εἰ δοκεῖ Ταῦτα δρᾷν, ὅπωσπερ αὐδᾷς, στεῖχε προσκύσας χθόνα. Opusc. p. 197. ἀλλ', εἰ δοκεῖ, πλέωμεν, 526. ἀλλ', εἰ δοκεῖ, χωρῶμεν, 645.

37. Versum hunc " non agnoscunt codices apud Lambinum et multi et antiquiores, nec apud me duo Vossiani." *Santenius* ad Ter. M. 1709, 10.

38. " Æschyli locum sanum esse sibi persuasisse Dawesium vehementer miror. Lege, Ταῦτά μοι μέριμν' ἄφραστος ἔστιν ἐν φρεσὶν διπλῆ. Non solum enim in Trochaici Tragici cæsura non

*Cæterum cum versus heroici τομης πενθημιμερους mentio inciderit, libet hac occasione quandam Varronis circa hanc τομην observationem contra Cl. Bentleium defendendam in me recipere. Scribit Romanorum doctissimus apud Gellium XVIII. 15. *observasse se in versu hexametro quod omnimodo quintus semipes* (id est, prima pedis tertii syllaba) *verbum finiret.* Contra vir Cl. "Mirum, inquit, quod " *omnimodo* dixerit; cum Lucretius [39] jam tum " variaverit [1, 54.] SECT. I. 19

" *Reddenda in ratione vocare et semina* rerum
" et Catullus [de nupt. Pel. et Thet. 405.]

dissecari potest verbum compositum, quale ἄφραστος, sed ne articulus quidem, nec præpositio quartum pedem terminare." R. P. PRÆF. ad Eur. xliii = xlvi, vii. μέριμνα φρακτός, hariolatur *Reisig.* Conject. p. 128.

39. Testimonia in Varronem tutius ex Ennii Luciliique fragmentis expiscaretur; Ennius p. 124. *Hessel.* *Corde capessere: se | mita nulla viam stabilibit* [conf. Il. Z, 2.]: et Lucilius p. 34. ed. Dous. *Assequitur nec opi- | nantem in caput insilit ipsum.* Conf. Muret. V. L. XI, vi, (Opp. II. pp. 256, 7.) Nollem talia a me injuria excidissent: *Mauri* enim ratione probata, non necesse erit ut cum *Mureto, Bentleio,* et *Dawesio,* viris primariis, Varronem perstringamus: summa enim cum utilitate docet, vss. 1685, 6. *Horum si nihil est, specta, ne forte* Trochæus *Sit* tertius, *finemque det vocabulo:* Idem vss. 1695, 6. *Et* quartum *tradunt simili ratione* Trochæum: *Exemplum at ejus vix et ipsi collocant.* Trochaicæ hujus artificium, vereor, ut satis intellexerint magistri posteriores; versus certe plurimos, quos ipsi fere silentio præterierunt, *trita Trochaica* fulcire solet. Conf. omnino *Santenium,* optimum *Mauri* arbitrum, ad vss. 1674. 1685, 6. 1695. Revera ex versibus heroicis, qui unam alteramve e quatuor tomis desiderare videantur, illos eximere debemus, quorum verba aut "elisionibus connectuntur," aut in quibus "enclitica medios pedes ligant;" aut quandam ob causam cæsura impune vacant. Rarissimi comparent heroici qui *Gellii* canoni adversantur N. A. XVIII, XV. "*In* longis versibus, *qui* Hexametri *vocantur, item in* Senariis, *animadverterunt Metrici, duos primos pedes, item extremos duos, habere posse singulos integras partes orationis,* medios haud unquam posse: *sed constare eos semper ex verbis aut divisis, aut mixtis atque confusis.*" Doctrinæ de Senariis accedit auctoritas PORSONI qui in immortali sua præfatione PP. xxviii. hanc regulam a Tragicis plerumque esse servatam monstravit, et eam vetustate Musis devota tanquam saxo immobili stabilivit.

SECT. I.

"*Omnia fanda nefanda malo permissa* furore."
m. *permista* cum ed. Cant.

Σχεδ. de Met. Terent. Atqui pace viri Cl.ᵢ nil quidquam faciunt adducta exempla contra quod observavit Romanus. Velim utique scire undenam constare possit prius in publicum prodiise vel Catulli vel Lucretii poemata, quam Varronis libros disciplinarum, in quibus locum, in quo versamur, repperit Gellius. Hoc utique ni alicunde constet, frustra prorsus erit Vir Cl. Enimvero natus est Varro annos ante Lucretium haud paucos, ante Catullum adhuc plures. Quod ut præstemus, liceat data sumere de quibus inter alios convenit. 1ᵐᵒ. Catullum anno ante Sallustium, hoc est V. C. 667 natum esse: 2ᵈᵒ. Lucretium vita functum * anno 702, ætate integra, quum paucos supra quadraginta annos implevisset: 3ᵗᶦᵒ. Varronem ad plures abiise anno 726. Jam igitur paucos istos, quos supra quadraginta implevit annos Lucretius, demus fuisse 5. Hinc natum eum habebimus anno 657. De anno, quo natus fuerit Varro, nunc dispiciendum. Ipse autem de se, primi de re rustica libri initio, hæc habet. "Annus enim *octogesimus* admonet me ut sarcinas colligam ante quam proficiscar e vita." Demus jam eum e vita profectum esse ipso illo *octogesimo*, quo jam tum scribebat, anno. Inde natum habebimus anno 646. hoc est ante natum Catullum 21ᵐᵒ. ante Lucretium 11ᵐᵒ. Fraudem videtur fecisse viro Cl. quod ante Varronem obierit Lucretius annos 24, Catullus 22. [40]

40. "*Varro* anno octuagessimo et octavo ætatis suæ adhuc libros scribebat, teste Plinio lib. XXIX. IV. et obiisse creditur A. U. C. DCCXXVII." *Fogginii* PRÆF. ad VERR. Flacc. V. "*Lucretius*, aurei sæculi scriptor, obiit eo ipso die quo Virgilius virilem togam induit, Pompeio ac Crasso utroque iterum Coss. U.C. 699." *Noris*. ad Cenotaph. Pis. p. 468; U.C. 703. *Hieronymus*. De Catulli obitu dubius hæreo: Ovid. Amor. III, ix, 6. *Obvius huic venias hedera* juvenilia *cinctus* Tempora *cum Calvo, docte Catulle, tuo*. "unde patet Catullum obiisse juvenem." Sed vir πολυΐστωρ, *Edvardus Gibbon*, in Misc. V. I. pp. 357—362. omnem dubitationem hac de re exemit.—Varro quidem tradit apud Censorin. de D. N. cap. 14. *juvenes*

Pag. 77. l. ult. [= 2050.]

Nil autem officiet temporibus vicissitudo]

At enim *temporibus* usque adeo officit vocula *autem*, ut lectio hæc in nullam metri speciem cadat. Tu vero istam voculam, quæ ad sententiam nil quidquam confert, deinceps delendam, ac versum adeo ad normam ionicam exigendum curabis :

Nil officiet temporibus vicissitudo.

Siquis tamen nobiscum parum sentiens retinere malit voculam *autem*, is non incommode legere poterit :

**Nil autem* oberit *temporibus vicissitudo.* 21

Pag. 80. l. 17 [= 2116—2118.]

Hic quoque tetrameter similis remanere videtur :
Sed differt *illo, versus* quod *portio prima est,*
Ille sequens ; aliaque simul quod lege tenetur.]

Agit hic Terentianus de duobus tetrametris heroicis, quorum alter habetur versui hexametro priores duos pedes demendo, cujusmodi est [2121.],

Damoetas et Lyctius Ægon :

Alter contra ultimos duos resecando, sicuti [2133.],

Dic mihi, Damoeta, cujum Pecus ?

Non est, opinor, cur pluribus ostendere conemur loci, quam exhibuimus, scripturam huic auctoris menti quam optime convenire. Neque vero, quin pro germana habenda sit, fas videtur dubitare. Vulgo nulla plane sententia legitur,

Sed refert *illo, versus* quo *portio prima est :*

usquam ad XLV. annum dictos esse :"—*Schrad.* Emend. pp. 43. 47. Conf. *Taylor*. de Jure Civili, p. 255. Aristoph. Acharn. 601. et Sallust. Catil. 49. apud *Elmsl.* ad l. Pompeius apud Dion. Cass. XXXVI, 8. enarrat—ὅσα μὲν ἐν τῷ πρὸς Κίνναν πολέμῳ ἐταλαιπώρησα, καίτοι κομιδῇ νέος ὤν· sed tunc temporis annos viginti natus est, aut plus : inferius paulo, μὴ γὰρ ὅτι νέος ἔτ' εἰμὶ—annum fere quadragesimum explebat Pompeius.

SECT. I.

Pag. 84. l. 7 [= 2214—2217.]

Est : sed trochæo longa prior EST *syllaba,*
Brevis autem iambo ; *longa post : cui non potest*
Longam trochæus subdere et brevem suas,
Brevi sequente ; quia *fit hoc* ionicum]

Ita refingendum hunc locum censemus. Vulgo desi-
22 deratur in primo versu alterum *est*. In tertio * *suas* maluimus quam *suam*, loco simillimo adducti pag. 86. l. 19 [= 2286, 2287.]

——— *qui* brevem et longam suas
Jungens priori ———

In ultimo legitur *sequentis*, *qua*, et *iambicum*. *Ionicum* ex variis lectionibus restituimus. Sed ne hoc quidem ad pristinam sedem revocato ulla haberi potuit sententia, ni *sequentis* itidem in *sequente* mutata esset. *Quia* autem commodius esse quam vulgatum *qua* nemo, opinor, inficias ibit. [41]

Pag. 89. l. 13 [= 2367—2370.]

Utrasque quando solveris, nil *læditur :*
Quŏd ăgĭs ăgĕ *beatus ille qui procul negotiis :*
Auctore tanto credo me tutum fore ;
Et pro iambo nemo culpet tribrachyn.]

Versus ultimus suis non constat numeris. Deinde quid sibi vult, obsecro, *pro iambo tribrachyn ?* De versu hic *trochaico* agit Terentianus. In hoc autem nullum esse *iambo* locum non est ut quenquam edoceam, nisi qui his in studiis plane sit hospes; neque adeo ut pluribus præstare satagam rescribi hic oportere,

Et pro trochæo *nemo culpet tribrachyn.*

Pag. 96. l. 9 [= 2555.]

Cui nomen quoque Phalæco dederunt] [42]

41. Contrarium vitium e Terentiano sustulit *Tyrwhittus* apud *Cleaver.* de Rhythm. Gr. p. 149. 1343. *Ictibus* qui *fit duobus, non gemello tempore : quia* exhibent editiones omnes.

42. *Phalico* Ald. Manut. Inst. Grammat. p. 336. *phallico* R. B.

Dedisse quidem video librarios atque editores tam *hic quam alias non semel; sed imperitè atque absurde ubique. Nempe pag. 97. l. 18 [= 2593.] legitur SECT. I. 23

Conjungit sibi phalæcos [43] *trochæos.*

Rursus pag. ejusdem l. 25 [= 2600.]

Post hoc phalæca *de tribus trochæis.*

Denique pag. 109. l. 16 [= 2942.]

In fine versum phalæcis *sonantem.*

Verum enim vero confirmare ausim vocem *phalæcus* esse plane nihili. Meminit quidem Terentianus de duobus versuum *Phalæciorum* generibus, docetque a *Phalæcio* nomen inditum pag. 71. l. 16 [= 1883, 1884.]

Hoc Cereri metro cantasse Phalæcius [44] *hymnos*
Dicitur: hinc metron dixere Phalæcion *istud.*

43. *phallicos* l. 7. *phallica* l. 9. *phallicis. R.B.* Proinde Atilio Fortunatiano pro *Phalæcio Phallico* in Libb. de Metr. p. 402.; et denuo *Phallicon* vice τοῦ *Phalæcium* in Elem. Doctr. Metr. p. 611. reposuit, "eundemque errorem in Mario Victorino corrigendum" monuit doctissimus Hermannus.

44. *Phalæcion* R. B. Immo, "quæ *Philica* Marius Sacerdos appellat in libro de metris, a *Philico* Corcyræo poëta τῆς πλειάδος, qui sub Ptolemæo Philadelpho vixit,—non quod primus invenerit hoc metri genus, nam Simmias longe illo antiquior, heic [in Alis] et in Securi hoc genere usus est: sed quod totum poëma isto numero conscripserit, cujus initium refertur apud Hephæstionem (p. 53. Gaisford.): Τῇ χθονίῃ μυστικὰ Δήμητρί τε καὶ Περσεφόνῃ, καὶ Κλυμένῳ, τὰ δῶρα. Ipse tamen Philicus hujus metri inventionem sibi adscribit hoc versu, qui in eodem Hephæstione legitur: Καινογραφῆς συνθέσεως τῆς Φιλίκου, γραμματικοὶ, δῶρα φέρω πρὸς ὑμᾶς." ["Καινογραφοῦς MSS." καινογραφοῦ *Ed. Rev.* No. xxxiv. p. 386.] "Quod igitur hoc genere metri plurimum usus sit, Philicum ab ipso appellatum est: ὅτι πρῶτος τούτῳ τῷ μέτρῳ τὰ ὅλα ποιήματα ἔγραψεν. Salmas. ad Simmiæ Alas, p. 185. Et ibid. p. 244. addit Vir summus; "Perperam apud Atilium Fortunatianum in arte, *Phalæcium metrum* pro *Philicium* scriptum est. sed et *Phalæcus* apud eundem male pro *Philicus* legitur, ubi dicit Phalæcum conscripsisse hymnos Cereri et Liberæ tali genere metri. Philicus enim non Phalæcus hoc metro carmen in honorem Cereris et Liberæ composuerat, cujus ini-

At enim vetat analogia quo minus a *Phalæcio* fluxerit adjectivum *Phalæcus.* *Phalæcius* vero non hic solum, verum etiam pagg. 74. [l. 3 = 1946.] et 106. [l. 4 = 2845.] reperitur :

Namque hic de genere est Phalæciorum :
Idcirco genus hoc Phalæciorum.

Video quidem Thesauri Stephaniani editionem Londinensem, Fabri ut videtur auctoritate fretam, habere "*Phalæcus.* Poetæ nomen unde genus carminum "Phalæcium appellatum. V. Terent. Maur." Rursus in V. *Phalæcius* "Phalæcium carmen [φαλαικιον με-
24 "τρον] a *Phalæco* inventore dictum: *Alio nomine "dicitur hendecasyllabum, a numero scilicet syllaba-"rum." Atqui Terentianum auctorem, quantum ad poetæ nomen attinet, frustra laudavit qui hanc doctrinam commentus est. Apud eum utique poeta, uti vides, non jam *Phalæcus*, sed *Phalæcius* audit. Idem minus recte censuit unicum esse Phalæciorum genus. Nam apud Terentianum alterum occurrit pag. 71. [l. 6 = 1873.]

Nulla meo jam sedeat turba profana luco.

Atque hoc quidem bini versus supra laudati respiciunt. Sed hoc obiter. Deinde autem, versuum, in

tium paulo ante retulimus ex Hephæstione, Τῇ χθονίῃ μυστικὰ Δ. etc. quem versum sic ibidem Latine reddidit, aut imitatus est Fortunatianus, *Frugiferæ sacra deæ quæ colitis mystica, junctæque Jovi nefasto.* *Frugifera dea* est Δημήτηρ. Jupiter nefastus, ὁ κλύμενος, hoc est Pluto, *juncta Jovi nefasto*, Proserpina." Hoc testimonium vir eruditissimus ad l. c. apposuit. De verbis Terentiani supra allatis sic doctissimus Professor :- "Mihi quidem minime dubium est quin in priori versu *Philiscus*, in posteriori reponi debeat *Philiscion*." [*Philicium* J. G. Vossius de poët. Gr. p. 65. si rite memini] p. 298. Has formas Suidæ auctoritate optime munivit, et leni transpositione rem confecit ; Dicitur hoc *Cereri m. c.* Philiscus Hymnos ; *h. m. d.* Philiscion *istud.* Nimirum idem *Philicus* ac Philiscus ; ut νεανικὸς νεανισκός. Σωφρονίκος (si sanum) Σωφρονίσκος· differunt paulum Σώπατρος Σωσίπατρος· Ναυκράτης Ναυσικράτης. *Philiscius et Philiscion* inchoavit cultissimus *Santenius* ; sed ad meum saltim sensum præstat *Gaisfordii* instauratio.

SECT. I.

quibus versamur, tres priores oportet esse hendecasyllabos Phalæcios, cujusmodi est, [Catull. I. i, 1.]

Quoi dono lepidum novum libellum:

ultimum autem istius similem [Hor. Carm. I. IV. 2.]

Trahuntque siccas machinæ carinas:

cum tamen eorum, prout hodie repræsentantur, nullus in quamlibet metri speciem cadat. Denique quotiescunque occurrit portentum *Phalæcus*, loquitur ubique Terentianus non jam de integro Phalæcio, sed de metro ex tribus trochæis constante, quod hendecasyllabi Phalæcii partem duntaxat constituit. Hoc autem metri genus nunquam *Phalæcium*, nedum *Phalæcum* appellatum est. Sat, opinor, jam dictum est unde constare possit versus, de quibus, agitur, medica manu indigere. *Nunc tibi nullam hærere aquam velim, quin simplicissimam medicinam adhibeas, adeoque securus omnino rescribas :

1. *Cui nomen quoque* phallico *dederunt:*
2. *Conjungit sibi* phallicos *trochæos:*
3. *Post hoc* phallica *de tribus trochæis:*
4. *In fine versum* phallicis *sonantem.*

Aristoph. Acharn. 260.

Εγω δ ακολουθων ᾳσομαι το ΦΑΛΛΙΚΟΝ [45] [46]

Vides jam uno negotio quatuor versus portento simul liberatos ac numeris suis restitutos. Metrum autem, de quo ubique agit Terentianus, utpote ex tribus, uti diximus, trochæis constans, *phallicum* recte appellari palam est ex iis quæ apud ipsum leguntur pag. 69. [l. 25 = 1839—1848.]

45. Herodot. II, 48. προηγέεται δὲ αὐλός· αἱ δὲ ἕπονται ἀείδουσαι τὸν Διόνυσον. Infra 1847. *phello*, Santenius.

46. Vide Scaligeri App. ad Virg. p. 483 = 219. 'Ανάγετ', ἀνάγετε, κῶμον εὐρυχωρίαν Τῷ θεῷ ποιεῖτε· 'Εθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐσφυρωμένος Διὰ μέσου βαδίζειν. Tyrwhitt. ad Aristot. Poet. IX, p. 126. ed. 3. R. P. Adverss. pp. 140, et 60.

Alias tamen hæc eadem pars,
Quotiens ithyphallicon *addit*
Metrum sibi, tale fit unum:

Mea tibia dicere versus | destitit latinos:
Iamdudum saucia cura | deserit pudorem:
Priamique evertere gentem | fata jam parabant.
Ithyphallica *porro dicarunt* | *musici poetæ,*
Qui ludicra carmina Baccho | *versibus petulcis*
Graio cum cortice phallo | tres *dabant* trochæos;
Ut nomine fit sonus ipso, | Bacche, Bacche, Bacche.

26 *Metrum utique *ithyphallicum* et *phallicum* eodem recidere nemo, opinor, inficias ibit. Immo vero quod de versu *ithyphallico* hic tradit Terentianus, eum scilicet in Bacchi honorem cantari solitum, id ipsum apud Scholiasten ad laudatum Aristophanis locum, et Suidam in V. φαλλοι, de *phallico* dictum reperire est.

Pag. 97. l. penult. [= 2602.]

Exin tertia melius patescit]

Versum hunc oportet esse hendecasyllabum Phalæcium, cujusmodi sunt cum præcedentes tum sequentes. Atqui syllabæ *meli* trochæi loco pyrrhichium temporibus inæqualem exhibent. Pro *melius* vero reponendum censeo *planius*, nam hanc vocem Terentiano solemnem esse video.

Pag. 18. l. 25 [= 350.] *quo probarem* planius.
Pag. 20. l. 5 [= 390.] Planius *quo fiat istud.*
Pag. 25. l. 25 [= 561.] *videbis esse* planum.
Pag. 26. l. 8 [= 574.] *quo sit* planius.
Pag. 40. l. 21 [= 1006.] plana *ratione* patentes.
Pag. 66. l. 1 [= 1729.] *quo fiat* planius *istud.*
Pag. 104. l. 15 [= 2798.] *tibi fiet regula* plana.
Pag. 109. l. 2 [= 2928.] *utrumque* planius probaret.
Sed neque displiceret *clarius.*

27 *Pag. 51. l. ult. [= 1336.]

Hoc ut exemplis probemus, resque ut omnis clara *sit*

SECT. I.

Pag. 98. l. 10 [= 2613.]

Sunt hæc carmen *itidem* dabunt]

Emenda *item.*[47] Nam versus choriambicorum in numero venit, qualis est [Hor. Carm. I. VI, 4.]

Miles te duce gesserit

Extat autem locus plane gemellus pag. seq. l. 14 [= 2648.]

Sic carmen *prius est; finis* ITEM dabunt.

Pag. 109. l. 21 [= 2947—2951.]

Et *quanquam* iambum *Flaccus antemisit,*
Trahuntque siccas:
Magis putandum est tres datos trochæos,
Quam post iambos *ultimum antibacchum,*
Uterque finis lege ut esset una:

Ita ex var. lectt. locum refingendum curavimus et metri et sententiæ ratione adducti. Vulgo legitur *Quanquam iambicum;* quod ad nullius metri normam exigi potest: et mox, *Quam petat iambum,* sententia omnino nulla. Vocem *iambicum* correctori nescio cui rei metricæ imperito acceptam refero. Nempe credidit vir bonus *iambum* non nisi *pedem* denotare: cum tamen apud ipsum * Terentianum pag. præced. 28
[l. 25. = 2924.] vox ista de *versu* usurpetur:

Cum parte iambi *tres habet trochæos*

Ibi [p. 109, l. 4. = 2930.] utique loquitur de epodo Horatiano

Trahuntque siccas machinæ carinas:

illud autem, *Trahuntque siccas,* partem *iambi* appellat. Rursus ipsa hac pag. l. 7 [= 2933.]

Trahuntque siccas *portio est* iambi.

Pag. 110. l. 17 [= 2973, 2974.]

Ad hoc dimetron perspicis, amore perculsum gravi]

47 *Item* R. B.

SECT. I.

Nimirum hoc venditant editores pro iambico tetrametro. Atqui hoc metri genus soli videntur comici iique non nisi Latini adhibuisse.[48] Nec vero recepta lectio verum iambicum præfert. Quippe in quarta sede iambi loco venit pyrrhichius. Verba in duos dimetros divisa oportuit:

Ad hoc dimetron perspicis,
Amore perculsum gravi.[49]

Cujusmodi est qui continuo sequitur [= 2975.]

Semelque et istud functus est.

Cæterum hic observare libet licentiam, qua utitur Terentianus iambici dimetri in fine, quatenus scilicet
29 syllabam ibi brevem producit a voce * sequente neutiquam adjutam;[50] poetas Græcos nunquam sibi permisisse. Ab omni etiam licentia iidem temperabant

–⏑⏑⏑ hic repræsentant editt. πεῑρο̆ ̆πλο̆ν η̄ vel epitritum tertium, vel certe choriambum. Quorum ille duobus temporibus, hic uno tempore veram mensuram exsuperat. Lectio nostra ουθ' ὑπερ–ὁπλον ἡβαν creticum ο̄πλο̆ν η̄ pæoni primo ισοχρονον exhibet[22]. Quæ Schmidio adrisit, ουτε ἡ–βαν ὑπεροπλον δρεπων σοφαν[23], præterquam quod in vocula ουτε, το ε non eliditur; bis insuper peccat adversus ultimarum syllabarum rationem.

V. 49. αν δ εν μυχοισι] Harum syllabarum tempora ––⏑–⏑ epitriti quarti –––⏑ loco occurrunt, qui tamen uno tempore minor est. Legissent sane editt. Oxonn. pro sua ισοδυναμιας ratione, modo sibi constare voluissent, ᾱν δ ε̄ν μῠχοῖς, ut epitritus tertius quarti, hoc est, ut iambus trochæi partes sustineret. Verum eruditis viris hic usu venit, ut ισοδυναμιαν
47 neque aliorum nec suam observarint. Nos ᾱν δε̆ μῠχοῖσῐ scribendo secundam epitriti quarti longam in duas breves resolvimus. Cæterum ne quis forte existimet minus legitime abesse voculam εν, monere libet vocem μυχῳ ne semel quidem apud vel Homerum vel Hesiodum cum ista vocula conjungi. Apud Pindarum μυχῳ et μυχοις utroque modo construuntur.

22. ἄδικον οὔθ' ὑπερ—Schol. ad Pyth. x, 29= 41. Herod. v, 92. τοῦ οὔτε ἀδικώτερον οὐδέν ἐστι κατ' ἀνθρώπους, οὔτε μιαιφονώτερον—*Boeckhius.*

23. σοφᾶν Schmidius; conf. Ol. i, 20. Pyth. i, 95. iv, 231. ἀτελῆ σοφίας καρπὸν ΔΡΕΠΕΙΝ Fr. cxi. ἀπόδρεπε Ϝοίκαδε βοτρύς. Hesiod. Ἔργ. 609. Ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε στάχυν Ἄτης, Æschyl. Pers. 822. οὓς νῦν δαίμων ἀπέκειρε.—μήδ' Ἀφροδίτας εὐνάτωρ βροτολοιγὸς Ἄρης κέρσειεν ἄωτον. Suppl. 659.—ἓν πέλαγος, μία ναῦς, εἷς τάφος ἐκτέρισε. Simon. An. Gr. i, 144. Λειμών τ' ἄνθεσι θάλλων χλοεροῖς, Καὶ ῥοδόενθ' ὑακίνθινά τ' ἄνθη Δρέπειν Θεαῖσιν. Iph. Aul. 1297. εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας Ἔδρεπεν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ Euripides Hypsipile apud Plutarch. T. ii. p. 93. C. et 661. F. quam adumbravit Propert. i, xx, 37. *Et circum irriguo surgebant lilia prato Candida purpureis mixta papaveribus; Quæ modo decerpens tenero pueriliter ungui*—Λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων Aristoph. Ran. 1300. ἀλλὰ καὶ σοφίαν δρέπει θείαν τε καὶ ἀκήρατον Philostrat. Heroic. p. 664.

Nem. VI. 44. Ταμιαν στεφανων ΜΥΧΩΙ Ελλαδος·[24] SECT. II.
Pyth. VIII. 113. ΜΥΧΩΙ τ ΕΝ Μαραθωνος·
Olymp. X. 40. ΜΥΧΟΙΣ ἁμενον[25] Αλιδος·
Nem. X. 78. ———— Κορινθου τ ΕΝ ΜΥΧΟΙΣ.

Cæterum emendandum hic sese ultro offert corruptus apud Hesiodum locus. Extat autem Theogon. v. 1013.

Οι δη τοι μαλα τηλε μυχων νησων ἱεραων.

Qui quidem nullam interpretibus moram injecit, quin constructionis securi verterint: *Qui sane valde procul in recessu insularum sacrarum.* Verum enimvero ista τηλε μυχων adeo non *procul in recessu* valent, ut notione plane contraria significent *procul a recessibus.* Reponendum est ΜΥΧΩΙ νησων ἱεραὼν[26]. Cui lectioni respondet interpretum expositio.

24. μυχῷ δ' Ἑλλ. Par. B. Med. A.

25. μυχοῖς ἅμμενον Rom. ἁμμένον Hermann. de dial. Pind. P. XII. ἅμενον Ald. Pal. B. Bodl. α. β. γ. Aug. A. Leid. A. B. Lips. Cis. Uratisl. A. cum glossemate διάγοντα. Mosc. A. B. cum glossa καθήμενον et Guelph. In Mosc. B. suprascriptum η. At αμαι Pindaricum non est, sed ημαι sic ἡμένους Nem. x, 62 = 116. καθήμενος Ol. I, 83. ἡμένα Fr. apud Hermann. de dial. Pind. P. XII. Restitui igitur ἥμενον ex Pal. C. Gott. Aug. B. Par. Vat. optimis libris. Malim tamen ἥμενοι, ut ad Molionas referatur in insidiis latentes.—*Boeckhius.* Sic θησεῖ, κελάδημα, δῆλος, semper apud Pindarum, Theocritum, et Dorica Pythagoræ discipulorum fragmenta. Vide Brunck. ad An. Gr. p. 106. A etiam in H rarius mutant Dores, ut e tertia persona singulari præsentis et imperfecti verborum in άω constat; ὁρῇς, κοιμῇ, ἐκοίμη. *R.P.*

26. In MS. Paris. sic scribitur: Οἳ δή τοι μάλα τῆλε μυχῶν εἴσω ἱεράων. Sed bene Gujetus correxit: μυχῷ νησῶν ἱεράων. ut Homer. Il. Δ, 152. Ἔστι πόλις Ἐφύρη, μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο. Conf. Odyss. Γ, 263. Δ, 304. *D. R.* Ep. Cr. I. p. 102. Solo Fr. XV, 29. Εἴ κε τις ἢ φεύγων ἐν μυχῷ ἢ θαλάμῳ. Theocritus, seu Alcæus XXIX, 4, Κήγὼν μὲν τὰ φρενῶν ἐρέω κέαρ' ἐν μυχῷ. Eur. Io. 493. Καὶ παραυλίζουσα πέτρα Μυχώδεσι μακραῖς. Æn. VIII, 192. *Hic* spelunca fuit vasto submota recessu. Æschyl. P. V. 457. Μύρμηκες ἄντρων ἐν μυχοῖς ἀνηλίοις. Soph. Ant. 1293. οὐ γὰρ ἐν μυχοῖς ἔτι. Eur. Suppl. 545=555.—ἢ τέκν' ἐν μυχοῖς χθονὸς Φύσωσιν, Helen. 826. Ion. 229.—apud Æschin. in Timarch. p. 57. φήμη τὸν ἐσθλὸν κἂν μυχοῖς δείκνυσι γῆς Me-

SECT. II. Ibid. — ελελιχθον] Exponunt interpretes *terræ quassator*. Verum ea neutiquam est vera hujus verbi notio. Accuratius interpretaberis *terræ percussor*, juxta istud Virg. Georgic. I. 12.

48 * —— —— *tuque o cui prima frementem*
Fudit equum magno tellus percussa *tridente.*

Nempe hic locus est Pindarici paraphrasis. Simili sensu adhibetur ελελιζομενη Pyth. I. 7. Nempe ad φορμιγξ refertur, cui nihil melius convenire potest quam *percussa*. Legitur etiam Olymp. IX. 21. φορμιγγ ελελιζων *Citharam feriens.* Annon vero, dicet nonnemo, verbum ελελιζειν *quassare* apud ipsum Poetarum principem denotat? Nempe apud eum legimus, ΙΛ. Α. 530. μεγαν δ' ελελιξεν Ολυμπον: atque inde apud Virgilium, *et totum nutu*[27] *tremefecit Olympum.* At enim neque ελελιζειν, neque quidquam aliud exinde formatum adhibuisse Homerum confirmare ausim. Germanam autem verbi supra scripti potestatem εϜελιξεν statuo, a Ϝελισσω, *contorqueo, circumroto.* Unde Homerica dictio majus multo sonabit quam Virgiliana[28].

nander apud Stob. Serm. lxx, p. 438, 25. Λίαν φυλάσσειν ἄλοχον ἐν μυχοῖς δόμων. Xen. Anab. IV. p. 251. Cant. εἰς τὰς κώμας τὰς ἐν τοῖς ἄγκεσί τε καὶ μυχοῖς τῶν ὀρέων. Conf. Theog. 119. et Oppian. Cyn. III, 12.

27. "Clarius, opinor, potentiam Jovis indicat; si *nutu* solo, quam si quantovis *strepitu, crepitu, sonitu, tonitru* cœlum concutiat." R. B. ad Ter. Eun. III, v, 42. et ad Milton. P. A. II, 352.

28. Æn. IX, 105. X, 115. *torquet* IV, 269. IX, 93. In profatu verbi Ϝελίσσω a vetustate repetiti nihil tetrum aut insuave; et analogiam confirmant veteres grammatici. Quisquis vero omnia linguæ Græcæ diverticula excutere, formas nascentes pandere, et dialectorum analogiam pervestigare aggrederetur, vereor equidem ut perantiquas quidem vocabulorum figuras, quæ apud *Archilochum, Tyrtæum, Solonem* et *Stesichorum* in honore erant, nedum Homericas, e situ informi nulla machinarum vel annorum serie eruendas pro comperto haberet; et ingentia Nomadum plaustra MSS. codicibus onusta parum aut nihil succurrerent. "Orthographia enim," uti præmonuit Quintilianus, "consuetudini servit, ideoque sæpe mutata est;" ut unda supervenit undam, sic ex usu loquendi mutatio mutationem protrudere solet. Textum ad priscos optimæ fidei atque auctoritatis scriptores

V. 51. Μαλα ἄδοντι νοφ, Ποσειδαν, προσερχεται] Melius etiam ad sententiam Schmidius προσεχεται[29]. Τιν προσεχεται, *Tibi adhæret*. h. e. *Tui cultor est observantissimus*. Vulg. lectionem metricæ leges respuunt. Cæterum pro ἀδοντι scribendum est ἀδοντι, SECT. II.

emendare, et species nominum, quas ætatis robigo infuscaverat, ὥσπερ νόμισμα ἀρχαῖον, recusas quidem, proba autem nota signatas, expromere, — *hoc opus, hic labor est;* nec mortalibus ultra trepidare datur: τὸ πόρσω δ' ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον κἀσόφοις. Si acerrimus Poetæ defensor Massilianum, aut Platonis saltim, exemplar in apricum proferret certis antiquitatis vestigiis stabilitum, et ex eodem Homerum formis nondum cognitis locupletaret; quid alii sentirent, nescio; certe me probantem plaudentemque habebit; vide Pr. ad *D. R.* Opusc. xv, vi,* et adde, apud Porphyrium de Abstinentia ii, §. 27. Θυμὸν ἀποῤῥαίσαντας ἐέδμεναι ἦια γυῖα—ἀποῤῥήξαντας incaute conjecit illustris Ruhnkenius. Il. Π, 133. θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε Ποικίλον, ἀστερόεντα ποδώκεος Αἰακίδαο. Schol. Townl. f. 173. ἀστερόεντα: ἄστρων μορφαῖς πεποικιλμένον: ποδώκεος αἰακίδαο: τινὲς κακῶν βελέων ἀλεωρήν:—καὶ γὰρ, ξεῖνος γάρ Foὶ ἔδωκε [Fάναξ ἀνδρῶν Εὐφήτης Ἐς πόλεμον φορέειν,] δηΐων ἀνδρῶν ἀλεωρήν: Il. O, 532, 3. et M, 57. Eadem e Schol. Vict. laudat Heynius, et verbum non amplius addit. Conf. Scut. Herc. 124, 5. 128, 9. Xen. Mem. iii, x, 14. Soph. Tr. 883. τάνδ' αἰχμὰ βέλεος κακοῦ Ξυνεῖλε. Aristophanes, qui Mæonidem παρῳδεῖν adamabat, hunc textum, Minervæ peplo intexendum, e suo exemplari nobis servavit: Vesp. 615. Τάδε κέκτημαι, πρόβλημα κακῶν, σκευὴν βελέων ἀλεωρήν. Vocem σκευὴν apte atque concinne e proprio penu interseruit Comicus. Simile quid habet Hybriæ Cretensis scolion apud Athen. xv. 696. A. Ἔστι μοι πλοῦτος μέγα δόρυ, καὶ ξίφος, καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόβλημα χρωτός. Sil. Ital. ii, 402. *nulli tegumen penetrabile ferro.* Callim. Fr. cxlii. νιφετοῦ καὶ βελέων ἔρυμα. Ideo corrige quantocyus, Ποικίλον, ἀστερόεντα, κακῶν βελέων ἀλεωρήν. Il. M, 57. O, 533. δηΐων ἀνδρῶν ἀλεωρήν· Hesiod. Ἔργ. 402. λιμοῦ τ' ἀλεωρήν. Conf. 542. Scut. Herc. 128. Theocr. Id. xxiv, 278. Hæc lacinia, quam ineunte anno 1802. memoriola mihi suggessit, sese Porsono probavit. Soph. Œd. Col. 699. ἐγχέων φόβημα δαΐων, Lege, πρόβλημα Æschyl. Sept. 540. σάκει, κυκλωτῷ σώματος προβλήματι, 675. φέρ' ὡς τάχος Κνημῖδας, αἰχμὴν, καὶ πετρῶν προβλήματα. Soph. Aj. 1212. Δείματος ἦν μοι προβολὰ Καὶ βελέων θούριος Αἴας· Eur. Suppl. 220. χείματος Προβλήματα, in Meleagri fr. vi. Τελαμὼν δὲ χρυσοῦν ἀετὸν πέλτης ἔπι, Πρόβλημα Θηρὸς,—.

29. προσέχεται Ven. B. D. F. ex schol. restituit Schmidius; προσέρχεται Coll. Eman. Pro προσερχόμενος reposuit προσεχόμενος Toupius ad Schol. in Theocrit. Idyl. v, 116. μάλ' ἀδόντι Rom.; ἀδῶν, ἀδόντι, ἀδόντα constanter edidit Αἰολοκιστὶ Boeckhius.

SECT. II. h. e. παϊδοντι; quo modo apud Homerum perpetuo enunciandum venit.

Pergamus porro ex reliqua, qua sumus instructi, supellectile emendatrice[30] alios etiam nonnullos in
49 *Pindaro locos haud leviter jam olim corruptos instauratum ire.

Olym. II. 154. ——— Σοφος ὁ πολ-
λα οἰδως[31] φυᾳ·
Μαθοντες δε λαβροι
Παγγλωσσιᾳ, κορακες ὡς,
Ακραντα γαρυετον.]

Hunc ad locum monet Scholiastes alter ista *μαθοντες γαρυετον* adversus numerorum rationem peccare. Recte. Neque enim audiendi sunt ii, in quibus Barnesius, perpetuus iste nugarum consarcinator, nomen profitetur suum, qui verbum duale ad nominativum circa res plures quam duas versantem legitime referri posse voluerunt. Video quidem Eustathium in istam etiam sententiam concessisse. Sed neque apud eum nugas raro est invenire. Is utique huc facere existimavit illud Homericum ΙΛ. Α. 566.

Μη νυ τοι ου χραισμωσιν, ὁσοι θεοι εισ εν Ολυμπῳ,
Ασσον ιονθ, οτε κεν τοι ἀαπτους χειρας εφειω.

At enim ibi vocem *ιονθ*, non jam, uti somniavit Eustathius, *ιοντε*, sed *ιοντα*[32] accipi oportere abunde

30. Conf. Append. p. 21*.

31. *εἰδὼς* Edd. et Muretus V. L. VIII, i. [Opp. II, 170.]. Soph. Tr. 403. *ἐξειδὼς* MS. Harl. *ἐξοιδώς*.

32. "*Ἰόντε* duale qui comprehendere potest *omnes* deos quotquot in cœlo? Hoc et ratio et ipse usus prohibet. Corrigo, *Μή νύ τοι οὐ χραίσμωσιν, ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν* Ὀλύμπῳ Ἄσσον ἸΟΝΤΕΣ, ὍΤ' ἊΝ *τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω. ὅτ' ἂν* id ipsum est, quod *ὅτε κεν*. Ἄσσον ἴοντες numero plurali, *cominus pugnantes*, ut Il. O, 105. ubi Juno ipsa loquitur, *Νήπιοι, οἳ Ζηνὶ μενεαίνομεν ἀφραδέοντες* (sic) *Ἤε τι μιν μέμαμεν καταπαυσέμεν ἆσσον ἴοντες, Ἢ Fέπει ἠὲ βίῃ·* Ceterum Eustathius ad locum, [p. 113. l. 39, et 41. ed. Bas.] *Ἀρίσταρχος ἀάπτους· Ἀριστοφάνης ἀέπτους*. At Scholiastes MS. [Lips.] *ἀάπτους· αἱ*

demonstravit doctiss. Clarkius. Hac autem super re, quo efficacius motam dirimamus litem, quendam Euripidæ locum, quo nihil disertius excogi- *tari potest, libet describere. Is autem extat, Suppl. 142. SECT. II. 50

ΑΔ. Ελθοντε ΦΥΓΑΔΕ νυκτος εις εμας πυλας·
ΦΗ. Τις, και τις; ειπε· ΔΥΟ γαρ εξαυδᾳς ἁμα.

Ad. *Profecti* Φυγαδε *noctu ad meas portas:* Th. *Quis, et quis? effare: cum enim* φυγαδε *dicis,* de duobus[33] *simul loqueris.* Satis jam, opinor, de morbo

πᾶσαι ἀέπτους ἔχουσι. Sic Hesychius, Ἄεπτον, ἰσχυρὸν, ἀνίκητον. Ergo ubi plus decies venit, ἀάπτοι χεῖρες, cæteræ editiones habebant ἀέπτοι· fieri potest, ut utrumque mendosum sit." R. B. Perpendet animus; facilius est ὅτε κέν τοι in ὅτ' ἄν τοι· quam ὅτ' ἄν τοι in ὅτε κέν τοι recoquere: sed de hoc alias. Theogon. 748.—ὅθι Νύξ τε καὶ Ἡμέρα ἆσσον ἰοῦσαι ἀλλήλας προσέειπον, et 649. Ὑμεῖς δὲ μεγάλην τε βίην καὶ χεῖρας ἀάπτους.

33. Aristoph. Plut. 788. καὶ σὺ καὶ σὺ χαίρετον. Xen. Anab. II. p. 175. Ἀγίας δὲ ὁ Ἀρκὰς, καὶ Σωκράτης ὁ Ἀχαιὸς, καὶ τούτω ἀπεθανέτην·—ἤστην δὲ ἄμφω— Plato Lys. p. 205. F. ed. Frf.= T. II. p. 212. D. τότε μὲν γὰρ [ἔδοξεν], εἰ ὁ ἕτερος φιλεῖ, φίλω εἶναι ἄμφω—Hec. 890. ὡς τώδ' ἀδελφὼ πλησίον μιᾷ φλογὶ, Δισσὴ μέριμνα μητρὶ, κρυφθῆτον χθονί. Or. 1570. ἥκω κλύων τὰ δεινὰ καὶ δραστήρια Δισσοῖν λεόντοιν, οὐ γὰρ ἄνδρ' αὐτῶ καλῶ. "γαρύετον agnoscunt cum libri omnes, tum Aristid. T. II, pp. 28. 378. Theophyl. Bulg, Ep. VI, p. 12." Koen. ad Greg. p. 98. et Boeckhius ad l.: "et vanam fuisse Viri doctissimi religionem docebunt vel hujus enallages exempla a Cl. *Ernestio* ad Homeri Il. A. 566. prolata," quibus ostendit, omnino etiam duali usos esse, ubi de pluribus ageretur. Koen. l. c. et Tyrwhittus ad PseudOrph. de Lapid. 77. Recte vero colligit R. D., invito et repugnante Boeckhio, scholiastem γαρνέμεν suo calculo probasse. Plato Theætet. T. I. p. 152. E. καὶ περὶ τούτου πάντες ἑξῆς οἱ σοφοὶ, πλὴν Παρμενίδου, ξυμφέρεσθον,—ξυμφέρονται Stobæi lectionem prætulit doctissimus Heindorfius. Sæpenumero duales formas oblitterasse librarios non inficiandum est; Il. Υ, 371, 2. instaura, Τῷ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρε Ϝέοικεν, Εἰ πυρὶ χεῖρε Ϝέοικε,— Æschyl. Agam. 1561. Περὶ χεῖρε* βαλοῦσα φιλήσει, Eur. Androm. 114. πρὸς τόδ' ἄγαλμα θεᾶς ἱκετὶς περὶ χεῖρε βαλοῦσα, conf. Ag. 1149. Septheb. 871. Theognis. 265. Ἔνθα μέσην περὶ παῖδα βαλὼν ἀγκῶν' ἐφίλησα Δειρήν,— Cod. Mut. παρὰ edd. Plato Gorgia p. 332. Bas.=313. A. Læmar.=I. 524. A. H. St.=291. Routh. καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας Ῥαδάμανθυς κρινεῖ, τοὺς δ' ἐκ τῆς Εὐρώπης Αἰακός. Μίνῳ δὲ πρεσβεῖα δώσω, ἐπιδιακρίνειν, ἐὰν ᾖ ἀπόρρητόν τι τῷ ἑτέρῳ ἵνα ὡς δικαιοτάτη ἡ

SECT. II. quo laborat Pindari locus. De medicina nunc cogitandum est. Ea autem quo melius ministretur, afferenda sunt verba Scholiastæ: οἱ φυσει χρωμενοι λαμπροι, οἱ δε μαθοντες ακραντα ΓΑΡΥΕΙΝ ἡσσονες εισι των καθ αὑτους ὁτι δηποτε μαθοντων και [ἢ ed. Ox.] επισταμενων· το δε ΓΑΡΥΕΤΟΝ κακως· ουδε γαρ επι δυικου

κρίσις ᾖ περὶ τῆς πορείας τοῖς ἀνθρώποις. ἐὰν ᾖ ἄπορόν τι legere maluit *D. R.* ad Tim. p. 44. ἐὰν ᾖ ἀπόῤῥητον τι τῶ ἑ. Cod. Reg. Paris. ἐὰν ἀπόῤῥητον τῷ ἑ. Cod. Aug. ἐὰν ἀποῤῥητόντι τῶ ἑτέρω Cod. haud ita pridem CLARK.; veram lectionem ἐὰν ἀπορῆτον [τι] τὼ ἑτέρω exhibet Cod. Meermann. apud *Findeisen*, p. 250. Cujusmodi errore liberavit Heindorfius optimus Phædr. p. 265. E. et de Rep. IV, p. 442. B. Conf. si lubet, (Month. Rev. March, 1797. p. 360. Crit. Rev. April, 1804. pp. 460, 1.) Æschyl. Choëph. 490. ἐκαινέτην *Valck.* ad Ph. 1310. probante *R. P.* (apud C. J. No. XIX, 114.) Aristoph. Av. 844. Κήρυκε *Markland* ad Eur. Iph. T. 112. "recte." R. P. apud P. P. D. Eur. Hipp. 188. ab R. P. ad Equit. 823. emendatur, λύπη τε φρενῶν, χειροῖν τε πόνος. Nominativum pluralem cum verbo duali subinde jungunt Poetæ; Schol. B. ad Il. Δ, 452. ἔστιν ἀκοῦσαι δύο ποταμῶν ἤχους [ἦχον TOWNL.]. Apol. Rhod. I, 211. Ζήτης δ' αὖ Καλαΐς τε, βορήϊοι υἷες, ἵκοντο ed. Br. "Lege, ἱκέσθην ex Etymologo p. 411, 5. qui particulam omittit." *R. P.* apud *P. P. D.* Crebrius vero forma dualis cum verbo plurali gaudet; Scut. Herc. 402. Ὡς δὲ λέοντε δύω —— κταμένης ἐλάφοιο Ἀλλήλοις κροτέοντες ἐπὶ σφᾶς ὁρμήσωσι. Il. Δ, 287. "Lege, Αὐτὼ γὰρ μάλα λαὸν ἀνώγετε Fῖφι μάχεσθαι." et vice versa E, 12. τὼ Foὶ ἀποκρινθέντες ἐναντίω ὁρμηθήτην. "Codices aliquot ἐναντίον· omnes fere cum ed. Flor. ὡρμηθήτην. Lego, Τὼ Foι ἀποκρινθέντες ἐναντίον ὡρμήθητην. Sic ἀποκρινθέντες Eustath. in notis [p. 389. l. pen.] pro varia lectione." R. B. Et codex Harleianus Odyss. N. 296. Ἀλλ' ἄγε μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα, Fειδότες ἄμφω — εἰδότε Schol. MS. Harl. cum glossa ἐγώ τε καὶ συ. R. P. Hesiod. Ἔργ. 437.— Οὐκ ἂν τὼ γ' ἐρίσαντες ἐν αὔλακι καμμὲν ἄροτρον Ἄξειαν, τὸ δὲ Fέργον ἐτώσιον αὖθι λίποιεν. Callim. h. ad. Del. 64. τὼ δὲ οἱ ἵππω Ἑπτάμυχον βορέαο παρὰ σπέος ηὐλίζοντο. Vid. *Hemsterh.* ad Plut. p. 32. "Pluralem nominum femininorum cum verbo singulari, veteres Grammatici Bœotismum, aut Thebanum, Pindaricum, τὸ σχῆμα appellabant; Ol. VIII, 10. Ἄνεται δὲ πρὸς χάριν εὐσεβέων ἀνδρῶν λιταί. Hæc est Asclepiadis lectio, quam libri scripti confirmant. Idem Ol. XI. 5. μελιγάρυες ὕμνοι Ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται. Il. P, 387. Χεῖρές τ', ὀφθαλμοί τε, παλάσσετο μαρναμένοιο." *D. R.* ad h. in Cer. 499.; aliter judicat *Boeckhius.* Eur. Ion. 1165. ἐνῆν δ' ὑφανταὶ γράμμασιν τοιαίδ' ὑφαί· In Act. D. D. Apost. ii, 3. ἐκάθισε τε [haud γλῶσσαι sed ἑκάστη τῶν γλώσσων] ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν. Conf. Valck. ad l.

βουλεται ἡ λεξις &c. Hinc luce clarius est olim SECT. II.
circumferri duplicem hujus loci lectionem, alteram, quam probat scholiastes, γαρυειν vel quæ ei æquipolleret; alteram, quam damnat, γαρυετον. Atque illam quidem nos, forma duntaxat in γαρυεμεν mutata, omnino restituendam censemus. Ejus vero constructionem Scholiastes minus recte ordinavit; μαθοντες ακραντα γαρυειν &c. Nam vocem μαθοντες liquido constat opponi τοις πολλα οἰδοσι φυᾳ, ac proinde absolute sumendam esse juxta interpretes, *discendo-rem-assecuti*, non autem ad γαρυεμεν referendam. Nos loci syntaxin ita constituimus, ut γαρυεμεν ad λαβροι referatur: Μαθοντες δε λαβροι [εισιν] ακραντα γαρυεμεν &c. Similiter autem dicta *reperiuntur apud Aristophanem δεινος λεγειν, δεινος εὑρειν, δεινη φαγειν[34], atque alia alibi quam plurima. 51

34. Aristoph. Acharn. 429. χωλὸς, προσαιτῶν, στωμύλος, δεινὸς λέγειν. Equit. 113. δεινοτάτους εἶναι λέγειν. Æschyl. apud Schol. ad Aristoph. Nub. 1128. δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι. Soph. Œd. Tyr. 1169. οἴμοι· πρὸς αὐτῷ γ' εἰμὶ τῷ δεινῷ λέγειν. Eur. Med. 585. λέγειν τε δεινὸς Conf. Plato. Menex. II, 236. A. Polit. II, 259. A. Sympos. III, 198. C. Xenoph. Anab. II, 156. ed. Cantab. V, 380. Demosth. or. Leptin. §. 129. et Pröem. Demegor. p. 1442, 20. δεινὸς εἰπεῖν., quam firmat Heindorf. ad Plato. Protag. p. 533.—Æschyl. P. V. 59. δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους. Aristoph. Equit. 759. κἀκ τῶν ἀμηχάνων πόρους εὐμήχανος πορίζειν. ut Eccles. 236. R. B. Conf. Iph. A. 356. Med. 1415. Xenoph. Œconom. IV, 1. Virg. Æn. III, 395. X, 113. IV, 478. VII, 297. XII, 305. Apoll. Rhod. IV, 1538. πόρον τ' ἀπετεκμαίροντο—πόρους tacite Brunckius. Propert. II. XXXIV. 27. *Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris Proderit, aut rerum dicere posse* VIAS? In Augeæ stabulo, Herc. Œt. 43. *nec meos lux prosequi Potuit triumphos. Solis excessi* VIAS. Æn. VI, 797. *Extra anni solisque* VIAS, R. B. et Drakenborch. ad Sil. Ital. XV, 812. *In climes beyond the solar* road. *Gray.* Aristarchus apud Stob. LXI. p. 387. 28. Οὗτος γὰρ ὁ θεὸς καὶ τὸν ἀσθενῆ σθένειν Τίθησιν καὶ τὸν ἄπορον εὑρίσκειν πόρον.—*Over floods that are deepest, Which Neptune obey; Over rocks that are steepest,* LOVE will find out the way. Eur. Androm. v. pen. τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρεν θεός.—Nub. 243. Νόσος μ' ἐπέτριψεν ἱππική, δεινὴ φαγεῖν. Xenoph. Anab. VII, p. 522. Ἀρκὰς δέ τις, Ἀρύστας ὄνομα, φαγεῖν δεινὸς,—Eur. Hipp. 1239. δεινὰ δ' ἐξαυδῶν κλύειν. Solo Fr. V, 6. δεινὸν ἰδεῖν conf. Œd. Tyr. 1267. Theocr. Id. XXII, 45. Plato de Legg. I. p. 334. A. ἀργύριον δεινὸς φυλάττειν καὶ δεινὸς κλέπ-

SECT. II. Hanc etiam constructionem Latini cum plerique omnes, tum præcipue Horatius passim imitatus est. At enim, dicet forte nonnemo, quidni reponendum est ipsum illud, quod apud Scholiasten habetur, γαρυειν, eum pæoni primo creticus temporibus æquipolleat? Respondemus neque creticum nec pæona primum huic loco convenire, sed choriambum oportere, ut isti και στεφανοις in 4ta αντιστροφῃ aliisque consimilibus sit ισοδυναμος. *Negandumne igitur est ultimæ* της στροφης *syllabæ quantitatem esse* αδιαφορον? Negandum vero. Quippe syllaba ista ob pausam της στροφης in fine necessariam pro longa semper est habenda.

VII. 109. Και ῥα μιν χωρας ακλαρωτον λιπονθ αγνον θεον.]

" Ald. et MSS. Bodl. a. et Pal. A. B. C. λιπον ἁγνον[35].

τειν. de Rep. IV, p. 430. A. δεινὰ ὄντα ἐκκλύζειν· ἤ, τε ἡδονὴ παντὸς χαλαστραίου δεινοτέρα οὖσα τοῦτο δρᾷν καὶ κονίας· Conf. Hor. Carm. I, iii, 25. xix. 8. IV, ii, 59. et Lambin. ad IV, viii, 8. Propert. IV, x, 42.

35. Λίπον habent quoque Gott. Par. A. Vatic. Mosc. A. Guelph. Aug. B. Lips. Leid. A. B. et Cod. Cis. apud Hermann. ep. ad Heyn. p. 402. λίπονθ' Aug. A. addito τὸν in margine ἔλιπον. *Boeckhius.*—1. Il. E, 696. τὸν δὲ λίπε ψυχή. Hec. 1066. τέκν' ἔρημα λιπὼν, sed recte vir doctissimus [in Q. *Rev.* No. XXIX. p. 123.]* legit Eur. Alcest. 953. ἔθανε δάμαρ, ἔλιπε φιλία. Odyss. Γ, 196. ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι Ἀνδρός· Thucyd. I, 144. ὧν [πατέρων] οὐ χρὴ λείπεσθαι. Il. Ψ, 523. 529. Herodot. VII, 86. ἤλαυνον δὲ πάντες καμήλους ταχυτῆτα οὐ λειπομένας ἵππων. i. e. καμήλους ἵππων οὐχ ἥσσονας ταχυτῆτα. Soph. El. 473. γνώμας λειπομένα σοφᾶς, Eur. Iph, T. 573. Plato Menex. p. 246. E. εἰδότας ὅτι τούτου λειπόμενα πάντα τὰ κτήματα καὶ ἐπιτηδεύματα αἰσχρὰ καὶ κακά. Soph. Aj. 543. ἕρποντι φωνεῖς, ἢ λελειμμένῳ λόγου; Herodot. VIII, 59. Οἱ δέ γε ἐγκαταλειπόμενοι οὐ στεφανεῦνται. Plutarch. Nicia p. 524. E. ἐνίκησε πολλάκις χορηγήσας, ἐλείφθη δ' οὐδέποτε. Hor. A. P. 417. mihi turpe *relinqui* est. Ovid. Met. VII, 41. pœnæ Medea *relinquar*? 2. Plato Euthydem. p. 282. E. ὅθεν ἐγὼ ἀπέλειπον, ἀπέλιπον Codex Clarkio-Bodl.; minus recte. Plato Gorg. p. 497. C. 5. Ὅθεν οὖν ἀπέλειπες, ἀποκρίνου. ἀπέλιπες Codex Clarkio-Bodl. et alii. Pausan. III, 77, 9. ὅσοι γένους καβειριτῶν ἐλίποντο—ἐλείποντο· et ibid. p. 280, 13. pro κατελίποντο—κατελείποντο restituit *Porsonus.* Xen. Anab. II. p. 170. πολλοὶ αὐτὸν ἀπέλειπον. Plato Meno. p. 77. A. 2. ἀλλὰ

sensu quidem eodem manente, non metro." Ita Editt. Oxonn. Immo vero vestræ lectionis sensus neque idem est nec ullus. Neque enim verbi medii λιπεσθαι is est usus, ut accusativum post se patiatur: nec vero *relinquere* communiter cum activo λιπειν unquam significat. Video quidem ab Homeri interpretibus hoc sensu non semel acceptum: sed frustra ubique.† Quin etiam Isth. VIII, 125.

*Τον μεν ουτε θανοντ αοιδαι 52
Ελιποντ. αλλα οἱ

Ibi vero si res postularet nullo negotio emendari posset, Ελιπον γ,[36] uti et ουδε pro ουτε; nam illud

μὴν προθυμίας γε οὐδὲν ἀπολείψω,—Ar. Plut. 495. κοὐκ ἀπολείψει. Plato Phædo, p. 69. D. 8. οὐδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ. Euthydem. p. 288. C. 10. ὅθεν γὰρ τοπρότερον ἀπέλιπον, τὸ ἑξῆς τούτοις πειράσομαι, ὅπως ἂν δύνωμαι, διελθεῖν,—ἀπελίποντο editiones veteres; ἀπέλιπον, τὸ ἑξῆς dextre conjecit amicus apud doctissimum virum, *Robertum Josephum Routh* ad l. p. 46, 6.—3. Plato Phileb. p. 52. D. 9. Μηδὲν, ὦ Πρώταρχε, ἐπιλείπειν. Ar. Av. 1106. γλαῦκες ὑμᾶς οὔποτ' ἐπιλείψουσι Λαυρικωτικαί. Ar. Plut. 833. ἧπου σε ταχέως ἐπέλιπεν τὰ χρήματα. Conf. omnino *Dobræum* desideratissimum ad l. Herodot. VII, 28. ἐπέλιπε τὸ ῥέεθρον—ἐπελίπετο ῥέεθρον Arch. vulgata autem sana; Demosth. adv. Polycl. p. 674, 87. τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν φρεάτων ἐπέλιπεν. Plato Prolag. p. 310. E. ὡς οὔτ' ἂν τῶν ἐμῶν ἐπιλίποιμι οὐδέν. Pausan. T. III, 220, 10. *Facii.* ἀπόνοια τοὺς ἔτι ἐμπνέοντας ἀπέλιπεν,—ἐπέλιπεν reposuerunt *Tyrwhittus* et *Porsonus*. Eubulus apud Athen. XIII. p. 559. C. Ταχέως γέ μ' αἱ χρησταὶ γυναῖκες ἐπέλιπον. Vide infra ad p. 210. 4.—Plato Theætet. p. 144. C. antepen. καὶ μέντοι καὶ οὐσίαν μάλα πολλὴν κατέλιπεν. de Legg. IV, p. 716. A. ult. Pausan. I, 318, 12. pro ὑπελείποντο, ὑπέλειπον τὸ—ut II, 88, 14. ὑπέλιπε δὲ [κεραυνὸς] τὸν κίονα ἐξ ἁπάσης [οἰκίας] μόνον. Ar. Plut. 104. καὶ μή μ' ἀπολίπῃς· 446-7. εἰ τὸν θεὸν ἔρημον ἀπολιπόντε. Plato de Rep. V. p. 475. D. 8. περιθέουσι τοῖς Διονυσίοις, οὔτε τῶν κατὰ πόλεις οὔτε τῶν κατὰ κώμας ἀπολειπόμενοι. de Legg. IV. p. 716. A. 2. τῷ δὲ ξυνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός. καταλείπεται ἔρημος θεοῦ, καταλειφθεὶς δὲ, καὶ ἔτι ἄλλους τοιούτους προσλαβὼν, σκιρτᾷ, ταράσσων πάνθ' ἅμα. &c.

† Il. E, 154. &c.

36. ἐλίποντ' Ald. Rom. ἔλιπον Par. C. Med. A. B. "Dele γε." Hermann.; ἀ. γ' ἔλιπον hodie mavult de dial. Pind. P. VII.; "erat cum οὐδὲ conjicerem," inquit *Boeckhius*. *R. P.* sine ulla suspicione hanc odam citat ad Or. 5. et eam ut genuinam hoc modo vendicat *Boeckhius*; "Thebanum se profitetur auctor v. 15.

SECT. II.

sermonis Græci ratio postulat. Verum ut istam Œden Pindaro abjudicem inter alia me adducit, quod ibi vox Αιγινα media bis correpta verss. scil. 36. et 122. adhibeatur, cum tamen syllaba ista apud Pindarum 14 in locis aliosque ubique poetas producatur. Voci αγνος Æoles nonnunquam adspirationem Vau præfecisse exinde colligo, quod Lacones, teste Hesychio, βαγιως scriberent: sive istud βαγνος concipiendum sit wαγιος, seu ubi Æoles w, ibi Lacones β adhiberent[37]. Proinde rescribo λιπον αγνον h. e. wαγνον.

— 35. Persicique belli ætate vixisse; num vero putabis, qui tam eximium carmen procudere posset, alienam personam mentitum fuisse? Ac quis, quæso, ejusmodi odam componere poterat? Non Apollonius, non Callimachus, non Theocritus, qui metra Pindarica non magis intelligebant, quam Aristarchus. Verum quid opera abutor in re perspicua? Lege modo, Pindarum agnosces." Itane tandem, Boeckhi eruditissime, te ad defendendum Dircæum tuum ipse accingis! Vacillat profecto et ab omni parte corruit tuus acervus. Probra in Dawesium congerere non est argumentando coarguere: una refellendi ratio est aut lectionem vulgatam idoneis exemplis munire, vel nævos a critico censoria virgula notatos certa aut probabili medela expellere. Nihil dicam de officinis falsariorum, qui Ptolemæorum ætate ineptias suas auctoribus probatis affricabant, et quæstus causa totos libros confingebant; sed fuerunt Pindari temporibus qui Homeri et melicorum personas satis astute agerent, et voluptatem, stultam et caducam quidem dolis quæsitam, honestæ posterorum commendationi, felici imitandi studio partæ, præponerent. Odæ pulcritudo perinde me allicit, oblectat, detinet; orationis porro ac styli forma et lineamenta Pindarum, ni nos omnia fallunt, certe sapiunt; sed sui omnino dissimilis fuisset si ita Αἴγῐνα usus esset.

37. Lacones, Cretenses, et Pamphylii B vocibus, in quibus suo digammate utebantur Æoles, præfigere aut mediis inserere solebant: 'Αάβατοι apud Hesych. idem quod 'Αάατοι inserto digammate, monuit Pearsonus: vide SALMAS. Plin. Exerc. p. 41. b. A. B. p. 576. c. b. B. de Herode Infanticida p. 69.; et infra ad pp. 181, 2. Hesychius, βαῖκα: ἑάν. Κρῆτες. Ex emendatione Heringæ apud Valck. ad Herodot. 1, 22. 'Αβέλιον vel ἀβελίην (βαβέλιον recentiores, teste Heraclide apud Eustath. ad Od. K, 1654, =), ἥλιον. Κρῆτες. Βέλα. ἥλιος, καὶ αὐγή. ὑπὸ Λακώνων. Κέλλη. φέγγος, αὐγή, φῶς, τάχνη, ὁμίχλη. "ubi primum β ex dialecto præpositum, solemni errore in κ abiit. Tum, ut fit, transpositæ sunt literæ ε et ι. Vera igitur lectio est; Βείλη· φέγγος, αὐγή, &c. Explicationem τάχνη ad Siculum γέλα

vel βέλος, Latinum gelu, pertinere ostendit Lennep. ad Phalarid. Ep. cvi. p. 308." D. R. ad Tim. p. 96. Tyrwhitt. ad Strab. p. 12. "Pausan. in Lacon. xix. §. 4. ἄγαλμα Βήριδος i. e. Fίριδος." Knight. Βίτυς i. e. Fίτυς Ter. Maur. B ex dialecto adhaeret ibid. et Add.; Βλίδες· Βοαδεῖ· Βράδιον· Βραθυμήσαντες· Βρέντανα· Βρόμασα. Diodor. Sic. ii, xxx. ἰδίᾳ δὲ τὸν νῦν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων Κρόνον ὀνομαζόμενον—καλοῦσιν Ἥλιον. Pro Ἡλ. Βῆ. seu Ἧλον conjicit *Wesselingius*, et Damascium in Photii Bibl. p. 1050. citat; conf., si otio abundes, *Eichstadt* Praef. xxxiv, v. Varro apud Non. Marcell. p. 40, 2. *Quid est? quid* lateras? *quid rabis? latras* vel *blateras? R. B.* Hinc Βεῖλη, Βειλαρμοστὴς, Βειλάρχης apud Hesychium, Ἀβηδόνα, ἀηδόνα. Ἀβώ, πρωΐ. Λάκωνες. Αἴβετος, αἰετὸς, ἀετός. Περγαῖοι. Ἀκροβᾶσθαι [ἀκροᾶσθαι]. Βάδομαι, ἀγάπω (Βάδδομαι Lex. Reg. MS.). Βαδὺ, ἡδύ. Ἠλεῖοι. Βαλικιώτης. Βασκαρίζειν. Valck. ad Ph. 1422. Piers. ad Moer. p. 86. Βαστραχηλίζει. Βεβραμένων. Βέδος, ἔδος. Βείρακες. Βεκὰς, ἑκάς. Βισχὺς, ἰσχύς. Βραδανίζει. Βράκετρον. Δαβεῖ, κάθηται. Λάκωνες. Δάβελος, δάλος. Λάκωνες. Ἔβα (ἔα). Ἔβασον, ἔασον. Συρακούσιοι—καὶ Λάκωνες addit Etymol. Mag. p. 308, 26. et Κρῆτες, *Jo. Grammaticus* apud Ald. in Hort. Adonid. f. 243. b. Ἐντριβάσαι. ἐναντίαν τύψαι. Lege, ἀντιτριβάσαι *D. R.* Ἀποτριάσαι, vel ἀποτριάξαι, τρεῖς πληγὰς δοῦναι Koën. ad Greg. p. 163. ἐπεβαλλομένη, ἐνθεαζομένη. ἐπηβ. series literarum postulat; hinc ἐπευαδδομένα eruit *Valck.* ad Röver. lxxviii. et ad Adoniaz. pp. 275. 289. Ἔρβως, ἔρως. Θάβακον, Θάκον, ἢ Θρόνον—elicuit ὁ πάνυ Hemsterhusius. Θύαι, φυλαί. Ὠαὶ Dorum, Ὠβαὶ Laconum. Ῥόδον, Βρόδον. Sappho in Orion. Theban. apud Koën. ad Greg. p. 270. citata. Ῥωγαλέος. antiquitus ῥαγαλέος et ῥηγαλέος, Laconice βρηγαλέος, et Æolice Ϝρηγαλέος. Jo. Gramm. f. 244. b. τὰ δὲ ἀρχόμενα παρ' ἡμῖν ἀπὸ τοῦ ρ̄, αὐτοὶ [Αἰολεῖς] προτιθέασι τὸ β̄, ἵνα ψιλὸν γένηται—ῥαδάμανθυς, βραδάμανθυς: ῥυτῆρες, βρυτῆρες. Miltonus P. A. vi, 231. *The* ridges *of grim war.* "I presume the author gave it, *The* bridges *of grim* war; from his Master Homer, Πολέμοιο γεφύρας." Bentley. Fremant, per me licet, Pearcii fautores; *Ridges* et *Bridges* ejusdem vocis sunt formae diversae; et B ex dialecto adhaesit. Æschyl. Suppl. 15. κυμβαλέον. κῦμ' ἅλιον *R. P.* Aristoph. Ach. 534. βάδην. "Fortasse αδην." *Tyrwhittus.* Ὑπερβώϊοις (ὑπερώϊοις) in Foedere apud Hierapytnios et Priansienses inter Marm. Oxon. p. 116. ed. Prideaux. *Valck.* ad Adoniaz. p. 272. C. Ὤβεα, τὰ ὠά. Ἀργεῖοι. Litterae B et V in Pandectis Florentiae etiamnum sanctissime custoditis sine ullo discrimine usurpantur: vid. quoque Scaliger. in App. ad Virg. p. 527. Hor. Carm. ii, viii, 2. *Poena,* Barine, Cod. Graevianus; *Varine,* MSS. plures. "Latet certe mendum." R. B. Lege, *Poena,* Iberine,—In vetustissimis exemplaribus litera I paulo remotius a reliquis posita in praenomen faeminae a Julia familia migravit. Juv. Sat. vi, 53, 4. ad hanc Horatianam Iberinen respexisse videtur. Withof. in Spec. Gunther. pp. 51, 2. Carm. i, xxv, 20. *Ebro* pro *Euro* prae- SECT. II.

SECT. II.

bent nonnulli codices; Virg. Buc. II, 15. SUPERVA MS. antiquissimus: "BENIT pro VENIT, et BITTATIS pro VITTATIS exhibent tabellæ incorruptæ," teste Giovenazzio ad Livii fragm. P. LIV. "Imperiti librarii inter B et digamma nullum discrimen faciebant." *Scaliger* in App. p. 527. "Quod minus mirandum est; quoniam B et V consonans (quod idem ac Ϝ Æolicum) ambo litteræ labiales essent atque inter se affines; ita ut, in Laconum dialecto, usus *τοῦ* B pro Ϝ solennis esset. Idem mos, in Pamphyliæ quoque civitatibus, atque apud alias fortasse gentes cum Doricas tum Æolicas obtinuisse videtur; itemque inter Latinos etiam recentiores, sic ut LIVERTUS pro LIBERTUS, BOTUM SOLBIT pro VOTUM SOLVIT, in titulis sepulcralibus ac votivis, sub Cæsarum imperio incisis, satis testantur," *Knight*. Proleg. CXXXV. Conf. Gorii Inscript. Ant. T. I, p. 172. CXLVII. et Muratorii Thes. Nov. Inscr. T. I, p. 479. Juv. Sat. II, 160. Illuc, *heu*, *miseri* traducimur, *arma quidem ultra Litora* Jubernæ *promovimus*, Edd. "Fortasse, *Illos heu miseri* traducimus; VIII, 17. *Squalentes* traducit *avos*, producit *MS. Reg.* 700. *annorum*." *R. B.* *Juvenæ* (sic) MS.; *Juvernæ* revocavit editor novissimus e MSS. quam plurimis, Mel. III, 6. et Ptolem. Cod. Palat. qui habet Ἰουουερνία, quibus adde *Scaliger*. ad Euseb. p. 190. et ad Tibull. p. 181. *Avieris* pro *abieris* MS. Vat. Cic. Philipp. apud *Muretum*. Hinc litterarum B et V permutationes in pervetustis et recentioribus Romanorum monumentis neque casui nec errori tribuendæ, sed affinium inter se litterarum pronunciationi, diversæ diversis temporibus: in *H. St.* Lex. s. c. 1. *Abena*, *Abersus*, *Abiarium*, *Bacca* (vacca), *Benenum*, *Berbex*, *Bicani*, *Bilis* χολὴ μέλαινα καὶ εὐτελής. i. e. *Bilis* et *Vilis*. *Bibium*, *Batillum*, (*Fructuvis*, *Quæstuvis*) *Pabiculæ*, *Pabo*, *Prolubium*, *Bicissim*, *Bietum*, *Bilitas*, *Binacia*, *Bitiosus*, *Bomer*. 2. *Civum*, *Puves*, *Scavia*, *Vatillum*, *Venavulum*, *Vitumen*, *Vivices*, *Uverosum*. B subinde a contubernali suo dissiluit; Jul. Frontin. Oudendorpii II, v, 19. p. 269. "*bello petitus* ab Ardie Illyrio,"—Ibi optimam *H. Valesii* emendationem *a Bardylie Illyrico* prætervideral editor. *R. P.* Litteræ G et V rarius commutantur; Plautus Menæchm. III. *Ut ego hunc proteram leonem* Getulum, *olentem*, *edentulum*, *vetulum* emendavit R. B. V et B; Plauti Pers. II. v, 21. *Dominus me* vobis *mercatum Eretriam misit: boves* reposuerunt VV. DD. Seneca T. II. p. 471. l. 4. jactavimus—jactabimus *Lipsius* et *Bentleius*. P. Syrus apud Macrob. Saturn. II. vii. *Pars benefici est, quod petitur, si* cito *neges*. velle *neges* A. Gell. N. A. XVII. xiv. l. belle *n*. BENTLEIUS. Martial. Epigr. XII, lii, 14. conciliavit—Editiones. conciliabit *R.B.* Manil. IV, 180. *Hoc* habet, *hoc studium*. *Hic* labor, *hoc studium*, correxit Bentleius: *Hoc* avet, *hoc studium est*—restituit Heringa in Obs. c. ix. p. 71. Addere libet "φ Macedonum lingua vulgo mutari in B solere: ita loco κεφαλὴ κεβλὴ dicebatur; loco Φίλιππος Βίλιππος, Φαλακρὸς Βαλακρὸς, Φερενίκη Βερενίκη." R. B. de Pseudo-Socrat. Epist. p. 105.=73. Lennep. φουάδδει βουάδδει *Valck*. ad Röver. P. LXXVII. Vide Plutarch. II. 292.

Pyth. I. 147. ——— Αερεομαι
Παρ μεν Σαλαμινος Αθηναιων χαριν
Μισθον· εν Σπαρτᾳ δ[38] ερεω]

Monent Editt. Oxonn. satis superque securi *αι* in verbo *αιρεομαι* esse brevem syllabam. Quod tamen si res esse posset, de metricis plane legibus conclamatum foret. Nimis profecto certum est syllabam istam brevis locum occupare. Atque huic quidem incommodo ut subveniretur, Schmidius legit ἑλεομαι. Verum hoc pacto vir eruditus non sine sermonis dispendio versui consuluit. Nam verbum istud non
tam Græcum est quam Scythicum[39]. Tu vero Pindari 53
manum tandem agnosce: Αρεομαι &c.[40] Nempe hoc futurum apud Ionas et Æoles Attico *αρουμαι* respon-

E. Stephanus Byzan. Βρίγες, ἔθνος Θρᾳκικόν· Ἡρόδοτος ἑβδόμη (73. conf. VI, 45.) *οἱ δὲ φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, ἐκαλέοντο.* Βρίγες—Diod. Sic. II, 221, 26. Κεβάλων, et 275, 93. Κεβαλῖνον reponenda censet *Valck.* ad Callimachea p. 39. et Herodot. VI, 45. Z pro B Arcadum est: R.P. ad Ph. 45.; et D pro B in vocum Latinarum primordiis, ut *Duilius Bilius; Duellona Bellona;* [*duellum* Hor. Epist. I. ii, 7. II. i, 254. ii, 98.] *Duonus Bonus; Duis Bis,* &c. Sed ejusdemmodi formæ non sunt hujus temporis, neque loci.

38. *Σπάρτᾳ δ' αὖ ἐρέω* Coll. Eman. et Bodl. γ. *ἐρέων Boeck.*

39. *τὰ δὲ ἀπὸ τῆς μητρὸς Σκύθης, βάρβαρος ἑλληνίζων τῇ φωνῇ.* Æschines adv. Ctesiphont. p. 432. *D. R.* ad Rut. Lup. p. 117.

40. "*ἀρέομαι* profecto eleganter." Reiskius Act. Erudit. 1750, eam quoque laudat Hermannus ad l. p. 265. *αἱρέομαι* Guelph. a m. pr. *ἀρέομαι* Leid. B. Ald. De *R. D.* suaviter delirat Vauvill. ad Soph. Aj. 77. Il. A, 159. *Τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ,* E, 273. *ἀροίμεθά κε κλέος ἐσθλόν.* 552. *Τιμὴν* 'ΑτρεϜίδῃσ', *'Αγαμέμνονι καὶ Μενελάῳ, 'Αρνυμένω·* Z, 446. *'Αρνύμενος πατρός τε μέγα κλέος,* Δ, 95. *Τρώεσσι χάριν καὶ κῦδος ἄροιο,* E, 4. *κλέος ἐσθλὸν ἄροιτο,* Π, 84. *'Ως κεν μοι τιμὴν μεγάλην καὶ κῦδος ἄρηαι.* Æschyl. Septheb. 315. *Καὶ τὰν ῥίψοπλον ἄταν 'Εμβαλόντες, ἄροισθε Κῦδος·* Soph. Tr. 711. *ὅτ' οὐκετ' ἀρκεῖ, τὴν μάθησιν ἄρνυμαι.* Plato de Legg. III, 944. C. *ζωὴν αἰσχρὰν ἀρνύμενος μετὰ κάκης μᾶλλον, ἢ μετ' ἀνδρείας καλὸν καί εὐδαίμονα θάνατον* 969. A. *Κλέος ἀρεῖ μέγιστον κατασκευάσας αὐτὴν ὀρθῶς.* Conf. *Muret.* II, 226. III, 336. *D. R.* ad Tim. pp. 49, 50. Schol. ad Plat. 148. *μισθαρνεῖν* et *μεμισθάρνηκε* apud Oratorem solennia sunt. In Soph. Œd. C. l. c. *τῇδε τῇ π.* Ald. et edd. usque ad Turneb. qui *τῇδε μὲν π.* in textum invexit. *'Αθαναίων* Par. A. Guelph. Ven. B. D. F.

SECT. II. debat, non secus atque φανεομαι, θανεομαι &c. τοις φανουμαι, θανουμαι, &c. Αρεσμαι autem quid valeat, docebunt subjecta Sophoclis loca: Œd. Tyr. 1247. (1224.).

> Οι εργ' ακουσεσθ', οια δ' εισοψεσθ', οσον δ'
> ΑΡΕΙΣΘΕ πενθος!

Œd. Col. 471. (459.).

> ——— ——— τηδε μεν πολει μεγαν
> Σωτηρ' ΑΡΕΙΣΘΕ, τοις δ' εμοις εχθροις πονους.

Si quodnam ad thema referendum sit hoc futurum scire gestias, sic colligas velim: δεικνυμι et, ἀγνυμι in futurorum analogia æquipollent τοις δεικω et ἀγω; media autem δεικνυμαι et ἀγνυμαι, τοις δεικομαι et ἀγομαι: ac proinde futura ex iis formantur δειξω, ἀξω; δειξομαι, ἀξομαι. Consimiliter αρνυμαι idem futurum formare oportet, quod ab αρομαι flueret. Hoc autem non est apud Atticos nisi αρουμαι, cujus vicem, uti jam diximus atque in sectione proxime sequente [p. 74.] uberius exponemus, apud Ionas et Æoles αρεομαι supplebat. Eodem fonte derivatum αρηται apud Homerum cum μισθον itidem conjunctum legitur ΙΛ. XII. 435. — ινα παισιν αεικεα ΜΙΣΘΟΝ ΑΡΗΤΑΙ. Illud autem αρεομαι μισθον juxta laudata exempla interpretaberis *consequar* sive *reportabo mercedem*,
54 pro qua *etiam sententia sordet quam unicam suppeditat lectio vulgata, *eligo mercedem*. Mitto ipsam loci constructionem αρεομαι μεν — ερεω δε — melius procedere.

Pyth. IV. 6. Ενθα ποτε χρυσεων
Διος αιητων παρεδρος]

"Αιετων commune habent plerique. Ald. vero nobiscum legit." *Editt. Oxon.* Versus nimirum fulciendi gratia vocabulum viri eruditi ex ultima barbarie accersendum judicarunt. Ecquis enim unquam, obsecro, Græcus αιητος pro αετος usurpatum patienter tulisset? Certissimum quidem est vulgatum αιετων, uti senserunt viri docti, metricæ rationi plane adversari. Huic utique versui respondent:

[21 = 12.]	αντ. α.	πονος αιχματαο[41] ναυταις.	SECT. II.
[48 = 27.]	στρο. β.	δεσιν ανσπασσαντες[42] άμοις·	
[62 = 35.]	αντ. β.	Ξενιον μαστευσε δουναι·	
[89 = 50.]	στρο. γ.	Κριτον εὑρησει γυναικων·	
[103 = 58.]	αντ. γ.	Πυκιναν μητιν κλυοντες.	

In his porro bis desideratur editorum Oxonn. aliorumque παρβασα, qui ανσπασαντες et Ξενιον[43] repræsentant. Cum autem neque αιχματαν sermonis indoles, nec vero αιετων metri ratio stare hic patiatur; cogitandum restat de altera aliqua lectione neque in orationis nec versus normam peccatura. *Hujusmodi autem esse quam nunc commendamus lubens, opinor, fateberis: Διος ΟΡΝΙΧΩΝ[44] παρέδρος· Sic Olymp. II. 159. 55

41. αἰχματᾶο ex Aldo et Gott. Heynius et *Boeck*. Sic MS. Vat. n. 121. Sæc. XII. Pap. vide Pyth. I, 8.

42. δὲς ἀναστάσαντες Coll. Roman. ὤμοῖς, quod dicitur Æolicum, *Boeckhius*.

43. Ol. IV, 25 = 17. ξενίαις Ald. ξενίοις Leid. A. ξενίαις Gott. Par. A. Vat. Cic.

44. Διος ΟΡΝΙΧΩΝ] "*probante* Valckenærio *ad Theocrit. p.* 402." *R. P.* Isthm. VI, 77. καί νιν ὄρνιχες φανέντος—E Theocr. Id. VII, 47. Μουσᾶν ὄρνιχες et XII, 7. ἀηδονίδη ξενηρωΐαν conflatum esse istum hymni versum autumavit Valck. ad Ph. 321. Reiskius R. D. emendationem magnum omnium pronunciat; Hermannus de metris p. 89. et Boeckhius lectionem vulgatam defendunt. ἀετῶν Ζηνὸς πάρεδρος, quod conjecit *Mingarellus*, habet Par. B. Æn. XII, 247. in *æthra* edd. et Brunckius; sed V, 254. *præpes ab æthra*—[Aristid. T. I. p. 196. ἀετόν τε ἐν νεφέλαις αὐτὴν ὁ θεὸς καλεῖ. Aristidis animo obversabantur Ar. Av. 978. αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι·] M. Capella V, 136. *raucusque per* æthram *Cantus, et ignoto cœlum clangore remugit*. Ovid. Trist. V, V, 32. *Consilium fugiunt cetera pene meum*. tuum octo veteres. Heins. *Consilio fugiunt* æthera forte tuum. R. B.; *æthera*, Ponte, *tuum*, felicissime personavit Withofius; "sensum, inquit, habent hæc nebulæ, hic fumus; nam fertur in Italiam consilio et data opera; consilio et de industria, *o Ponte*, tuum æthera evitare conatur. Romanum cœlum et Romana respicit palatia; te vero, *o* barbara tellus, odit fugitque." Misc. Obs. Nov. T. I. p. 137. Sen. H. Fur. 1110. *Et, qui melius tua tela tamen Senserat*, aer. *æther* prætulit R. B. et citat Hipp. 817. Œt. 15., "quæ fabula Senecæ non est, quemadmodum, octoginta abhinc annis, jam probavit doctissimus ille *Daniel Heinsius*:" R. B. de Pseudo-Phal. p. 138=77. Lennep. Antiphanis fragmentum apud *Burgess*. ad l., quod cum Koppiersio communicavit Claris-

SECT. II.

ΔΙΟΣ προς ΟΡΝΙΧΑ θειον.

—— Similiter Virg. Æn. I. 394.

Ætherea quos lapsa plaga Jovis ales *aperto*
Turbabat cœlo ——

XII. 247,

Namque volans rubra fulvus Jovis ales *ab æthra*

Ovid. Metam. VI. 517.

Deposuit nido leporem Jovis ales *in alto.*

Pari modo Callimachus cycnos appellat Μουσαων ορνιθας. Hymn. in Del. 251.

ΜΟΥΣΑΩΝ ΟΡΝΙΘΕΣ αοιδοτατοι πετεηνων.

Scripserat, opinor, aliquis alicujus codicis vel in margine vel inter lineas vocem αιετων tanquam interpretamentum του ΔΙΟΣ ΟΡΝΙΧΩΝ, non secus atque in scholiis των νεωτερων hodie legitur ad Olymp. II. 159. του θειου ΟΡΝΙΧΑ του ΔΙΟΣ, ηγουν τον ΑΙΕΤΟΝ. Inde factum ut nescio quis syllabicæ του ΟΡΝΙΧΩΝ quantitatis ignarus alterum istud αιετων infausta manu in contextum invexerit. Nec vero Διος αιετος, sive *Jovis aquila,* sat commode appellari potuisse videtur, præterquam unica illa quam Jovi adsidere veteres fingebant[45].

Pyth. IX. 193. Καρπον ανθησαντ αποδρεψαι εθελον.]

56 * Principio contra temporum syllabicorum rationem verbi αποδρεψαι ultima sequente vocali producitur. Deinde autem ne sermonis quidem integritati satis consultum est. Ea utique verbum medium αποδρεψασθαι postulat; quo modo apud Hesiodum Theogon. 30. legimus — δαφνης εριθηλεος οζον ΔΡΕ-

simus *D. R.*, sic emendat *R. P.* Adverss. p. 47.; "Εξω, μακρὰν, παρ' αὐτὸν, ὑπὲρ αὐτὸν, κάτω, "Ανω βραχεῖαν ἀπόδοσιν καταστρέφει. In Lycurgi fragmento a Rutilio Latinum facto, et a doctissimo *Burgessio* tentato pro *remisse paratis, remissi esse paratis,* in margine exemplaris sui reliquit Toupius.

45. Pyth. I, 10=6.

ΨΑΣΘΑΙ θωπον — Itaque utraque re conjurante SECT. III.
omnino rescribendum est ΑΠΟΔΡΕΨΑΣΘ[46] εθελον.
Atque ita quidem legisse videtur Scholiastes qui in loci expositione ista habet: της γαρ εντιμου αυτης νεοτητος καρπον ΔΡΕΨΑΣΘΑΙ εβουλοντο.

Nemeon. I. 11. Αρχαι δε βεβληνται θεων
Κεινου συν ανδρος δαιμονιαις αρεταις]
Multum hic sudarunt interpretes frustraque laborarunt. Neque enim sententiam nisi ineptam extundere valuere. Constructionem ita ordinat Scho-

46. ἀποδρέψαι citavit Valck. ad Röver. LXVI. Nem. II, 13. Θαμὰ μὲν Ἰσθμιάδων δρέπεσθαι Κάλλιστον ἄωτον Apud Athen. XIII, 574. A. ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι. Æschyl. Septheb. 718. Ἀλλ' αὐτάδελφον αἷμα δρέψασθαι θέλεις; conf. Suppl. 658—Theocr. Id. XVIII, 40. στεφάνως δρεψεύμεναι ἁδὺ πνέοντας· Demosth. Olynth. I. p. 10, 6. τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν δρέψηται. Inscriptio apud Pausan. Bœot. IX, XV. Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν. Æschyl. P. V. 849. ὃς καρπώσεται Ὅσην πλατύῤῥους Νεῖλος ἀρδεύει χθόνα. Ag. 511. αὐτὸς φρενῶν καρποῖτο τὴν ἁμαρτίαν. Conf. Demosth. ad Leptin. §§. 56. 128. 138. Xenoph. Mem. I, i, 8. οὔτε γὰρ τῷ καλῶς ἀγρὸν φυτευσαμένῳ δῆλον ὅστις καρπώσεται. Cic. Cato vii. *Serit arbores quæ alteri sæculo prosint*, ut ait Statius noster in Synephebis. Virg. Buc. I, 71. *En, quis consevimus agros? Shall we sow for strangers?* indignabundus quærit Nomadum quispiam apud *Buckhardt.* in Itineribus oppido quam jucundis p. 299. Aristoph. Plut. 515. καρπὸν Δηοῦς θερίσασθαι. Schol. τὸ ἔπος τοῦτο τῆς μέσης κωμῳδίας ὄζει. Pers. 953. νυχίαν πλάκα κερσάμενος Choëph. 187. Ἀλλ' οὐδὲ μὴν νιν ἡ κτανοῦσ' ἐκείρατο,—Nossis apud Br. An. Gr. I, 196. φλυάκων Ἐκ τραγικῶν ἴδιον κισσὸν ἐδρεψάμεθα. *Hippocrat.* de Flat. T. I. p. 295. ὁ μὲν γὰρ ἰητρὸς, ὁρέει τὰ δεινὰ, θιγγάνει τε ἀηδέων, καὶ ἐπ' ἀλλοτρίῃσιν ξυμφορῇσιν ἰδίας καρποῦται λύπας. Conf. Dem. Ol. I. p. 4. F. et p. 5. B. Philo Judæus de Caino I, 153. ed. Mangey. a Kustero de verb. med. p. 121. laudatus; Ὥσπερ τὸ κείρεσθαι διττόν· τὸ μὲν ὡς ἀντιπεπονθὸς, κατ' ἀντέρεισιν· τὸ δὲ ὡς ὑπεῖκον, καθ' ὑπόπτωσιν· πρόβατον μὲν γὰρ, οὐδὲν ἐνεργοῦν ἐξ αὐτοῦ, πάσχον δὲ μόνον ὑφ' ἑτέρου, κείρεται· ὁ δ' ἄνθρωπος συνδρῶν, καὶ σχηματίζων, καὶ ἐπιτήδειον παρέχων ἑαυτὸν, ἀνακιρνὰς τῷ πάσχειν τὸ ποιεῖν. Origines contra Celsum p. 315. Ἐπειδὴ τὸ πείθεσθαι ὡσπερεὶ τῶν καλουμένων ἀντιπεπονθότων ἐστιν, ἀνάλογον τῷ κείρεσθαι ἄνθρωπον, ἐνεργοῦντα τὸ παρέχειν ἑαυτὸν τῷ κείροντι. E pura pagina exemplaris olim Bentleiani. Sic Herc. Fur. 1393. εἰς Ἀθήνας πέμψομαι Θηβῶν ἄπο. *mittam meipsum;* i. e. *veniam.* In vulgata Theogoniæ lectione nihil est quod Jortinum et Wolfium, viros Græce doctissimos, offendere debeat.

SECT. II. liastes: *αἱ γαρ αρχαι ταις δαιμονιαις και θειαις αρεταις εκεινου του ανδρος εκ θεων βεβληνται.* Quo pacto *θεων βεβληνται* æquipollet *τῳ εκ θεων βεβληνται.* Deinde redundat vocula *συν.* Utrumque contra Græci sermonis indolem. Aretius istum in modum: *αρχαι* [*αγωνισματων*] *βεβληνται δαιμονιαις αρεταις θεων συν κεινου ανδρος.* Hæc vero quotusquisque, obsecro, vel intelligit? Unius non jam literæ sed lineolæ additamentum quas turbas dedit! Eam tu vicissim deme, ac lege *θεῶι* sive uti hodie moris est scribere *θεῷ*[47], ut
57 constructio sit *αρχαι δε * συν θεῳ βεβληνται δαιμονιαις κεινου ανδρος αρεταις. Συν θεῳ* *deo favente:* Sic Nemeon. VIII. 28.

> ΣΥΝ ΘΕΩΙ *γαρ τοι φυτευθεις*
> *Ολβος ανθρωποισι παρμονωτερος.*

Isth. IV. 6.
> *Αισι Κλεωνυμιδαι θαλλοντες αιει*
> ΣΥΝ ΘΕΩΙ, *θνατον διερχον-*
> *ται το βιου τελος.*

Similiter apud Homerum *συν δαιμονι* legimus ΙΛ. [O, 403.]

> *Τις οἰδ' ει κεν οἱ* ΣΥΝ ΔΑΙΜΟΝΙ *θυμον ορινω*
> *Παρειπων;* ——

Nec vero cuipiam displicere debet ista voculæ *συν* utcunque insolens collocatio, quippe quam ni ad *θεῳ* referendam accipias nulla exoritura est sententia, ac proinde nullus est ambiguitati locus. Alioqui versus initium transpositis duabus vocibus constitui posset, *Συν κεινου ανδρος.* Quo pacto haberetur *θεῳ συν* pro *συν θεῳ*: cujusmodi exempla passim extant. Sed Pindari opinor auribus alterum illud magis placuit.

47. Conf. *Heindorf.* ad Plat. Theæt. p. 311. "Horribilis et inaudita ordinis convulsio." Reiskius. Mallem conjecturam feliciter audacem dixisset. Si Pindaro in altos nubium tractus cum impetu rapto confragosas sententias denegares, Sophoclis saltim tortuosum dicendi genus enodare non destitisses; El. 725. *πῶλοι βίᾳ φοροῦσιν, ἐκ δ' ὑποστροφῆς Τελοῦντες ἕκτον ἕβδομόν τ' ἤδη δρόμον,*—Infra *Τίς Foῖδ'* Homero restituit R. D. Vide ad sect. IV.

Eadem itidem emendatione restituenda venit germana alterius loci forma. SECT. II.

Pyth. IV. 461. —— *Ενθεν δ' υμμι Λατοιδας επορεν Λιβυας πεδιον*
Συν θεων τιμαις οφελλειν[48], *αστυ χρυσοθρονου*
Διανεμειν θειον Κυρανας]

*Quem sic interpretantur H. Stephanus, Benedictus, aliique: *Inde vobis Latoides dedit Libyæ campum cum deorum honoribus augerę, urbem divinam aureo-throno-insidentis Cyrenes gubernare.* Et recte quidem, quod ad veram verborum notionem. Atqui scire impense velim quid sit *Libyæ campum augere.* *Arctos* credo *continentis limites latius extendere.* Videtur quidem hoc editoribus Oxonn. uti oportuit displicuisse. Atque ii proinde pro *augere* vagæ notionis verbum *excolere* eo opinor consilio adhibuere, ut alio sensu ad *Libyæ campum,* alio ad *deorum honores* referretur. Verum in eo minus feliciter rem ministrarunt, quod verbum Græcum *οφελλειν* diversorum itidem sensuum non sit capax, sed *augere,* vel quod tantundem sit, unice denotet[49]. Tu vero iterum pro ΘΕΩΝ lege ΘΕΩΙ, ac mecum interpretare: *Libyæ campum, deo* [etiam *κατ εξοχην,* h. e. deorum summo] *favente, honoribus augere.* Ecce autem simillimam apud Homerum locutionem: 58

ΙΛ. A. 509. —— —— *οφρ αν Αχαιοὶ*
Υιον εμον τίσωσιν, ΟΦΕΛΛΩΣΙΝ *τε ἑ* ΤΙΜΗΙ[50].

Similiter etiam Latini dicebant *honore aliquem au-*

48. *τὸ* omittunt Par. C. Med. A. B. Ald.; agnoscunt Rom. et Schol. *ἄστυ τε* Guelph. *Boeckhius.*

49. Vide *T. H.* ad Callim. fr. cxxvi. et *Valck.* ad Callimachea p. 14. *καὶ Ὅμηρος πολλαχοῦ κέχρηται τῷ ὀφέλλειν. ἔστι δὲ τοῦτο τοῦ αὔξειν καὶ ποιεῖν ἐπωνυμία.* Plato Cratyl. I, 417. C.

μη
50. *οἱ τίμην* (sic) MS. C.C.C. Cant. H. St. in Thes. Gr. v. *Τίω.* ut Il. Θ, 225. *ἔσχατοι νῆας ἐΐσας,* Ed. Pr. *ἔσχατα* idem MS. Vid. *R. P.* ad Med. 44. et conf. ad Ph. 1358. Med. 673.

SECT. II. *gere*, uti ex Stephani thesauro liquet. Nec vero hæc emendatio sola rationis vi, sed Scholiastæ etiam
59 auctoritate nititur: Εντευθεν δε, φησιν, εκ της *Θηρας τῳ σῳ γενει, Αρκεσιλα, ὁ Απολλων χρησμοις και μαντειαις δεδωκε συν ΘΕΩΙ, το της Λιβυης πεδιον τιμαις αυξειν το θειον πολισμα, και διοικειν, της τιμιον εχουσης θρονον Κυρηνης. Hunc utique in modum Scholiastæ verba a viris eruditis ordinantur ac distinguuntur. Ex quibus tamen ita ordinatis frustra plane erit qui sententiam vel commodam vel ullam elicere satagет. Tu vero tandem voculam και ad pristinam sedem revoces, locum autem sic distinguas velim: το της Λιβυης πεδιον τιμαις αυξειν, και το θειον πολισμα διοικειν της τιμιον εχουσης θρονον Κυρηνης. Cæterum si cui forte displiceat, quod et non immerito fieri possit, ασυνδετος ista oratio—πεδιον τιμαις οφελλειν, αστυ διανεμειν—ei pro αστυ non incommode legere licebit καστυ, h. e. και αστυ. Nam similis apud Pindarum crasis Olymp. III. ult. in κασοφοις conspicitur.

Nem. v. 17. Ταν ποτ ευανδρον τε και ναυσι κλυτὰν[51] θεσσαντο ——]

Pro voce nihili θεσσαντο reponendum est ἑσσαντο; auctore ipso Pindaro Pyth. IV. 363.

——— Ποσειδανος ΕΣ-
ΣΑΝΤ ειναλιου τεμενος.

Utrobique certe scribere oportet vel ἑσσαντο vel cum Atheniensibus εἱσαντο. Corrige obiter Euripiden Hippol. 31.

60 * —— ναον Κυπριδος ΕΓΚΑΘΕΙΣΑΤΟ[52].

51. ναυσικλυτὰν optime *Boeckhius*: hoc compositum ejusdem est generis cujus Pyth. 140. ναυσίστονον ὕβριν ἰδών. 64. ναυσιφορήτοις δ' ἀνδράσι. Æschyl. Septheb. 864. νεκυόστολον θεωρίδα, quam palmariam emendationem *Butlero* debemus. Eur. Ph. 1727. ναυσίπομπον αὔραν. Iph. A. 172. πλάτας ναυσιπόρους. Aristoph. Eccles. 426. ἵνα τοὔτ' ἀπέλαυσαν Ναυσικύδους τἀγαθόν. conf. Xen. Mem. I, vii, 6. ναυσικλυτὸς decies in Odyssea.

52. Non dubitat Valckenærius quin dederit Euripides ναῷ K. ἑ., ἐγκαθείσατο quoque a quatuor codicibus oblatum accepit Mus-

μιν ad Nestora, posterius ad Telemachum refertur, importunum est atque absurdum. Ut autem hoc ad Ulyssem referatur, quod voluit Eustathius, minus, siquod aliud, ferendum est. Quid multis opus est? Deesse in quibusdam editt. versum istum Hδ *ινα μιν* &c. testatur H. Stephanus[45]. Et deerit, si me satis audient editores, in futuris quibusque. Huc autem irrepsit ex ι. 95. ubi tamen non minus apte quam hic inepte adhibetur:

ΠΕΜΨΩ δ' ες Σπαρτην τε και ες Πυλον ημαθοέντα
Νοστον πευσομενον πατρος φιλον, ην που ακουσῃ,
Hδ 'ΙΝΑ μιν κλεος εσθλον εν ανθρωποισιν ΕΧΗΙΣΙΝ.

Mittam - ut - habeat. Cæterum pro *αποιχομενοιο εροιτο* vel legendum - *νοι* [sive - *νου*] *ερεοιτο*, vel certe verbo *εροιτο* præficienda aspiratio Vau, quod tamen ea fere destituitur.

Ad Callimachi editorem nunc revertamur; quem cum in syllabica verborum quorundam * quantitate 88
errare videamus, ne illius apud alios, uti fit, errores propagentur, libet hic singulos paucis perstringere.

Pag. IX. "Ergo perperam ille fecit qui primam "secundamque vocis *ακριβης* corripuit, cum utram-"que producere debuerit." Quod ad secundam quidem, recte se habet viri eruditi observatio: quod ad primam vero non item. Id quod cum ex aliis bene multis exemplis, tum præcipue ex isto liquet, quod vir eruditus ipsius hujusce Præfationis pag. XIV. in alio argumento ipse laudavit [Nub. 130.]:

Λογων ἄκρῑβων σκινδαλαμους[46] *μαθησομαι.*

45. Deest in tribus MSS. Harleianis, et ED. PR.; "77, 79. notantur α, γ, 78. in margine adscriptus, a m. certe antiqua, notatur β et legit ἔχησιν." *R. P.* Conf. *Hermann.* de Gramm. Gr. p. 213.

46. *σκινδαλαμοὺς* ex Hesychio et Suida *R. B.* Ran. 835. *σκινδαλμῶν* *Salmas.* ad Solin. p. 735. et *Brunckius*: *σκινδαλαμῶν* *R. B.* "repugnante *Toupio* Addend. in Theocr. XXI, 26. lege, *σχινδαλάμων*." *R. P.* apud P. P. D. Conf. *Piers.* ad Mœr. 360, 1. *Valck.* ad Ph. 1422. *D. R.* ad Tim. p. 32. Ran. 835. *κορυθαίολα* ΜΗΚΗ Idem *Salmas.* ad Solin. p. 735. vide *G. Wakefield.* ad Herc. Fur. 1005. et *P. P. D.* ad

SECT. III.

Editori profecto mirum in modum infeliciter cessit hoc exemplum. Quippe non solum exinde refellitur quod de prima vocis ακριβης monuerat, verum etiam ad argumentum, in quo versatur, illustrandum nil quidquam confertur. Docet utique in verbo σκινδαλαμους duas breves unius longæ vicem supplere. Quod tamen res adeo non est, ut si in istarum brevium locum longam substitueris, in versus senarii leges peccaveris. Neque enim in sede quarta[47] comicus magis quam tragicus senarius spondeum recipit. Atque hoc ipso quidem nomine lectio vulgata σκινδαλμους, quod in ista sede spondeum præferat, neutiquam ferenda est.

89 * Alterum ibidem errorem deprehendimus, qui immensum verborum numerum complectitur. "Quid "vero de eo dicemus qui ex voce ὑπεζευξαο duas "breves et dactylum fecit; cum ε ante ζ semper "longa sit; et α in poetico illo αο nullo modo possit "corripi? Non potes igitur in fine hexametri, ὑπε-"ζευξαο ποντον; sed sic, ὑπε̄ζευξᾱο δε ποντον." Quid audio? α in poetico illo αο nullo modo posse corripi? Immo vero nusquam non corripitur: et correptæ quidem vir eruditus etiam in sua Callimachi editione observare potuisset cum alia haud pauca exempla tum præcipue istud Hymn. in Dian. 111.

Εντεα και ζωνη, χρυσεον δ εζευξᾰο διφρον.

Ut nullo demum modo verbum ὑπεζευξαο versus hexametri ratio recipiat: non jam quod ε ante ζ longa sit, uti minus accurate locutus est vir eruditus; sed quod vocalis brevis sequente vel ζ (quod est σδ)[48]

R. P. in Aristoph. Ran. 826—853.

47. Conf. infra p. 326.

48. σδ Dorum ritu, δσ vero Æolum more vult Verrius. "Pro Z, δσ scribebant. Δσευς, Ζεύς. Δσιὸς, Ζιός." *Scaliger* ad Euseb. p. 122, et Bentleius de Pseudo-Phalar. p. 241, *Jo. Grammaticus* f. 244. 'Αντὶ τοῦ ζ̄ τιθεάσι [Αἰολεῖς] σ̄ καὶ δ̄· ζεὺς σδεύς. ζυγὸν σδυγόν. μελίζειν μελίσδειν. Sic MS. Harl. f. 107. et Schol. ad Dion. Thrac. p. 815. *Bekker*. οἱ αἰολεῖς—τὸ ζυγὸς σδυγὸς γράφοντες καὶ τὸ ξίφος σκίφος. τὸ ψέλιον σπέλιον. "Βδεὺς agnoscunt Caninius et Urbanus, priscisque comicis usitatum per-

bibeat. videndum tamen ne potius scribendum sit Σδεὺς Æolico et Dorico more, ut σδυγὸς iisdem gentibus est ζυγὸς, *jugum* [δυογὸν, ζυγὸν Plato Cratylo, 418. D.]. *Goltzius* certe in Thesauro rei antiquariæ, nummo inscriptum testatur ΣΔΕΙΣ [i. e. ΣΔΕΥΣ] ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ. ac fieri potest ut librarii propter characterum in veteribus libris similitudinem, B scripserint pro Σ." *Sylburgius* ad Clenard. p. 448. Pro Ζακύνθος mallem cum viro rei numariæ peritissimo, *R. P. Knight*, ΔΑΚΥΝΘΟΣ, et Il. Δ, 103, 121. Ϝοίκαδε νοστήσας ἱερῆς εἰς Ϝάστυ Δελείης. In vetustissimis enim numis, auctore *R. P. K.*, ΔΑΝΚΛΕ pro ΖΑΝΚΛΗ procusum comparet, τρόπῃ τοῦ Ζ εἰς Δ Αἰολικῶς, ὥσπερ ΖΥΓΟΣ ΔΥΓΟΣ. Schol. Ven. ad Il. B, 191.—τοῦ Ζ καὶ τοῦ Δ ἰσοδυναμοῦντος σχεδόν. κλύζω κλύδων, κνίζω κνίδη, ἕζω ἕδος. Apollon. p. 618. *Bekker*. "Zanclæi illi Iones fuere; atque urbs eorum a Messeniis e Peloponneso profugis anno ante Christum natum DCLXVIII. capta est, et Messana in posterum dicta." Proleg. ad Homer. clvi. Conf. [*Anal. Ess. on the Gr. Alph.* p. 33. Cl. Journ. N°. xlv, p. 3.] BENTLEII Dissert. de Pseudo-Phalar. pp. 145—147. *Montefalcon.* Paleogr. Gr. p. 127., et infra in Auctar. p. 335. Formæ quoque Ζεὺς et Δεὺς pronunciatione tantum distant: MS. Harl. ὁ ζεὺς παρὰ τοῖς λάκωσι Δεὺς λέγεται. καὶ παρὰ βοιωτοῖς τὸ σφάζω διὰ δύο δδ σφάδδω. καὶ τὸ σαλπίζω σαλπίδδω. Et de more scribendi D pro Z usitato apud Latinos SALMAS. Plin. Exercit. p. 362. F. b.; "Z in Δ mutari Latinis tralaticium est, λαζοὶ *ladi*; βάζω *vado*: ὄζω *odo*: et postea *olo*;" hunc conf. ad Hist. Aug. Script. p. 71. C. a. Eustath. ad Odyss. A, p. = 14. ult. Ὁ Ζεὺς πολλαῖς εὐθείαις παρὰ τοῖς παλαιοῖς ποικίλλεται· ΔΙΣ γὰρ, οὗ γενικὴ ΔΙΟΣ· καὶ ΖΗΝ, καὶ ΖΑΝ, καὶ ΖΑΣ, καὶ ΖΗΣ παρὰ Φερεκύδῃ, καὶ Βοιωτικῶς ΖΕΥΣ, καὶ ΔΑΝ. Καὶ ὅτι τοῦ ΖΕΥΣ ἔστι καὶ αἰτιατικὴ παρὰ Πολυκράτει τῷ Σοφιστῇ τὸν ΖΕΥΝ. "Priora habet Eustathius ex veteri Technico, quod liquet comparanti ejus commentar. in Il. A, p. = 85, 49.: quod ultimum tradit a nominativo Ζεὺς accusativum Ζεῦν reperiri apud *Polycratem Sophistam*, levis error est nimium properantis. Est illud Ζεῦν *Æschrionis* Samii poetæ, cujus acres iambi in Polycratem Sophistam exstant apud *Athenæum* L. VIII, 335. D. quibus versibus introducitur *Philænis*, se auctorem negans turpis libelli, qui ferebatur sub ejus nomine: Οὐ γὰρ μὰ τὸν Ζεῦν, οὐ μὰ—" Valck. Schol. ad Act. D. Apost. XIV, 12. Conf. *Sext. Empiric.* p. 258. Cornut. de N. D. ii. Eur. Suppl. 532. Ὅθενδ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο, citavit *R. B.* ad Lucret. III. 984. εἰς τὸ ζῆν *Toupius* in Suidam I, 234. conjecit.—"Recte quidem dicitur, εἰς τέλος τοῦ ζῆν ἀφικνεῖσθαι [Œd. Col. 1530. 1621.] Sed non ex eo sequitur, recte etiam dici εἰς τὸ ζῆν ἀφικνεῖσθαι. Deinde bona cum venia Vauvillerii, sive Parisinus Professor libentius audit, τὸ ζῆν pro iambo stare non potest. Pro σῶμ' lege φῶς, ut bene legit in Hel. 305. Musgr. πρὸς τὸ φῶς Soph. Stob. Grot. p. 509. εἰς τὸ φῶς Alexis Athenæi XI, 463. E. Mox ἀπελθεῖν Gataker. ad M. A. VII. 48. Recte." *R. P.* ad *Toup.* I, 234.

SECT. III. et ad Eur. Suppl. 531=541. De locutione ἐν φάει vide *R. P.* Advss. pp. 230. 315. Valck. ad Ph. 1349. Soph. Ph. 1242. Plato de Republ. II, v, 461. C. προθυμεῖσθαι μάλιστα μὲν μηδ᾽ εἰς φῶς ἐκφέρειν κύημα μηδέν. Soph. Ph. 624. Πεισθήσομαι γὰρ ὧδε κἀξ Ἅιδου θανὼν Πρὸς φῶς ἀνελθεῖν Eur. apud Stob. p. 609. τοῦ δὲ ζῆν ἀπειρίᾳ Πῶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ᾽ ἡλίου; Æn. VII, 771. ab umbris Mortalem infernis ad *lumina* surgere vitæ. XII, 871: qua tibi *lucem* Arte morer? Geo. III. 550. in *lucem* Stygiis emissa tenebris. Ovid. Met. XV, 221. Editus in *lucem* jacuit sine viribus infans. Quinetiam Xenoph. Memorab. IV, iii, 4. οὐκοῦν καὶ ἐπειδὴ ὁ μὲν ἥλιος ΦΑΝΟΣ ὢν corrigendum me monuit Vir præstantissimus. Plato Sympos. III, 197. A. ἀλλὰ τὴν τῶν τεχνῶν δημιουργίαν οὐκ ἴσμεν, ὅτι οὗ μὲν ἂν ὁ θεὸς οὗτος διδάσκαλος γένηται, ἐλλογίμος καὶ ΦΑΝΟΣ ἀπέβη; οὗ δ᾽ ἂν Ἔρως μὴ ἐφάψηται, ΣΚΟΤΕΙΝΟΣ; Memorab. III, v. 1. καὶ τὰ ΣΚΟΤΕΙΝΑ καὶ τὰ ΦΑΝΑ —Œconom. IX, 3. τὰ δὲ ΦΑΝΑ᾽, ὅσα φάους δεόμενα ἔργα τε καὶ σκεύη ἐστί. Athenæus XV, 700. A. Ἀναξανδρίδης δ᾽ ἐν Ὑβρίου κωβυ † λαβὼν τὸν φανὸν ἅψοις μοι λύχνον. ἅψεις MS. ὡβυ— ὠκύ· οὐκ ὠκὺς Schweighæuser ad l. et in PRÆF. XCV. Sed ὠκὺς scenæ Atticæ plane hospes est, ὠκὺ adverbii loco semel et iterum occurrit: repone; ἐν Ὕβρει ἢ Κονδύλῳ ex Casaubono; deinde, οὔκουν λαβὼν τὸν φανὸν ἅψεις μοι λύχνον; Vide Advss. p. 148, et *Tracts*, p. 390. Aristoph. Plut. 640. φάνος — φέγγος *R. B.* et *Tyrwhitt.*; "φέγγος uterque liber," inquit *Invernizius*, quibus accedunt quatuor codices apud *Brunck.* et edd. duæ primariæ: sed conf. *P. P. D.* ad l. Agam. 275. μέγαν δὲ φανὸν (vel potius πανὸν) ἐκ νήσου τρίτον Ἄθωον αἶπος Ζηνὸς ἐξεδέξατο, Eur. Ion. 195. πανὸν πυρίφλεκτον αἴρει. "Oracula de Glycone Pseudasclepio apud Lucian. Pseudomantis II, 225. Εἰμὶ Γλύκων, τρίτον αἷμα Διός, φάος ἀνθρώποισι." *R. B.* "Cetum *dicebant, quem nunc* zetum *dicunt.*" M. Capella III, p. 57. CHΘON pro ZHΘON MS. Cantab. quamvis *Scaliger* ad Euseb. p. 112. citat ex MS. proculdubio; "ΓΕΤUM *dicebant, quem nunc* ZETUM *dicunt.*" Z enim litteram Σ de sua pristina sede detrudere gaudebat; Ζμικρὸς Eustath. ad Il. B, pp. 217. 228. *Zmyrnam* in Catullo *J. Vossii* p. 321. *Zmirna* M. Capella III, 57. *Zmyrna* Cod. Cantab. *Zmyrnæ* Cic. de Rep. I, 8.; vid. *Spanhem.* de præst. numm. p. 61. MS. Harl. τὸ σμύρνα τινὲς καὶ διὰ τοῦ ζμ γράφουσι. Herodian. p. 457. Ζητεῖται πῶς γραπτέον τὸ Ζμύρνα. ἐπειδὴ τινὲς μετὰ τοῦ Ζ γράφουσιν αὐτό. ἕτεροι δὲ μετὰ τοῦ Σ. Διπλοῦν γὰρ ὂν τὸ Ζ, οὐκ ἐγχωρεῖ μετὰ τοῦ Μ γράφεσθαι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τρία σύμφωνα ἐν ἀρχῇ τίθεσθαι λέξεως, εἰ μὴ μετὰ τοῦ ρ, ὃ ἔχει τινα οἰκειότητα πρὸς τὰ φωνήεντα. "At nihilominus Iones veteres ΖΜΥΡΝΑ [i. e. ΔΣΜΥΡΝΑ] omnino scribebant; neque ΣΜΥΡΝΑ in nummis ante Cæsarum imperium cusis occurrit." *Knight Proleg.* CLVI. Ζμινύη et Σμ. *D. R.* ad Tim. p. 233. *Zmilus*, vel potius *Zmilis* Plin. H. N. XXXVI, 13. *Zmaragdus* Lambin. ad Lucret. IV, 119. p. 357. et ad Horat. Serm. I, ii, 38.; Propert. II, xiii. 43. Priscian. I, p. 564. et Ζάλα, Ζάμβυκη, Ζάμολξις, Ζεῖρα, Ζιβύ-

SECT. III.

ra, monente *T. H.* ad Lucian. I. 94. Sed hæc litterarum mutatio nil apud Juvenal. v, 45. vi, 277. et Sil. Ital. ii, 603. valet. "Z littera est una ex iis Græcis duabus, quas a priscis Latinis non adhibitas, Cicero queritur a suis æqualibus adhiberi." *Lagom.* ad Pogiani Epist. i, 193. Proh pudor malus! Præstat audire Cassiodorum ex Annæo Cornuto disceptantem de Latinis Græcas litteras propter Græca nomina adhibentibus, col. 2286, et 2289.: "Sed viderint illi, qui cum verbis quibusdam integris Græcorum uti in *Latina* lingua non erubuerint, an erubescendum crediderint litteras Græcas intermiscere. Nobis satius est alienis bene uti, quam ineleganter nostra apponere."—Diomedes ii, col. 420. nos docet duplicem esse x; ante quam inventam c et s, vel c et s veteres scriptitabant; ut *crucs crucis; ducs ducis; frugs frugis; nics* seu *nigs nivis**; antiqui tamen etiam *ninguis* dicebant, teste Priscian. vi, f. 69. Ald. =724. Putsch.; Sen. Hipp. 246. *Per has senectæ* splendidas *supplex comas:* "an *ninguidas?*" *R. B.* "Et Charisius col. 71. *nix,* quod contra rationem *nivis,* licet veteres *ninguis* declaraverunt, e quibus est Lucilius." *regs regis; senecs senicis* Plautus protulit in Cistellaria; et *itiner* apud eundem, et *Charisium* col. 63. et 109. In Columna Duiliana ante ducentos annos, quam Cæsar consul fuit, exarata x visitur, at pro c semper c littera legitur. Ex voce Clases patet id temporis consonantes nondum fuisse geminatas, quas post Ennium in scribendo duplicabant. s post x medio inter Duilii consulatum et Ciceronis ætatem scripta fuit: Deduxsit apud Gruter. p. 203. Deixsistis p. 449, 12. Dixserunt p. 204. Exsigaturve— Faxsit — Maxsume p. 202. Proxsumeis 205, l. 509. 510. 512. *exsecutio* Comm. Ambros. ad Cic. de ære al. Milonis p. 34. *exsecutione* p. 78. *Prætexstam* MS. Vossian. Hor. Serm. i, v, 36. VXSOR, passim. In marmore *Elgeniano* de Atheniensibus, qui ad Potidæam in prælio ciciderunt, ΧΣ τοῦ Ξ locum obtinent; v. 5. ΥΠΕΔΕΧΣΑΤΟ. ΤΙΜΟΧΣΕΝΟΣ apud *E. D. Clark,* in Itinerario Vol. iii. p. 592. Inscriptionis architectonicæ apud *Chandlerum* in Part ii. i. col. i. ll. 55. 70. ΑΚΑΤΑΧΣΕΣΤΑ. 58. 69. ΑΚΑΤΑΧΣΕΣΤΟΝ. 61. 2. ΑΚΑΤΑ-ΧΣΕΣΤΟΣ. 62. ΕΧΣΟΘΕΝ. 92. ΕΧΣΕΛΑΣΑΣΘΑΙ. 94. ΕΧΣΕΡΛΑΣΜΕ. Et in col. ii. ll. 1, 2. 6, 7. 11, 12. ΕΧΣΕΡΛΑ-ΣΤΑΙ. 34, 35. ΕΧΣ-ΙΣ. 83, 84. ΕΧΣΕΠΕΠΟΙ-ΣΤΟ (fortasse, ΕΧΣΕΠΕΠΟΙΕΤΟ Tyrwhittus.] Ex inscriptionum ruderibus oppido quam pretiosis apud *Spon.* in Misc. Erudit. Antiq. pp. 315—317. I. ΑLΕΧΣΙΑΣ. ΑΝΑΧΣΙΔΟΡΟΣ. ΑΝΑΧΣΙLΑΣ bis. ΧΣΕΝΥLLΟΣ. ΚΑLLΙΧΣΕΝΟΣ. ΧΣΕΝΟΦΙLΟΣ. ΠΟLΥΧΣΕΝΟΣ. ΕΡΧΣΙΜΕΝΕΣ. [ΕΥ] ΔΟΧΣΟΣ. II. ΤΟΧΣΟΤΑΙ, ΑLΕΧΣΙΜΑΧΟΣ. ΑΜΦΙΑΝΑΧΣ. ΧΣΕΝΟΧΑΡΕΣ. ΑLΕΧΣΙΠΠΟΣ. III. ΧΣΕΝΟΚLΕΣ. In Chandleri Inscriptione II. p. 40. l. 9. ΧΣΥΝΑΡ-

* Ab νίφς, νιφὸς, (νίφα λευκὴν Hesiod. Ἔργ. 533.) venit vox *nifs*, *nifs*=*nivs*, *nivis*=*nix*, *nivis*. *Heberden* apud *Markland*, p. 240.* Nugæ.

SECT. III.

vel duabus quibuslibet consonantibus mutis syllabam nunquam, ne verbi quidem in fine, terminet, præterquam ante propria nomina quæ alioqui in versu stare non possent; cujusmodi sunt Ζακυνθος Σκαμανδρος. Nam istam scripturam non sollicito, quanquam ab Homeri manu potius fuisse crediderim Σακυνθος, Καμανδρος †. Ac notatu quidem dignum
90 est Καμανδρος teste Clarkio in codice * Harleiano fere, si non semper, haberi. Illud utique, Il. I. 38.

Κιλλαν τε ζαθεην, Τενεδοιο τε ἰφι ἀνασσεις

enunciandum perinde venit ac si scribatur τες δαθεην, vel potius τεσδ αθεην; non uti plerique perperam faciunt, τη Ζαθεην. Similiter et istud 437. cujus vera potestas jam olim ignoratur,

Εκ δε και αυτοι βαινον επι ῥηγμινι [49] θαλασσης,

efferendum est επιWρ hηγμινι. Pariter desideratur prosœdiæ scriptorum ακριβεια qui istas regulas tradidere: *Vocalis brevis ante duas consonantes positura longa est:* et: *Vocalis brevis ante mutam sequente liquida communis redditur.* Ex priore quidem, uti tulit fortuna, nihil quod sciam in pronunciando peccatum est: neminem utique audimus τηρπω pro τερπω efferentem; quod tamen fieri necesse esset, si regula vim obtineret. Verum ex altera jamdudum

ΧΟΣΙ. pro quo in inscript. Acropol. IV, 1. anno Ol. XCV, 2. incisa, l. 14. ΣΩΚΡΑΤΟΣ ΔΑΜΙ. ΤΕΩΣ ΚΑΙ ΣΥΝΑΡΧ. Villoisonus in Diatr. p. 168. "In Naxi Numismatibus, quorum unum sic profert Peruta ΝΑΧΙΩΝ." Legerem omnino ΝΑΧΣΙΩΝ. "Anno primo Olympiadis LXXIII. Hiero Syracusanorum tyrannus veteres incolas Ionas e Naxo in Leontium migrare coegit, et Dores e Peloponneso et Syracusis induxit: quorum nummis nomen, more seriore, ΝΑΞΙΩΝ vel ΝΑΞΙΟΝ inscriptum est. Vide Diod. Sic. I. xi. 49." *Knightii* Proleg. CLXII. 3. Etsi imperante Augusto, in verbis simplicibus s post x omitti vulgo cœperit; non defuere tamen postea qui antiquatum scribendi characterem obtruderent. In hac re perstringenda per *Norrisii* Cenotaph. Pis. multum me profecisse gratus profiteor.

† Vide supra pp. 6, 7.

49. "*Lege* ῥηγμινα—" *R. D. Cur. sec.* apud doctissimum Editorem: sed Codices nullam auctoritatem afferunt.

passim grassatur prava enunciandi consuetudo, qua scilicet in istis [Il. O, 443.],

Τοξον εχων εν χαρι παλιντονον ηδε ΦΑΡΕΤΡΗΝ,

Noctem hyememque ferens et inhorruit unda tene-bris, [Æn. III. 195.]

φαρη-τρην et *tenē-bris* efferantur, cum φαρετρ-ην et *tenebr-is* oporteat. Revera ubi vocalem brevem excipiunt duæ consonantes, quarum muta est prior, altera liquida; ita pro arbitrio comparari * potest, 91
ut vocalis ista vel syllabam brevem terminet, vel in eadem cum sequentibus consonis, quæ proinde longa evadet, efferatur[50]. Nempe ista φαρετρην et *tenebris* in syllabas pro arbitrio secari possunt, ut mediæ sint vel ρετρ et *nebr*, ut in exemplis allatis: vel ρε et *ne*, ut in istis [Il. Θ. 323.]:

Ητοι ὁ μεν ΦΑΡΕ-ΤΡΗΣ εξειλετο πικρον οιστον·

[Geo. III. 401.]

Nocte premunt quod jam tene|bris *et sole cadente.*

Similiter *lacryma* pro arbitrio constituere licebit vel prima producta *lacr-yma*, ut apud Horat. Epist. I. 17. 60.

Lacr-yma *per sanctum juratus dicat Osirin:*

vel correpta *la-cryma*, uti apud Virg. Æn. II. 196.

Credita res captique dolis la-crymisque *coacti.*

Hujus autem vocis exempla eo potissimum consilio adduxi, ut litem quam de loco Virgiliano moverint interpretes, legendumne sit uti exhibuimus *lacrymisque coacti* an vero *coactis*, dirimere aggrediar.

50. "Est etiam in dividendis verbis observatio, mediam litteram consonantem priori an sequenti syllabæ adjungas." Quintil. I, vii, 9. Æn. I, 336. *Virginibus mos est Tyriis gestare* pharetr-am, 323. *Succinctam* phare-tra *et maculosæ tegmine lyncis*, IV, 138. *Cui* phare-tra *ex auro, crines nodantur in aurum*, Geo. IV, 290. *Quaque* pharetr-atæ *vicinia Persidis urget*, Æn. VI, 238. *Scrupea, tuta lacu nigro nemorumque* tenebr-is, Lucret. II, 136. *Trita solo: juvat* integr-os *accedere fontes.* Hor. Serm. II, ii, 113. iv, 54. Virg. Buc. IV, 5. Geo. IV, 514. Inte-grat, *et mæstis late loca questibus* implet. Sen. Herc. Fur. 995. *Cæteram prolem eruam, Omnesque* latebras. *que* omittit MS. Florentinus.

SECT. III. Plerisque adrisit *coacti*. Servius [51] vero ad locum *Coactis*] Ut Teren. *Quam oculos terendo misere vix vi expresserit* [52]. et Ascensius: *lacrymis coactis* i. e. *vi expressis*. Eos secutus eruditus Trappius posteriorem lectionem omnino amplectendam censet; contenditque non minus apte hic a Virgilio adhiberi
92 *lacrymas coactas*, quam a Martiali *jussas*, * vel a Terentio *expressas*. Verum nescivit cum suis magistris vir eruditus *lacrymas coactas* non jam eas dici, *quas quis vix vi expresserit*, sed sensu plane contrario, *quas invitus fuderit*, nec reprimere quantumvis conatus valuerit. Id quod ex isto Ovidii loco Metam. VI. 628. liquido constabit:

Invitique *oculi* lacrymis *maduere* coactis.

Non absimili usu apud Senecam habemus *verba coacta*. Œd. 523.

CR. *Tacere liceat. nulla* [53] *libertas minor*

51. *Coacti* MS. Coll. Jes. Cantab. " *Servii* lectionem et interpretationem TYRWHITTUS putat confirmare *Juvenalem*, Sat. XIII. 133.—*Nemo dolorem Fingit in hoc casu, vestem diducere summam Contentus, vexare oculos humore* coacto. i. e. *vi expresso*." Et *Servium* recte sequutus est *Heinsius*, *Heynii* judicio, qui *coactas lacrymas* defendere censet ipsam rerum rationem ac veritatem. *Burgessius*.

52. Æn. VII, 509. *Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis Scindebat*, Mallem, *Findebat*,—*Scindere* in luctu solenne est; Lucilius apud Nonium v. *Præficæ*, I. §. 340. *mercede quæ Conductæ flent alieno in funere Præficæ Multom, et capillos* scindunt, *et laniant genas*. Hor. Carm. I, XVII, 27. *Et* scindat *hærentem coronam Crinibus*, Æn. XII, 605. *Filia prima manu flavos Lavinia crines Et roseas* laniata *genas*,—Ovid. Trist. III, iii, 51. *Parce tamen lacerare genas; nec* scinde *capillos*. Qui autem lectionem vulgatam defendit, me repugnantem haud habebit. Ovid. Heroid. V, 45. *et nostros* vidisti *flentis ocellos*—lege, *pressisti*: sic ad Liviam, v. 34. Rem. Amor. 235. *Adspicis ut* prensos *urant juga prima juvencos? pressos* MS. Coll. SS. Trin. Cantab. Amor. I, ii, 14. *Detrectant* pressi *dum juga prima boves*. prensi *R. B.* Heroid. X, 10. *movi Thesea* pressuras *semisupina manus. prensuras R. B.* Met. VI, 556. *Luctantique loqui* compressam *forcipe linguam*—*comprensam R. B.* Horat. Serm. II, ix, 64. *manus pressare an prensare?* Stat. Theb. IV, 492. *Nunc humeros, nunc ille manus, nunc vellera* pressat.

53. ulla *libertas minor A rege petitur?* R. B.; et infra paulo;

A rege petitur. ŒD. *Sæpe vel lingua magis*
Regi atque regno muta libertas obest.
CR. *Ubi non licet tacere, quid cuiquam licet?*
ŒD. *Imperia solvit, qui tacet, jussus loqui.*
CR. Coacta verba *placidus accipias precor.*

Cæterum Callimachi editori fraudem, opinor, fecit, quod in αο terminatione poetica non jam verborum, sed genitivorum α perpetuo producatur. Sic Hom. Il. ι. 75.

Μηνιν Απολλωνος ἑκατηβελεταο ανακτος.

Pag. ead. Virum eruditum ex Aristophane citantem videre est [Ran. 941.],

Εξηπατα μωρους λαβων παρα Φρυνιχῳ τραφεντας:

At quo consilio? nempe ut ostendat vocem Φρυνιχος primam producere. At enimvero versus laudatus
* de syllabæ istius quantitate omnino tacet. Ecquis 93
enim inficias ibit in quinta versus iambici sede tribrachyn commode venire? Vera quidem est, quam præstare frustra aggressus est vir eruditus, syllabæ istius mensura, uti ex isto inter alia exempla liquet, Ran. 13.

Ειπερ ποιησω μηδεν ὡνπερ Φρῡνιχος.

Sed nec tamen æque infeliciter cessit viro erudito laudatus ex Aristophane locus ac cuidam Cl.[54] alter iste apud eundem Poetam, Nub. 58.

Δευρ ελθ ἱνα κλαῃς. Δια τι δη κλαυσομαι;

Ibi utique vir Cl. legendum conjecit κεκλαυσομαι, atque emendationem, quam voluit, firmari judicavit a versu 1438.

Ματην εμοι ΚΕΚΛΑΥΣΕΤΑΙ· συ δ εγχανων [55] τεθνηξει.

" *Polymestori subita ira et dolore excandescenti* verba coacta *condonentur.*" *R. P.* Præl. p. 28.

54. *R. B.* conf. *D. R.* ad Tim. p. 222.

55. ἐγχανών: gl. καταγελάσας. Cod. Vict. τεθνήξη F, I, T, H in textu et schol., et C cum gl. ἀποθάνῃ. τεθνήξει D, E.; quod nullo negotio sanavit *R. D.*

SECT. III. Atqui locus hic viri Cl. conjecturam non jam firmat, nec vero de ea silet, sed repudiandum plane esse clamat. Quippe hic tam certum est quam quod certissimum, verbum κεκλαυσεται notione passiva adhiberi; quæ tamen si in altero loco τῳ κεκλαυσομαι tribuatur, nulla prorsus habebitur sententia. Virum porro Cl. non secus atque editores fefellit atrox solœcismus, συ τεθνηξει; id quod perinde est ac si
94 Latine dicas *tu morietur*[56]. * Futurum utique istud

56. *Brunckius* ad Acharn. 590. hanc interpretationem acriter explodit. At in Platonis Gorgia, p. 290. B. Læmar. = 469. D. 6. H. St. τεθνήξει Codices Parisinus et Clarkio-Bodleianus; et Schol. illius in margine, Ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ, τοῦ τεθνήξεται, καινοπρεπῶς παρελήφθη — quem laudat *Routhius* ad l. et Schol. Lugd. Bat. p. 109. Schol. quidem Cod. Clarkio-Bodl. idem sonant: τεθνήξει] ἀντὶ τοῦ τεθνήξεται· ἐνέργεια ἀντὶ πάθους ἀττικῶς. p. 92. *Gaisford.* τεθνηξόμενον usurpat p. 44. Conf. p. 245, et *D. R.* ad Tim. p. 222. Anti-Att. p. 97. Ζήσει: Πλάτων πολιτείας ἕκτῳ, οὐ ζήσεται. Conf. *Porsonus* in *Cens. Crit.* (*for June* 1797. p. 170;) et audi virum eruditissimum, *P. Elmsleium*, ad Acharn. 590. "τεθνήσει C. Rav. edd. τεθνήξει A. B. Brunckius. Illud diserte tuentur Schol. et Suidas in Τεθνήσῃ. Eadem scripturæ diversitas est in Nub. 1436. Vesp. 654. Activam formam superius v. 325. et in Æsch. Agam. 1288. indicavit Dawesius p. 96. [ed. B.] Utrobique mediam formam respuit carminis ratio. Hodie apud Platonem in Gorgia p. 320. D. legitur τεθνήξεται, ubi τεθνήξει diserte agnoscunt Scholiastes a Ruhnkenio editus, et Thomas Magister in Τεθνήξεται. Apud Suidam in Ἐπίσειεν, Portus de suo mutavit τεθνήξοντος in τεθνηξομένοις, Kusterus vero veterem scripturam revocavit. Equidem crediderim veteres Atticos dixisse τεθνήξω, recentiores τεθνήξομαι: τεθνήξω enim nimis Attice dictum videtur Luciano Solœcista p. 570. qui alteram formam Socratis grammatici auctoritate confirmat. Eandem mutationem subiit futurum ζήσω, quod habet noster Plut. 263. et in fabula deperdita apud Clementem Alex. p. 751, 9. Plato de Rep. v. p. 660. D. et IX. p. 741. C. Recentiores ζήσομαι magno consensu. Ἑστήξω habent Eur. Iph. Aul. 675. noster Lys. 634. Thucyd. III. 37. 102. Xenoph. Anab. II. 4, 5. Plato Conviv. p. 1205. E. de Rep. IX. p. 738. E. Demosth. adv. Lept. p. 468. Ἑστήξεται recte legitur in senario Hegesippi, infimæ ætatis comici, apud Athen. p. 290. D. male apud Xenoph. Pæd. VI. 2, 17. Venat. 10. 9. His consideratis, accedo Dawesio activam formam τεθνήξω apud nostrum ubique restituenti." Addere libet, quod σὺ τεθνήξει, *tu morieris*, pluribus scilicet post Brunckii tempora tantillum arriserit. Secundas profecto præsentis et fu-

forma non nisi activa usurpatur; sicuti in subjectis exemplis: Acharn. 324. SECT. III.

Ως ΤΕΘΝΗΞΩΝ ισθι νυν γε. Δηξομ αρ ὑμας εγω.

Æschyl. Agam. p. 215. V. ult. Edit. H. Steph. [1281.]

Ου μην ατιμοι γ εκ θεων ΤΕΘΝΗΞΟΜΕΝ.

Præferunt quidem editt.—Δηξομαι γ αρ υμας εγω; verum hoc pacto sextam trochaici sedem creticus dehonestat. Jamdudum autem est quod Nub. 58. sic emendandum conjeci,

turi passivi indicativi personas ne Bentleius quidem, nedum Dawesius nos in ει constanter, non in ῃ, terminare docuit. Si tenebras penitus discutere, et rem totam otiose aperire non licuit, scintillas quasdam saltim nobis ad aspiciendum reliquit Bentleius. Aristoph. Nub. "p. 103 (v. 833. *Br.*) πείθειν non est *obtemperare*, sed *persuadere*. Lege sine dubio cum Aldo, "Ωστ' ἀνδράσιν πείθει χολῶσιν. Atticum quippe est πείθει pro πείθῃ a πείθομαι." *R. B. Kustero* in Mus. Crit. N°. VII. p. 442. In Diphili fragmento apud Pollac. x, 12. "ἐκδραμεῖ Atticum pro ἐκδραμῇ" refingit; ep. ad *T. H.* p. 91=292=63. Phil. Lips. in Clericum; ad Philemonis Fr. CCCVI. p. 152. οἴει intactum relinquit; et ad Menandri Fr. CLXX. Ionicum κατόψεαι pro κατόψει perstringit. Aristoph. Lys. 600. ὡριόν ἐστιν· σόρον ὠνήσει. "id est, ὠνήσῃ *emes*"—emendat Vir præstantissimus; et Vesp. 526. φανείσῃ ed. 2. Bas., qua usus est, φανήσῃ *Scaliger*, φανήσει Attice, ut 331. l. ult. (v. 601.), legendum monuerat *R. B.* et *R. P.* ad l. Sed ad Philemon. apud Athen. XIII, 595. C. Βασίλισσ' ἔσῃ— correxit; et ad Menandri fr. CLXXXIV. προσποιεῖ, *fingis*, quod pisce sanius, in προσποιῇ mutare satagit. Clericus προσποιεῖ in προσποιεῖς ob eam causam, qua καταιτιᾷ in καταιτιᾷς, CLXI. corrupit. Plato Alcib. I. p. 108. E. ult.—καίτοι οὐ προσποιεῖ γε ἰατρὸς εἶναι· περὶ δὲ οὐ προσποιεῖ ἐπιστήμων εἶναι,—Cod. Clarkio-Bodl. Posidippus apud Athen. IX, 376. F. "Οψεις δ' ἔχοντι τοῦθ' ἡγούμενον. Lege, "Οψει σχεδόν τι πάντα τοῦθ' ἡγούμενον. conf. p. 416. B., et Soph. Phil. 96. *R. P.* Advsa. p. 110. Cod. MS. olim Clarkianus Platonis ει pro ῃ fidenter exhibet; et Prisciani editiones vetustæ satis constanter. In Plato. Gorg. 291. G. μορμολύττει Timæi Lexicon præbet, et Platonis Codex Clarkio-Bodleianus. Vide *T. H.* ad Lucian. T. I. p. 428. *Valck.* ad Ph. 576. *Koen.* ad Greg. p. 49.

57. δήξομαι γ' ὑμᾶς—vel δήξομ' ἄρ' ὑμᾶς ἐγώ. *R. B.* δήξομ' ὑμᾶς ἄρ' ἐγώ. Cod. RAV. δήξομαί γ' ὑμᾶς legit *R. P.* apud *P. P. D.* Sic Nub. 1153. βοάσομαί γ' ἄρα MS. Arund.; βοάσομαί γε vel βοάσομ' ἄρα *R. P.* "Sed recte *Elmsleius* et alii e Rav. βοάσομαι τἄρα"—*P. P. D.* Add. ad l.

SECT. III.

Δευρ ελθ ινα κλαῃς. Δια τι ΔΗΤΑ κλαυσομαι [58];

Atque hanc quidem lectionem in MS. Baroc. N°. 127. repræsentari nuper cognovi. Cæterum virum Cl. quod attinet, plura de eo dicendi aliam aliquando occasionem suppeditabunt ipsius in Aristophanem, Menandrum et Philemona Emendationes [59].

Erravit porro editor eruditus de syllabica quantitate vocis *paracletus*. Monet utique αμετρον istius,

Spirat de patrio corde paracletum [60],

58. Δεῦρ' ἴθ' præbent quoque cod. Borgianus et Suidas: et — δὴ 'γὼ κλ. vel κλαῦσαί με δεῖ immo κεκλαύσομαι tentaverat *R. B.* (et Pac. 261. "Forte κεκλαύσομαι." *Raper.*). διὰ τί δὴ κλαύσομαι C, F, et T; διατὶ δ. κ. D, E. δεῦρ' ἴθ' (sic quoque cod. Leid.) H, δεῦρ' ἔλθ' I, et διατί (vel—τὶ) δῆτα κλαύσομαι H, I. Dorv. et duo apud *Brunck.* Sed *R. D.* emendationem extra omnem dubitationis aleam posuerunt Codd. Rav. et Barocc. 127. Eur. Herc. Fur. 1146. Οἴμοι, τί δή γε φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς; τί ΔΗΤΑ optime *Schæferus* et *Hermannus* ad l. Eur. Ph. 746. τί δῆτα δράσω; et 752. Conf. *P. P. D.* ad Lys. 366. et in Addend. p. (148.) Vesp. 121. Ὅτε δὴ δὲ edd. Ὅτε δῆτα Ravennas.

59. Vide Append. p. 21. "Intercidisse vero *Dawesii* scripta, quæ hic et alias subindicantur, (nequicquam certe de iis quæro) in *Menandrum* et alios Poetas Atticos, maxime est dolendum." *Burgessius* ad l. Alibi vero hujus desiderii causam satis probabilem reddit humanissimus ille Editor: "Nonnulli alii libri MSSi conservantur in κειμηλιοις Askewii, του μακαριτου, qui Dawesii librariam supellectilem pretio redemit." Præf. iv.— Quam auctoritatem apud æquales obtinuerit hic Æschyli promissor, satis superque patet: "Is porro [Askeus] an Æschylum adhuc edere cogitet, non comperi; satis persuasum habeo nunquam editurum." *Musgrav.* J. A. Ernesti apud Tittmann. p. 58.—"*To be plain with you, I do not think his*" (Dr. A.'s) "*collection a matter of much consequence—his own remarks, I am certain*"—*Dr. Barnard* to Mr. *T. Warton*, p. 331.; vide Præf. iv. et infra ad p. 341.

60. Prudentii Cathem. v, 160. *paraclitum* N. Heinsius; et sic MSS. Vat.: eadem chorda oberrat Peristeph. x, 430. Capiant et ipsum cœlitus *paraclitum*. Nimirum apud Prudentium poesis in rebus sacris suas vires, leporem, venustatemque exercet; sed dimetiendis pedibus et perpendendis syllabis consenescere priscæ sanctimoniæ viro odiosum esset. Nimirum ex usu sermonis apud Christianos *Paracletus* plerumque comparet; vide τὸν πάνυ Pearsonum ad Symb. art. VIII. Nimirum "in nominibus cæterisque orationis partibus sua cujusque linguæ certa ratio, ac propria ac recepta consuetudo est." "Apud

Latinos *Forceps* et *Princeps* in casibus obliquis *forcipis*, *principis*; quia *forcepis* et *princepis* linguæ natura non ferebat." *Bernardo R. B.* p. 160. In vocibus *barbaris*, h. e. *peregrinis*, veteres Latini citra reprehensionem unam aut plures subinde litteras immutarunt. "*Phrenesim* scio Græce dici φρενῖτιν, sed in omnibus cujusque generis latinis veteribus libris scriptum video *phrenesim* et *phreneticus*, non *phreniticus*. Et tamen olim quidam plane *phreneticus*, sive, ut ipse dici malebat, *phreniticus*, cum quendam Varronis versum ita edidissem, ut repereram, *Phrenetici*, *septem trionum filii*. clamabat, omnes qui ita scriberent, et Græci et Latini sermonis imperitos esse." —*Muret.* ad Senec. de ira, p. 277. *ed. Rom.* = Opp. III, 98. Conf. *Salmas.* Epist. pp. 79—87. *Prudentius* Hamart. 125. Immo hæc attoniti *phrenesis* manifesta cerebri. Parcius syllabas longas in linguam Latinam migrantes corripere ausi sunt, ut Horat. Carm. I, xxiii, 4. Parcissime in propriis hominum et locorum nominibus in Latium translatis ex usu sermonis quantitatem violarunt. Fuerunt autem, teste Quintiliano, qui potentiorem facere linguam Latinam studebant, nec alienis egere institutis fatebantur. Inde *Bistones* et *Edonis* media syllaba correpta pronunciarunt, quia primam ictu notatam efferre solenne fuit; Hor. Carm. I, xxv. II. III, xxv, 9. *R. B.*; Lucan. Pharsal. I, 675. VI, 126. Sil. Ital. IV, 778. VII, 386. 528. conf. *R. B.* ad Hor. Carm. II, xvii, 14. Ὀψίγονοι, notante SCALIGERO ad Auson. lib. II, xxi., licentiæ Romuli nepotibus indignæ indulgebant, et "in iisdem Græcis nominibus non quantitatem, sed accentum spectabant. Quia, ut etiam notat *Servius* in libello de accentibus, Latini eundem accentum, quem Græci habent, efferunt in Græcis nominibus. Verbi gratia, quia Græcis vox hæc εἴδωλα habet accentum in prima, Latini quoque eodem accentu extulere, *ídola*. Quæ quidem vox semper est dactylus apud *Prudentium*. [Apotheos. 186. *Ecquis in* idolio *recubans inter sacra mille*, S. II. 79. Idolium *semper feliciter, et pede dextro*, Psychom. 379. Quosque viros non ira fremens, non *idola* bello. conf. Hamart. 405.] Græcis dicitur Εὐριπίδης· eodem accentu Latini semper extulerunt. Propterea penultimam producit *Sidonius*, non quantitatem, sed accentum Latinum" [Græcum] "secutus. [Carm. IX, 235.] *Orchestram quatit alter* Euripidis. Item Græci dicunt Μαρσύας. Propterea secundam producit idem [Carm. XIII, 38.] Marsyæ*que timet manum ac rudentem*. Iidem Græci pronunciant Ἄρατος, nomen ejus, qui scripsit Φαινόμενα. *Sidonius* contra veterum Latinorum morem, qui mediam semper produxerunt, corripit: [Carm. XXIII, 111.]. *Non hic, si voluit, vacante cura, Quis sit sideribus notare cursus, Diversas* Arato *vias cucurrit*. Denique inspice totum *Sidonium*, totum *Prudentium*, et alios; invenies semper eos non syllabas Græcas, sed accentum Græcorum esse secutos. Sic *Ausonius* in voce τρίγωνος facit; quia accentus non est in media, quæ longa est, propterea eam corripit. Edyl. IV, 47. *Per totidem partes* trigonorum *regula currit*. Edyl. XII, 20. *Fulgur* tetragono *aspectus vitale coruscat*. [*trigōna*

SECT. III. auctorem bis in una illa voce peccasse. In tertia quidem syllaba peccavit, sed in secunda non item: quippe ea non secus produci potest ac prima του *lacryma*, vel secunda του *tenebræ*.

Pag. XVIII. De verbis Θουκυδιδης Ολορου[61] meminit vir eruditus tanquam versus pentametri fini
95 * accommodatis. Atque ita quidem in nescio qua epigrammatum[62] congerie verba ista adhibita, ni

Manil. II, 276. 299. 304, etc.] Quis audebit dicere *Ausonium* ignoratione literarum Græcarum hoc commisisse? Nemo sanus quidem, ut puto. Sed iis temporibus stulte videbatur non ibi producere syllabam, ubi accentus esset, quia is est mos linguæ Latinæ. Adeo ut *Plautus* in hoc secutus sit judicium vulgi: quia non cum doctis, sed cum plebe sibi rem esse videret. Nam semper apud illum *Phædromus* est dactylus, quia Græce Φαίδρωμος. [Curcul. I, i, 2, 24. etc.] Item quia Φίλιππος dicitur accentu in prima, eodem modo mediam corripit. [Mil. Glor. IV, iii, 69—] Et nunquam aliter invenies apud *Plautum*, quin mediam in nomine *Philippus* corripuerit. Quod mirum est in positione. Sed quærenti caussam accentum semper prætexet." Mori obtemperans hac prava scribendi norma *versus suos politicos* inquinavit, et omnem rhythmi gratiam misere trucidavit *Io. Tzetzes*. *Prudentius* Cathem. V, 89. *Cui jejuna eremi saxa loquacibus Exundant scatebris*, Ps. 371. *Excidit ergo animis eremi sitis, excidit ille*. Ibid. 711. *Cognomento Heresis; Deus est* mihi discolor, inquit. S. II, 478. *Nec* mathesis *præscripto aliquo pia vota repellit* 893. *Involvit* mathesi, *magicas impellit in artes* Callim Epigr. XXXIX. apud *R. B. Grævio* Ὁ Λύκτιος Μενοίτας τὰ τόξα ταῦτ' ἐπειπὼν, Ἔθηκε· Τῆ, κέρας τοι δίδωμι καὶ φαρέτρην, Σάραπι· τοὺς δ' ὀϊστοὺς ἔχουσιν Ἑσπερῖται. Martial. IX, XXX, 6. *Vincebat nec quæ turba* Serapin *amat*—Sed Martian. Capell. II. p. 43. *te* Serapim *Nilus, Memphis veneratur* Osirim. *Serap::* *in* in MS. Cantabrigiensi 500 annorum; Prudent. S. II, 531. *Nil potuit* Serapis *Deus, et latrator Anubis. Milton*. P. A. I, 719. *to enshrine Belus or* Serapis *their gods, or seat Their kings*, Mart. Capella II, p. 43. *Ammon et arentis Libyes, ac Biblius* Adon. Licentiam in modo prioris syllabæ vidit Grotius. Propert. II, x, 55. *Adonem* ed. pr. et nonnulli codices. Sed ea scriptura repudiatur, quia *Adon* non nisi seriori ævo dictus est. *Drummond, Or Tmolus, or where boar young* Adon *slew*. E contrario *Milton*. l. c. 450. *While smooth* Adonis *from his native rock*. *Aonius* apud veteres poetas; Statius vero Theb. VIII, 475. *sic* Aona *saxo, Ense Pholum*,—Ita etiam Augusti sæculo nemo *Cypris*, omnes dixerunt *Cypria*. Vid. *Santen.* ad Hieron. Balb. in Comm. S. L. V. II. p. 154.

61. Ορολου, in erratis sublatum, *T. Bentleii* erat in Præf. ad Callim. P. XVII.

62. Anthol. H. St. I. p. 66.=

ludit me memoria, aliquando vidi. Verum istud ab homine imperito factum esse mihi persuasum sedet. Quippe si vocis Θουκυδιδης analogiam spectes, a θεος et κυδος, quod priorem semper producit, formari facile videbis. Syllaba utique Θου crasi Atticis sollemni [63] Ionico θεο æquipollet, non secus atque in Θουφραστος et Θουφανης. Cum analogia conspirat Aristophanis auctoritas, Acharn. 703. SECT. III.

Τῳ γαρ εικος ανδρα κυφον, ἡλικον Θουκῡδιδην,
708. Ος μα την Δημητρ εκεινος ἡνικ ην Θουκῡδιδης.
Vesp. 941. Ὁπερ ποτε φευγων επαθε και Θουκῡδιδης.

Monet in Thucydidis vita Marcellinus [p. 9. ed. Duker.] sepulchrali illius columnæ primitus unice inscriptum fuisse ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ ΟΛΟΡΟΥ 'ΑΛΙΜΟΥΣΙΟΣ, postea vero a nescio quo adjectum ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ. Hujus opinor additamenti auctor versum se heroicum complevisse arbitratus est, non minus fortasse beatus quam absoluta Homerus Viliade. At quo judicio id factum fuerit, ex ea quam exhibuimus analogia et exemplis abunde constat.

A Callimachi editore ad ipsum nunc Callimachum transeamus. Callimachum inquam: nam de hymnorum Poetæ illius nomine cohonestatorum auctore seu potius auctoribus, quid sentiamus, * hodie ta- 96
cebimus; cras fortassis re accuratius perpensa exposituri †.

An. Gr. III., 265. Θουκυδίδην Ὀλόρου Κεκροπίδην τὸ γένος. IV. p. 376=III, 125. Thomas Scholasticus Ζεῦ πόνους φιλέω, Δημόσθενες, εἰμὶ δὲ λίην Καὶ φιλαριστείδης, καὶ φιλοθουκυδίδης. V. p. 396=II, 470. Θουκυδίδης δ' ἐλέλιζεν ἑὸν νόον, ἣν δὲ νοῆσαι Vide *R. P.* Opusc. p. 60. "Mihi vero non persuasum *sedet*, sed mihi persuasum *est*, hæc verba non posse adhiberi, nisi ab Anglo, fastu pleno, quem non puduit, Anthologiam Græcam, illum egregium omnis eruditionis, cognitionis, atque elegantiæ thesaurum, appellare *nescio quam Epigrammatum congeriem.*" *H. Boeck.* ad Anthol. Gr. p. 300. Quis non *pulcre*, *bene*, *recte*, tertio quoque verbo ingeret?

63. Vide supra p. 108. Æschyl. Septheb. 653. Ὦ θεομανές τε καὶ θεῶν μέγα στύγος.

† Vid. Append. p. 21 *. Sed operam suam aliorsum contulit.

SECT. III. Hymn. in Jov. 55. Καλα μεν ηεξευ, καλα δ' ετραφες, ουρανιε Ζευ] Hac de Scriptura non esse dubitandum quin germana sit judicium tulit H. Stephanus: "Exemplo enim (inquit) Homeri ετραφες pro ετραφης "dicere sibi permisit Callimachus. Extat autem "apud illum hic illius aoristi usus in catalogo "navium,

"Τληπολεμος δ' επει ουν τραφ ενι μεγαρῳ ευπηκτῳ.

"Ubi tamen apud brevium scholiorum auctorem "legitur τραφη. sed ita legendo scribendum esset εν, "non ενι, hoc modo:

"Τληπολεμος δ' επει ουν τραφη εν μεγαρῳ ευπηκτῳ."

At enim quid est, obsecro, quod quempiam absterrere debeat, quo minus ita scribendum statuat? Jure profecto videntur Barnesius et Clarkius hanc lectionem in contextum recepisse; quæ tamen si vera sit, evanescat necesse est Homeri auctoritas ad vindicandum του ετραφες pro ετραφης usum laudata.

Ad locum porro Callimachi illustrissimus Spanhemius "Notandum (inquit) hic ετραφες passive "positum, sicut monuit, cui elegantem hujus Poetæ "editionem aliaque insuper debemus, rari exempli
97 "suique sexus eruditissima * Tan. Fabri filia. "Addam Atticis id solemne; activum nempe pro "passivo usurpare. sicut observant Schol. ad Eurip. Med. v. 320. Φυλασσειν αντι του φυλαχθηναι. "ενεργητικον αντι παθητικου. τουτο δε εθος ὡς επι το "πλειστον τοις Αττικοις. Cujusmodi et vicissim "passivorum pro activis obvia apud Æschylum "aliosque Tragicos et Aristophanem exempla." Atqui principio cum recentiorem istum Scholiasten tum virum præstantissimum fefellit vera loci Euripidei scriptura; quam tamen alter Scholiastes conservavit. Apud eum utique legimus Ρᾳων εστι ΦΥΛΑΤΤΕΣΘΑΙ (φησιν) οξυθυμος ανηρ, ὡσαυτως δε και γυνη. Φανεροι γαρ &c. Hinc colligo codicem, quo usus est quisquis hæc scripserit, sic repræsentasse,

Ανηρ γαρ οξυθυμος, ως δ αυτως γυνη,
Ρᾳων ΦΥΛΑΤΤΕΣΘ η σιωπηλος σοφος[64].

64. Γυνὴ γὰρ ὀξύθυμον SCALIGER; Menander apud Stob. Serm. xx. p. 172, 13. Gesn. p. 105. Grot. Τὸ δ' ὀξύθυμον τοῦτο καὶ λίαν πικρόν—Eur. Fr. inc. VIII. Τὸ δ' ὀκὺ [f. ὀξὺ] τοῦτο καὶ τὸ λαιψηρὸν φρενῶν—: quemnam sensum ex hac correctione erueret vir ille summus, cum *Elmsleio* juxta ignoro; qui vulgatam ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ firmat ex Andr. 673.; Conf. Suid. vv. Ἄξιος λαβεῖν ὁ μισθός: Lex. Sangerm. p. 412. quod subinde uberius paullo et integrius evasit: Ἄξιος λαβεῖν ὁ μισθός: τοῦτο τῶν εἰς κάλλος ηὐκημένων. σημαίνει δέ τι τοιόνδε. ἄξιός ἐστιν ὁ μισθὸς ὥστε λαμβάνειν αὐτόν. ἔστι δὲ παρὰ Κρατίνῳ. Ὅμηρος δὲ πρῶτος ἐχρήσατο τῷ σχήματι τούτῳ· ῥηΐτεροι γὰρ— ἔσεσθε Κείνου τεθνηῶτος ἐναιρέμεν· καὶ πάλιν· Ἡ δὲ μάλ' ἀργαλέη περάᾳν· σκόλοπες γὰρ ἐν αὐτῇ. Καὶ Εὐριπίδης· γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὔτως ἀνήρ, Ῥᾴων φυλάσσειν ἢ σιωπηλὸς σοφός. ὁ δὲ νοῦς· ῥᾷον ἄν τις φυλάξαιτο τὸν ὀξύθυμον ἢ τὸν κρύπτοντα διὰ σιγῆς τὴν ὀργήν. Vide *Muret.* v. III. p. 546.; *Dawesium* vero, ut infra patet p. 99. minime latuit Suidas. ΦΥΛΑΣΣΕΣΘ — *cavere;* hanc medii, ut aiunt, vim optime exprimit *Kusterus* de M. V. c. 1. §. 14. *D'Orvillius*, Menandri sæpius oblitus—μὴ 'πὶ μικροῖς αὐτὸς αὑτὸν ὀξύθυμον δείκνυε—ad hunc locum iracundiam suam remisit, et Euripidem a Dawesio frustra sollicitari ostendit, ad Charit. pp. 442, 443.: cui accesserunt *Heathius* in Addendis et *Musgravius* ad l. Iph. A. 538. Ἔν μοι φύλαξον, Μενέλεως,—*unum mihi cave, Menelae.* TYRWHITT. Conj. p. 38, Plato Theætet. p. 154. D. 2. φυλάττων μὴ ἐναντία εἴπω,— Gorgias p. 461. D. 6. ἐάν μοι ἓν μόνον φυλάττῃς. E contrario de forma φυλάξομαι notione *custodiendi* usurpata vide *Heath.* ad Soph. El. 1012 (1018.). et *Poppo* ad Thucyd. pp. 75—77. ΣΙΩΠΗΛΟ'Σ· "Alexis ἐν Παρασίτῳ apud Athen. x. 421. E. ΔΕΙΠΝΕΙ' δ' ἄφωνος Τήλεφος, νεύων μόνον Εἰς τοὺς ἐπερωτῶντάς τι.— Amphis in Πλάνῳ apud eundem VI. 224. E.—ἔκυψεν, ὥσπερ Τήλεφος, Πρῶτον σιωπῇ· καὶ δικαίως τοῦτό γε· Ἅπαντες ἀνδροφόνοι γάρ εἰσιν ἐνὶ λόγῳ. Mos scilicet erat cædis alicujus reum *mutum* restare, donec sacris quibusdam expiatoriis lustraretur. Æschyl. Eum. 447. Ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμος, Ἔστ' ἂν πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου Σφαγαὶ καθαιμάξωσι νεοθήλου βοτοῦ." TYRWHITT. ad Aristot. Poet. §. XLIV. Lucian. T. III. p. 241. Dissert. cum Hesiodo 1. οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως ἢ τὸν Κάλχαντα, ἢ τὸν Τήλεφον, ἢ τὸν Πολύϊδον, ἢ καὶ Φινέα μιμησάμενος. Lege, Τήλεμον — Theocr. Id. VI, 23. αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος, ἔχθρ' ἀγορεύων, Ἔχθρα φέροιτο ποτ' οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάξῃ ΣΟΦΟΣ MS. C. C. C. Oxon. [sic MS. Harl. et. Lex. Sang. l. s. c.] ut discimus ex *Burgessii* Appendice—*R. P.* ad Toup. p. 439. et apud *Gaisford.* ad Hephæst. p. 99. Med. 300. Σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφά, citris secundis in ἔπη mutasse videtur. Helen. 520. Λόγος γάρ ἐστιν

SECT. III. Præstandum autem in me recipio verbi vulgati φυλασσειν, Αττικωτερως φυλαττειν, eam nusquam esse apud scriptores Atticos significationem quæ huic loco unica conveniat, nempe *cavere;* hanc vero medii φυλαττεσθαι esse propriam. Illud longe alio sensu denotat *servare, observare, custodire,* vel simile. Utriusque autem formæ pauca subjiciam exempla: Aristoph. Equ. 497.—και σε ΦΥΛΑΤΤΟΙ Ζευς αγοραιος—*et te* servet *Jupiter.* Vesp. 357.
98 * Κουδεις μ ΕΦΥΛΑΤΤΕΝ [l. ΕΦΥΛΑΤΤ.[65]], αλλ εξην μοι *Et nemo me* custodiebat. Thesm. 659.—τουτονι ΦΥΛΑΤΤΕΤΕ καλως—*hunc* custodite. 770. ΦΥΛΑΞΟΝ αυτον, *eum* custodi. Acharn. 256.

Προβαινε, καν τῳ χλῳ ΦΥΛΑΤΤΕΣΘΑΙ σφοδρα.

—*in turba* cave *sedulo.* Eccles. 764.

Συ δ ου καταθειναι διανοει; ΦΕΙ. ΦΥΛΑΞΟΜΑΙ,
Πριν αν γ ιδω το πληθος ὁτι βουλευεται.

Tan. Fabro interprete: *Tu vero deponere bona in*

οὐκ ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος, Sophocles apud Athen. x. 433. E. Διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ, Οὐκ ἂν πλέον τέρψειας ἢ πιεῖν διδούς. μὴ πιεῖν edd. et uterque codex. Aristoph. Nub. 1399. λόγων in margine exemplaris sui suppleverat *R. B.* Epigramma apud Athen. II, 39. C. Οἶνός τοι χαρίεντι πέλει τάχυς ἵππος ἀοιδῷ· Ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις· alii, Ὕδωρ δὲ πίνων καλὸν οὐ τέκοις ἔπος· *R. B.* ad Hor. Epist. xix, 10. *Br.* in An. Gr. I, 417. e cod. Vat. οὐδὲν ἂν τέκοι σοφόν. hinc Aristarchus noster, quem conf. ad Med. 300., πίνε, κοὐδὲν ἂν τέκοις σοφόν. De discrimine formarum φυλάσσειν, et φυλάσσεσθαι apud Atticos recte statuit *R. D.*; Il. Γ, 408. καί Fε φύλασσε Œd. Col. 21. κάθιζέ νύν με καὶ φύλασσε (l. κἀκφύλασσε) τὸν τυφλόν. — 285. ῥύου με κἀκφύλασσε — Eur. Suppl. 952. Ἄστη φυλάσσεθ', ἥσυχοι μεθ' ἡσύχων. Xenoph. Anab. II. 169. φυλακὰς φυλάξειν — Ibid. 151. φυλασσόμενον δέ σε ὁρῶ ὡς πολεμίους ἡμᾶς· καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες ταῦτα, ἀντιφυλασσόμεθα — 163. ἐξῆλθον τῶν Ἑλλήνων φυλασσόμενοι, Æschyl. P. V. 713. οἰκοῦσι Χάλυβες. οὓς φυλάξασθαί σε χρή. Soph. Ph. 455. καὶ τοὺς Ἀτρείδας εἰσορῶν φυλάξομαι — Æschyl. Choeph. 922. Ὅρα, φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας. Xenoph. Memorab. IV, vii. 8. καὶ τούτων δὲ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐκέλευε φυλάσσεσθαι τὴν μάταιον πραγματείαν. Vide *Mureti* Opp. Vol. III. p. 546. Hor. Carm. III, viii, 25. *Negligens, ne qua populus laboret Parte, privatim nimium* CAVERE,—.

65. ἐφύλαττ' sic bini codices apud *Brunckium* ad l. et *Q. S. F. Christianus.*; conf. ad *R. D.* p. 254.

commune non paras? PHI. *Id ego* cavebo *prius-quam viderim quid consilii capiat populus.* SECT. III.

826. ———————— Ας γ εγω ΦΥΛΑΞΟΜΑΙ,
Νη τον Ποσειδω, μη κατουρησωσι μου.

eodem interprete: *Quæ ne me commeiant,* cavebo *sedulo.* Porro autem constructionem, quam suggerit Scholiastes, Ρᾳων φυλαχθηναι, Attici reformidabant. Ii hujusmodi adjectivis verba subjiciebant notionis non nisi vel activæ vel neutrius. Ipsius Med. v. 316 [=317. R. P.]

Λεγεις ΑΚΟΥΕΙΝ [66] ΜΑΛΘΑΚ—
675. (673.) ΣΟΦΩΤΕΡ η κατ ανδρα ΣΥΜΒΑΛΕΙΝ επη.

66. ἀκοῦσαι editiones; "ἀκούειν citat Dawesius, sed mutatione nihil opus.—" *R. P.* ad l. Æschyl. Choëph. 5. κλύειν, ἀκοῦσαι. * * Contra Il. Δ, 435. ἀκούσασαι Ϝόπος ἀρνῶν, Codices plures cum Ed. Pr. et Eustathio I, p. 376, 31. ἀκούουσαι exhibent, ut Il. Σ, 53. Odyss. T, 204. Plato Apolog. p. 18. c. 2. οἱ γὰρ ἀκούσαντες ἀκούοντες Codex Clarkio-Bodleianus: *Schrader.* Præf. ad Emendat. P. XII. citat auctorem de Lapidibus 394. εὖτε με παῖδ' ἐδίδασκεν Ἀκερσεκόμης ἀγορεῦσαι —sed P. XIV. recte ἀγορεύειν. Soph. apud Cic. ad Attic. II, 7. κἂν ὑπὸ στέγῃ πυκνᾶς ἀκούειν ψεκάδος φρενί. Lege ex Stob. Tit. lix. p. 377. et Plut. V. Æmilii Pauli p. 255. D. Τί τοῦδε χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις ποτὲ Ἢ γῆς ἐπιψαύσαντα κᾆτ' ὑπὸ στέγῃ Πυκνῆς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί; Vide Valck. Diatr. ad Eur. p. 194. quod crebrius imitatus est Tibullus I, i, 45. &c.; semel Miltonus noster *L'Allegro* 115, 6. et *Armstrong. A. of H.* I, 288—. Archippus apud Stob. Tit. lix. p. 376. Ὡς ἡδὺ τὴν θάλατταν ἀπὸ τῆς γῆς ὁρᾶν, Lucret. II, 1, 2. Philostrat. Jun. Heroic. p. 660. δεινὴ δὲ ἡ θάλαττα, καὶ οὐ ῥᾳδία πλεῦσαι. Tyrtæus Fr. I, 1. Μεσσήνην ἀγαθὸν μὲν ἀροῦν, ἀγαθὸν δὲ φυτεύειν. Æschyl. Septheb. 587. καλόν τ' ἀκοῦσαι. Soph. Œd. Col. 327. δύσμοιρ' ὁρᾶν 461. ἐπάξιος μὲν Οἰδίπους κατοικτίσαι 1652. οὐδ' ἀνασχετοῦ βλέπειν. El. 557. λυπηρὰ κλύειν. Aj. 818. ἐχθίστου θ' ὁρᾶν. Eur. Hipp. 1197. φρικώδη κλύειν. Xen. Anab. II, p. 168. ὁρᾶν στυγνὸς ἦν [Œd. T. 1296. οἷα καὶ στυγοῦντ' ἐποικτίσαι]. III, 225. φοβερώτερον ὁρᾶν. Conf. *Elms.* ad Heraclid. 1011. et *P. P. D.* ad Eccles. 646. et Addend: p. (143.). Quod de Iliade Ω ingessit, præcipiti consilio conscribillavit *R. D.* Amplissimus vero campus aperitur, in quem libentissime discurrere et quodam jure luxuriari possem; sed in his adnotatiunculis sunt quædam veluti repagula, quæ me longius progredientem quasi cingulo coercent, et in orbitam redire me monent.

SECT. III. Soph. Œd. Tyr. 689. (674.)——αἱ δε τοιαυται φυσεις
Αυταις δικαιως εισιν ΑΛΓΙΣΤΑΙ ΦΕΡΕΙΝ.

Æsch. pag. 19. I. 7. edit. H. Steph. (P. V. 238.)
ΠΑΣΧΕΙΝ μεν ΑΛΓΕΙΝΑΙΣΙΝ, ΟΙΚΤΡΑΙΣΙΝ δ' ΙΔΕΙΝ.

99 * pag. 185. I. 4. (Agam. 267.).
Πευσῃ δε χαρμα ΜΕΙΖΟΝ ελπιδος ΚΛΥΕΙΝ.

Quinetiam τῳ Ρᾳων φυλαττεσθαι plane gemellum apud Homerum legimus Vil. xxiv. [243.] modo liber iste ab Homero fuerit:

ΡΗΪΤΕΡΟΙ γαρ μαλλον Αχαίοισιν δη εσεσθε
Κεινου τεθνειωτος ΕΝΑΙΡΕΜΕΝ—

Similiter xii. 53.—ουτε ΠΕΡΗΣΑΙ ΡΗΪΔΙΗ et 63. —ΑΡΓΑΛΕΗ ΠΕΡΑΕΙΝ[67]—Sed ut φυλαττειν valeat *cavere*, et Græce insuper dicatur cum Ρᾳων φυλαττειν tum Ρᾳων Φυλαχθηναι: inferrine exinde jure poterit Græcis licuisse quavis occasione ac modo utcunque dissimili verbum activum pro passivo adhibere? Quod tamen si legitime inferri nequeat, ad irritum cadat necesse est quod attulit præstantissimus Spanhemius. Hoc autem ex nostra Anglorum loquendi ratione haud incommode illustrari poterit. Nos utique utroque modo loquimur, *easier to guard against*, et *easier to be guarded against:* at quis tamen dicet licere cuipiam Anglo activum *thou educatedst* usurpare pro passivo *thou wast educated?*

67. περάαν editiones; sed non idcirco probum: περάειν vero nullibi apud Homerum comparet; Odyss. Ξ, 297. O, 427. Il. B, 613. E, 114. 406. Φ, 454. Ψ, 71. Hesiod. Ἔργ. 735. ἀενάων ποταμῶν καλλίῤῥοον ὕδωρ Ποσσὶ περᾷν. ex Homero Theognis 427. πύλας Ἀΐδαο περῆσαι, 902. εἰς Ἀΐδαο περᾷν. Conf. Æschyl. Agam. 1293. Eur. Med. 1231. Alc. 125. Lucret. iii, 67. Pind. Nem. iii, 36. Ὑπερ Ἡρακλέος, περᾷν εὐμαρές. Il. N, 214. ἔτι γὰρ πολέμοιο μενοίνα Ἀντιάαν· Theocr. Adoniaz. 44. πῶς καὶ πόκα τοῦτο περᾶσαι Χρῆ τὸ κάκον; Theogon. 491. τιμῆς ἐξελάαν, "ἐξελάειν Barocc. Trinc." *Gaisford.* σαι ἐξελάαν Cod. Mediceus. Forma ναιετάειν auctoritate Apoll. Rhod. munitur; i, 828. 903. iii, 680. 1134.

Edidit quidem Barnesius Vil. xxi. 279.

Ως μ οφελ[68] Εκτωρ κτειναι, ὁς ενθαδε γ ετραφ αριστος.

Qui etiam ad locum "Ita quidem," inquit, "MS." "Mori. longe optime; quare τετραφ αριστος ad "* varias lectiones relegare malim." Idem tamen ad alterum Homeri locum in catalogo navium [661.]: "τραφη εν] Ita lego pro corrupto τραφ ενι." Agnosce hominis, si cujus alius, suavissimi constantiam: τραφ eliminavit, quia corruptum est; ετραφ substituit, quia optima est lectio. Quod ad vulgatam lectionem attinet, cum verbum τετραφα nusquam alias reperiatur, equidem ei facile prætulerim—ὁς ετραφη ενθαδ αριστος.

Quid ergo, inquies, de Callimachi loco tandem statuendum? Is vero levissima mutatione sic emendari poterit:

Καλα μεν ηεξευ: καλα δ ετρεφευ[69], ουρανιε Ζευ.

68. ὡς ὄφελ' unus MS. Harleianus; ὥς μ' ὤφελ' in schol. Townl. ἐνθάδε τέτραφ' MSS. Coll. Benedict. Schol. Ven. et alter Harl.; τέτραθ' communi lapsu tertius Harleianus, et inter lineas ἐτράφη. ἐνθάδε γ' ἔτραφ' Cod. Ven. et quartus Harl.; ἐνθάδ' ἔτραφ' quintus Harl. et Cod. Townl. cujus Schol. τέτραφ' ἀντὶ τοῦ ἐτράφη. τὰ γὰρ ἐνεργητικὰ τούτου τοῦ ῥήματος ἀντὶ παθητικῶν τάσσει:—*R. D.* transposito verisimillima mihi videtur. ΟΔ. Κ, 417.—ἵνα τ' ἔτραφεν—edd. τέτραφεν γρ. ἵν' ἔτραφεν MS. Harl. Lege, ἵνα τε τράφεν,—ἔτραφε Il. Φ, 279. ἐτραφέτην Il. Ε, 555. ἐτράφεμεν Il. ψ, 84. τράφε Il. Β, 661. τράφη Γ, 201. Λ, 222. τραφέμεν Odyss. Γ, 28. Il. Η, 199. Σ, 436.

69. ετρεφευ,] "Lege, ἔδραμες, vel ἀνά τ' ἔδραμες, vel, καὶ ἀνέδραμες. *Toupius* in exemplari suo *D. R.* Ep. Cr. ed. pr. Ultima emendatio poëta Alexandrino digna; at medicina fit mortuo; videor mihi Christiani hominis manum subodorari;—sed *fallit te incautum pietas tua;* versum enim putidissimum tanquam adulterinum notaverat *D. R.* Ep. Cr. p. 132. quem a verbis D. Lucæ i, 80. in pedes coactis multum nitendo edolaverat. Atqui operam oleumque perdidit." Pr. ad *D. R.* Opusc. xlii. Conf. Act. D. Apost. xix, 9. Vide *R. P.* Advss. p. 228. Opusc. pp. 100. 177. Sed hic versus cum sequenti conjunctus perpulcram gradationem quibusdam constituere videatur: nil admirari nos jubet Horatius; et non is sum, ut hunc poeseos gustum convellere aggrederer: si Æschylum et Callimachum hac in re comparemus, hunc, credo, palmam a

SECT. III.

Atque hoc quidem pacto rotundior etiam effici videtur sententia, quod ετρεφευ (vel si malis ετρεφε, h. e. ετρεφεο) ejusdem sit et vocis et temporis cum præcedente ηεξευ *Pulchre quidem* crescebas *pulchreque* educabaris.

V. 87. Εσπεριος κεινος γε τελει, τα κεν ηοι νοησῃ.] Quam frustra sint ii, qui diphthongum sequente consona corripi[70] posse volunt, satis docuerunt viri

tragœdiæ parente sub judicibus æquis non omnino reportare posse, mihi saltim innuere licebit: Septheb. 661. Ἀλλ' οὔτε νιν φυγόντα μητρόθεν σκότον, Οὔτ' ἐν τροφαῖσιν, οὔτ' ἐφηβήσαντά πω, Οὔτ' ἐν γενείου ξυλλογῇ τριχώματος—Theogon. 492. Καρπαλίμως δ' ἄρ' ἔπειτα μένος καὶ φαίδιμα γυῖα Ηὔξατο τοῖο Ϝάνακτος. Mœro apud Athen. xi, 491. B. ὁ δ' αἔξατο πᾶσι μέλεσσι. De formis τράπω, τράφω, τράχω inaudita narrat *Boeckhius* ad Pind. Pyth. iv, 115. et, mirabile dictu, peregrinam τρέφοιν tanquam Euripideam laudat apud Etym. Mag. v. τρέφειν Ἄφρων ἂν εἴην, εἰ τρέφοιν τὰ τῶν πέλας. Male *Valckenær.* Diatr. p. 153. A. ἐκτρέφων. 'τρεφον *R. P.* Advss. 277. Sed lecta *Porsoni* adnotatione cum forma, quam tanquam barbaram aspernabar, facile in gratiam redii. Suidas T. i. p. 133. v. Ἁμαρτωλοί—sequitur, Ἁμαρτεῖν εἴρηκε τὸ ἁμάρτοιμι Κρατῖνος Δραπέτισι· Ποδαπούς ὑμᾶς εἶναι φάσκων, ὦ μείρακες, οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν. Indignatur Kustero Porsonus, quod ποδαπὰς ex ed. Med. non reposuerit. "Verum altera menda subest. Quomodo ἁμαρτεῖν pro ἁμάρτοιμι usurpari possit equidem ignoro. Repone ex ordine literarum, ἁμάρτοιν. Ita τρέφοιν in fragmento Euripidis apud Etym. M. p. 764, 52. quod injuria solicitat Valckenærius Diatrib. p. 153. ἁμαρτοῖν bis ex correctione, sed ab eadem manu, et ποδαπὰς, ms. C. C. C." *R. P.* apud *P. P. D.* in Addend. p. (143.) Si hunc aureum libellum p. 303. inspexisset *B.*, non Epicharmum apud Stob. Serm. xxxviii, p. 222 = 151. Grot. gravius afflixisset in notis ad Pind. Pyth. i, 92. Τίς δέ ΚΑ ΛΩΙΗ γενέσθαι μὴ φθονούμενος, φίλος; "Pollux x, 72. in Epicharmi senario ferri non potest δηλοίμην; requiritur vi metri vel δηλοῖ μὲν, vel δηλοῖμεν, vel fortasse Οὔτ' ἐν κάδῳ δὴ λῷμεν, οὔτ' ἐν ἀμφορεῖ. λῷμεν, *volumus*, ut λῇς, *vis*, λῷντι, *volunt*, Δωρικῶς. Aristoph. Lys. 980. λῶ τι μυσίξαι νέον" Ricardus Bentleius T. H. p. 97 = p. 299. Conf. *T. H.* ad Hesych. v. Μυσίδδειν, *Valck.* ad Röver. P. lxxii. et in Adoniaz. p. 279.

70. Ad. l., quos attigi in *Gent. Mag.* (*Nov.* 1797, p. 923.). Vide infra ad *R. D.* p. 269. De iambo Philippi Melancthonis *Marklandus*; "mallem τῶν συγγενῶν δὲ δάκρυ' αἰδεῖσθαι χρεών, quam τῶν συγγενῶν δ' αἰδεῖσθαι δάκρυα χρεὼν, correpta, ut Ille [Reiskius] ultima syllaba in αἰδεῖσθαι ante consonam: quod in Iambo Tragico factum nunquam vidi ne ante Vocalem quidem." ad Suppl. 263.; hæc in editione secunda nusquam comparent; utinam

doctissimi Stephanus et Bentleius. Quorum ille geminam conjecturam suggessit—τελει ηοι τα νοησῃ: et Εσπεριος γε τελει ταπερ ηοιος κε νοησῃ· priorem autem magis probat. At enim prior ista non uno nomine improbanda venit: primo utique diphthongus in fine verbi τελει sequente vocali syllabæ longæ partes minus recte sustinet: deinde voculam κε sermonis ratio abesse non patitur. Altera à vulgata lectione nimium discedit. Tan. Fabri conjecturæ τα κεν ηοι νωσῃ adstipulatus est Cl. Bentleius. Ad quam etiam firmandam doctissimi patris filia doctissima laudavit istud (uti hodie volunt) Theocriti Idyll. xxv (263).

SECT. III.

101

> *Τον μεν εγων οδυναισι παραφρονεοντα βαρειαις*
> ΝΩΣΑΜΕΝΟΣ—

Verbum autem νωσαμενος Callimacho tribuit Suidas; quod tamen in hodiernis, quas vocant, Callimachi reliquiis nusquam comparet; ut merito dubitari possit annon Idyllium istud, quod hodie Theocritum auctorem præfert, Suidæ temporibus sub Callimachi [71] nomine circumferretur. Et pari quidem

delenda censuisset quæ ad v. 42. monet: "Scio in Anapæstis syllabam AI ante vocalem [aliquando ed. 2.] corripi posse;" quam usquam a Sophocle fieri obnixe negabat *Valckenærius*; quem vide supra p. 121. Æschyl. Suppl. 265. Χρανθεῖσ' ἀνῆκε γαῖα † μήνη καὶ δάκη. μηνεῖται δάκῃ Med. Ald. Rob. unde legendum μηνίτῃ δάκῃ R.P. Quamvis Aratum non magni facio, non tamen omnia metri vitia ipsi Arato imputanda censeo: Phænom. 573. Ἥμισυ μέν κεν ἴδηαι μετήορον, ἥμισυ δ' ἤδη. ἴδοιο restituit *Schrader*. Pr. ad Emendat. P. xviii. Æn. iii, 211. Insulæ Ionio *in magno quas dira Celæno* —" diphthongus *æ*, sequente vocali, nusquam corripitur, nec corripi potest." *Idem* Emendat. pp. 3. 65.; conf. T. Maur. p. 2419.

71. ὀδύνῃσι duo codices Flor. et Vat. 4. 10. apud *Gaisford*. ὀδύνεισι Junt. 1540. παραιφρονέοντα Vat. 10. apud eundem et ed. Junt. 1518. Hesychius Νωσάμενος. κατανοήσας. Suidas Νωσάμενος, νοήσας, γνοὺς παρὰ Καλλιμάχῳ (Fragm. cccxlv.) Ὠσάμενος Vat. 4. "Vocem etiam," addit vir eruditissimus, *T. Briggsius*, "adhibuit Apoll. Rhod. iv, 1409. νώσατο δ' Ὀρφεὺς θεῖα τέρα." De Idyllio, utrum Theocriti sit, subdubitabant vir clarissimus, *Clarkius* ad Il. H, 141. et nuper *Heynius* ad Il. E, 289. Bucolicon totum, ut ex Homericis dictionibus maxime confla-

SECT. III. jure utrivis tribui poterit; quod utique a nebulone aliquo Græcæ neque linguæ nec prosœdiæ sciente scriptum esse confirmare ausim. Elegantiarum autem ibi conspiciendarum palmariam istam libet describere V. 163.

Ωσει περ [72] σφετερῃσιν ενι φρεσι βαλλομαι αρτι

Nempe vocem σφετερῃσιν pro εμῃσιν usurpatam hic videmus, uti et ὥσει, quod est ὡς ει valetque *quasi, tanquam si, ac si,* pro simplici ὡς, *sicut;* quorum utrumque nemo non Græcorum reformidasset.
102 * Laudat autem porro Cl. Bentleius ex Herodoto εννωσας, εννωσαντα, et εννενωκασι. Atqui Herodotum scriptorem Ionicum verborum εννοησας &c. formam istum in modum immutasse, cum in iis ne Attici quidem crasin adhibuerint; nemo unquam mihi persuaserit [73]. Contra lectionem ηοι νωσῃ accedit

tum, et Theocrito indignum abjudicavit *Valckenærius* tam ad l. quam in Ep. ad Röver. XIX., ad Il. X, 402. et ad Eur. Ph. 648., conspirante *D. R.* in Præf. ad Homerid. hymn. in Cer. P. XI.; aliter vero sentit *Hermannus* ad Orphica pp. 691, 2. 699—701. 726. 758.; et Eustathio, qui Syracosium perraro respicit, hoc carmen bis terve meminisse placuit.

72. Ὡς εἴπερ 10. C. apud *G.* et Cod. Vat. apud *Warton* II. p. 388., qui ἄκουσα, Ὥσπερ ἐγὼ tentavit; ὡς ᾗπερ σφ. *qua ratione* conjecit *Burgessius;* vir sagacissimus et de me optime promeritus, *Thomas Briggsius,* mutato stigmate legit, μῦθον ἀκούσας Ὡσείπερ, σφετέρῃσιν—: fortasse litterarum vestigiis propius inhærens, ἀκοῦσας, ΟΙΟΝ περ σφ. cui leviter astipulatur Moschus II, 70, 71. Ἀγλαΐην πυρσοῖο ῥόδον χείρεσσι λέγουσα, Οἵά περ ἐν Χαρίτεσσι διέπρεπεν Ἀφρογένεια. Et σφετέρῃσιν pro ἐμῇσιν, quod nauci est, corroborat idem vir amicissimus ex Id. XXII, 67. Πὺξ διατεινάμενος, σφετέρης μὴ φείδεο τέχνης. *R. D.* mendosis tantummodo locis aut negligentius perpensis nixus, totum hoc Idyllion tanquam subdititium dictitavit. "*Hoc critici modestiam minime sapit, ut gravius corrupta protinus eliminanda censeat. Quantus labor impensus est, ut deperdita in lucem retrahamus! nos inventa denuo rejiciemus?*"

73. Quid ergo τῷ βῶσαι I, 146. βώσας VIII, 92. ἐβώσθη, 124. ἀνέβωσε III, 155. ἀμβώσας I, 8. ἐπεβώσαντο et ἐβώθεε IX, 23. βωθήσαντες VIII, 72. ἐπεβώθεον, 1. ἐπεβώθησαν, 45. νενωμένου IX, 53. ἐνένωτο I, 77. ἐννώσας I, 68. ἐννενώκασι III, 6. ex βοᾶν, βοηθεῖν, νοεῖν, ἐννοεῖν progenitis fiet? *Wesseling.* dissert. Herodot, p. 157. Conf. *Valck.* ad Herodot. IX, 53. ut nihil dicam de ἀνῶσαι in I, 157. et fortasse ἀνωστοῦ VI, 66. quod pro ἀνοῖσαι, ἀνοίστου exhibent editiones, quid de So-

insuper quod versum spondaicum vox dissyllaba sine exemplo (si corrigenda et spuria eaque perpauca excipias) hoc pacto terminet. Huic quidem incommodo subveniri poterit scribendo διαλυτικως, ηοϊ. Sed alterum istud νωσῃ aliis concoquendum permitto. Videamus autem nobisne tandem fortunatius alea ceciderit. Rescribi autem velim unius lineolæ additamento, sensu eodem manente, τα κεν ηρι νοησῃ[74]. Vil. IX. 360. SECT. III.

phocle, qui, teste Etym M., νένωται loco νενόηται usus est? Αμφιβώτης. περιβοήτου. "Ιων Τεύκρῳ Hesychii codex. Vide quoque R. B. Millio, p. 47. Il. Α, 117. Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι· αἱ πᾶσαι σῶν εἶχον ὡς σῶς αἰπὺς ὄλεθρος [Il. N, 773.] Schol. MS. x, 332. Σῶς ἔσσεσθ',—σῶς: τινὲς ἐκ τοῦ σόος: ἀλλ' ἔδει σοῦς, τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ σαός· ἀλκαῖος δὲ τὰ β (i. e. δύο) ō ō εἰς ω̃ συναλείφει. Schol. Townl. Conf. Herodot. IV, 76. et Plato. Phædo, p. 87. B. C. Thucyd. III, 34. ὁ δὲ προκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν τὸν ἐν τῷ διατειχίσματι Ἀρκάδων ἄρχοντα, ὥστε, ἢν μηδὲν ἀρέσκον λέγῃ, πάλιν αὐτὸν καταστήσειν ἐς τὸ τεῖχος ΣΩΝ καὶ ὑγιᾶ. σῶσι pro σήθουσιν apud Herodotum reperitur, I, 200. Etym. M. p. 710, 41. Ἡρόδοτος τοῦ σῶ τὸ τρίτον πρόσωπον τῶν πληθυντικῶν Σῶσιν, [I, 200.] ἀντὶ τοῦ σήθουσι. Sic ἀλῶ ἀλήθω· [VII, 23.] κνῶ κνήθω· [VII, 139.] νῶ νήθω. Eur. Heracl. 84. Εὐβῷδ' ἀκτὰν pro Εὐβοϊδ' ἀ. restituit præclarus Elmsleius. In Cod. Vat. V. T. crebro occurrunt νοσσὸς, νοσσεύειν, νοσσία pro νεοσσὸς, νεοσσεύειν, νεοσσία. Conf. T. H. ad Aristoph. Plut. p. 363. Præclare quidem editor juvenilis ad h. l.: "Occasione vero Dawesii observationis, observem liceat, Nempe Grammaticos, ut alias, et in hoc quoque Dialectorum rem perverse utique tractare, quod tot verba *contracta* fingant, et quod dicant Atticos Ionicam formam e. g. νοησας in νωσας *immutare* et *contrahere.* Cum revera νωσας simplicior sit et antiquior forma; ex qua altera *producitur.* Νοω, νωσας, producta forma νοεω. νοησας. Deinde cum Ionico scriptori Atticam formam *interdicunt*, et contra, oblivisci videntur, diversas Græciæ dialectos tantum indicare progressionem Græcæ orationis et mutationes, et ætatum diversarum indicia esse. Antiquissima dialectus mollitur et producitur in Ionica, quæ dicitur. Et Iones sane formas productas studiose sectabantur, ita tamen ut nonnullæ simplices iis restarent formæ, antiquæ dialecti vestigia. Attici vero, Pelasgica illa gens, veteribus adhærebant formis, neque tamen non sæpenumero recentiorum usui accedebant."

74. Hac emendatione metro et linguæ cumulate satisfecit R. D. Sic quoque vir quidam doctus in schedis Augustæ Taurinorum a *D'Orvillio* inspectis correxerat, Misc. Obs. I, 123., censente sic pariter et comprobante *Valckenærio;* "Vestra, miror, magnorum virorum ju-

Οψεαι, ει[75] κ εθελησθα, και ει κεν τοι τα μεμηλη,
ΗΡΙ μαλ Ελλησποντον επ ιχθυοεντα πλεουσας
Νηας εμας—

Palam est quam facile fieri potuerit ut literæ ρ pars inferior ex vetustiore aliquo codice erasa fuerit, atque exinde pars reliqua ο in alios propagata, donec tandem vera scriptura nusquam comparuerit.

V. 93. ————τεα δ εργματα τις κεν αειδοι[76];
Ου γενετ, ουκ εσται· τις κεν Διος εργματ αεισει;]

Hunc locum intactum reliquere omnes quod sciam præter H. Stephanum. Is autem ista adnotavit.
103 " * Credibile est Callimachum scripsisse αειδοι, sicut " in proxime præcedente versu. Indicativo certe " modo non satis apte jungitur particula κεν; ideo- " que aut illud αειδοι aut certe αεισῃ malim. At αεισοι " (quod tamen aliquis fortasse scribendum putet) " parum mihi placuerit." Sive τις κεν αεισει, seu τις κεν αεισῃ; seu denique τις κεν αεισοι legeris: orationem solœcam amplecteris. Primam loquendi rationem observat vir doctiss. hoc nomine vitiosam esse quod modo indicativo jungatur vocula κεν. Sed minus accurate: neque enim vitium in eo versatur, quod vocula ista cum indicativo Modo; sed quod cum Futuro indicativo construatur. Quippe modi illius tempora præterita cum imperfectum tum perfectum, uti et aoristus uterque, voculam istam comitem non raro adsciscunt[77]. Secundam locutionem

dicia: τά κεν ἦρι νοήσῃ quantilla est mutatio?" apud Tittmann. p. 53.; et *D. R.*; " Mihi tamen is, qui ἦρι νοήσῃ conjecit, minimo molimine rem confecisse videtur." Apud eundem, p. 3.

75. ἦν ἐθ.—ἧν vel αἳ editiones.

76. ἀείδει Cod. Mediol. ἀείσῃ Paris. ἀείσοι Cod. Reg. apud *D. R.* Tittmann. p. 92. Bion. Buc. xv, 25. Στόμ' ἀνὰ καλὸν ἄειρε optime Casaubonus, τὸ στόμα καλὸν ἄειδε.

77. Hanc voculam cum *futuro* indicativi construit Aristophanes, auctore Brunckio; atqui Nub. 465. ἆρά γε τοῦτ' ἄρ' ἐγὼ cod. Rav. et, ποτ' ἐπόψομαι ex Suida v. ἆρα γε. *R. P.* Ach. 392. Ὡς σκῆψιν ἀγὼν οὗτος οὐ προσδέξεται e tribus primariis editionibus, Suida v. Σίσυφος, et P. Leopardi Emendat. xiii, 8. redonavit *R. P.* Vesp. 942. οὐκ αὖ σὺ παύσει χαλεπὸς ὢν καὶ δύσκολος, Cod. Rav. Optime. Nub. 1157. οὐδὲν γὰρ

Græci sermonis indoli adversari nos primi monemus. Tertiam parum quidem probavit vir doctiss. sed qua ratione adductus, id vero tacet. Quod autem eruditissimos quosque videtur fefellisse, observare libet, SECT. III.

ἄν με φλαῦρον ἐργάσαισθ' ἔτι· ex MS. apud Brunckium et Suida v. Ἰῶ κλάετε. Av. 833. τίς δ' ἂν καθέξει τῆς πόλεως τὸ Πελαργικόν; "F. τίς δαὶ ut supra 827." *R. P.* apud *P. P. D.* τίς δ' αὖ ex duobus codicibus *Brunckius*, quibus fortasse Ravennatem addamus. Av. 1413. καλεῖ τις ἀνθρώπων ἂν —καλοῖ e duobus MSS. *Brunckius;* particulam delendam censet *Porsonus*. In Euripidis Alc. 77. ἁγνίσῃ ex uno codice optime restituit *Monkius:* et de Iph. T. 864—867. vide omnino *Matthiam*. Herodot. I, 93. ἐς ὃ *ΑΝ συνοικήσασθαι τοῦτο ποιέουσαι. Thucyd. II, 80. λέγοντες ὅτι—ῥᾳδίως *ΑΝ Ἀκαρνανίαν σχόντες, καὶ τῆς Ζακύνθου καὶ Κεφαλληνίας κρατήσουσι,—Ibid. inferius paulo. νομίζοντες, εἰ ταύτην πρώτην λάβοιεν, ῥᾳδίως [ἂν] σφίσι τἆλλα προσχωρήσειν. v, 15. γνόντες νῦν μᾶλλον *ΑΝ ἐνδεξαμένους, — Plato. Euthydem. I, p. 290. D. εἰ οὖν, ἦ δ' ὅς, δεόμεθα ἐκείνης τῆς τέχνης, ἥτις [ἂν], ᾧ κτήσηται ἡ ποιήσασα ἢ θηρευσαμένη, αὐτὴ καὶ ἐπιστήσεται χρῆσθαι,—"ἂν prius om." Cod. Clarkio-Bodl. cum duobus aliis apud Bekkerum in Comm. Crit. ad Plat. T. IX. p. 250. Phædo. p. 61. C. σχεδὸν οὖν, ἐξ ὧν ἐγὼ ᾔσθημαι, οὐδ' ὁπωστιοῦν [ἄν] σοι ἑκὼν εἶναι πείσεται. ἂν omisit Cod. Clarkio-Bodleianus, et quinque alii apud Bekker. ibid. p. 366. unus quoque eam delevit. de Legg. XII, p. 947, C.—οὓς *ΑΝ οἱ προσήκοντες τοῦ τελευτήσαντος ἐπόψονται. Sed ἐπόψωνται Parisinus optimus apud *Bekker.;* et alter ex emendatione; eandem formam in margine laudat H. Stephanus. Apol. Socrat. p. 29. C.—ὡς εἰ διαφευξοίμην, ἤδη ἂν ὑμῶν οἱ υἱεῖς ἐπιτηδεύοντες ἃ Σωκράτης διδάσκει, πάντες παντάπασιν διαφθαρήσοιντο. διαφθαρήσονται Cod. Clarkio-Bodl. et unus apud Bekker. et οιντο supra sc. Polit. p. 258. C. 2. Τὴν οὖν πολιτικὴν ἀτραπὸν πῇ τις ἂν εὑρήσει: εὑρήσῃ Cod. Clarkio-Bodl. Isocrat. ad Demonic. P. 7. C. Οὕτω δ' ἂν ἄριστα χρήσει τοῖς φίλοις, ἂν μὴ περιμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις. Οὕτως ἄριστα MS. G. apud *Bekker.* ad quem principatum omnium Isocratis codicum facile deferent lectores qui quantum optimo *Bekkero* debeant, grata mente recolunt. Paneg. p. 79. H. St.=102. Bekk. Ἐξέσται γὰρ ἂν τοῖς μὲν ἀδεῶς τὰ σφέτερα αὐτῶν καρποῦσθαι, — Εἴη γὰρ ἂν Codex idem præstantissimus. Areop. p. 155. E=211. οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν βουλευσόμεθα καὶ πολεμήσομεν καὶ βιωσόμεθα καὶ σχεδὸν ἅπαντα κακὰ [l. καὶ] πεισόμεθα καὶ πράξομεν,—. ὅπως οὐ καὶ—Idem. de Trapezit. p. 360, D=528. καὶ ταῦθ' ὡς οὐ δι' ἀπορίαν ἐγίγνετο, ἀλλ' ἵνα πιστευθείην ὑπ' ἐκείνων, ῥᾳδίως γνώσεσθε ἄν. ῥᾳδίως γνώσεσθε. Cod. idem. Demosth. ad Leptin. p. 554. *Bekk.* ἀλλ' εἰ τὰς τιμάς, αἷς ἂν ἀντευποιήσωμέν τινας, ἀπίστους καταστήσομεν· Hæc regula *Wolfio* ad Demosthenis Leptin. p. 343, 4. minime placet; sed aliud est dicere, aliud refellere.

SECT. III. verba istius formæ, cujus est *αισοι*, nusquam vel notione optativa adhiberi, vel cum vocula *κεν* sive *αν* conjungi[78]; sed temporibus præteritis significatione futura perpetuo subjici. Aristoph. Plut. 88.

Εγω γαρ ων μειρακιον ΗΠΕΙΛΗΣ 'ΟΤΙ
Εις[79] τους δικαιους, και σοφους, και κοσμιους
Μονους ΒΑΔΙΟΙΜΗΝ—

104 * 998. —— —— ΥΠΕΙΠΟΥΣΗΣ θ 'ΟΤΙ·
Εις ἑσπεραν 'ΗΞΟΙΜΙ—

Vesp. 796. ΗΚΗΚΟΕΙΣ γαρ, 'ΩΣ Αθηναιοι ποτε
ΔΙΚΑΣΟΙΕΝ επι ταις οικιαισι τας δικας,
Καν τοις προθυροις ανοικοδομησει [l. ΑΝΟΙ-
ΚΟΔΟΜΗΣΟΙ] πας ανηρ[80].

78. Vide *R. D.* Præf. P. V. et infra ad p. 332.

79. 'Ως τοὺς E, F, I; ὡς τοὺς cum interpret. εἰς C, T, et Dorv.; ὡς τοὺς σοφοὺς καὶ κοσμίους καὶ δικαίους D. vide *Valck.* ad T. Mag. p. 186. Plut. 97. 'Ως τοὺς δικαίους δ' ἂν βαδίζοις; 495. ὡς τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων βαδιεῖται, conf. supra 237. 242. Acharn. 224. ὡς τοὺς κριτάς μ' ἐκφέρετε. ποὖστιν ὁ βασιλεύς; Thesm. 1030. κατάνευσον, ἔασον, ὡς Τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδί' οἴκαδε. 1217. (1205. Br.) ὅταν λυθῇς τάχιστα, φεύξει κάτενὲς 'Ως τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδί' οἴκαδε, Eccles. 997. Μή σκῶπτέ μ', ὦ τάλαν, ἀλλ' ἕπου δεῦρ' ὡς ἐμέ. Bionis Epitaph. Adon. 50. Εἰς αὐτὸν τὸν Ἄδωνιν Aldus; sed ὡς αὐ. in marg. et Calliergi. Contra Aristoph. Ach. 242. προΐθ' ὡς τὸ πρόσθεν ὀλίγον edd. et Cod. Rav.; εἰς τὸ π. *Brunckius.* Demosth. adv. Neær. p. 1362, 9. ὡς δ' ἦλθεν ὡς τὸν φράστορα· εἰς *Lambinus.* Olynth. I. p. 45. *Bekk.* οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δὲ ὡς ἐκείνους. Jo. Grammat. f. 238. b. καὶ ἀντὶ τῆς πρὸς προθέσεως τῷ ὡς χρῶνται· ἀντὶ τοῦ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ πρὸς τὸν φίλον· ὡς τὸν βασιλέα, ὡς τὸν φίλον [Xen. Anab. i, p. 9. ii, p. 165.]. Conf. *T. H.* Misc. Obs. v, iii, 56. *R. P.* ad Ph. 1415.; etc. Odyss. Ψ, 311. Ἦλθ' ὡς Λωτοφάγων—Ἦλθες Λ. Cod. Harl., unde Ἦλθ' ἐς Λ. eruit *Porsonus.*

80. 'Ηκηκόειν γὰρ "Cod. *Vict.* ut bini codd. *Brunck.* et Veneta posterior." ἐνοικοδεμέσει Cod. Vict. et Ald. pro—μήσει ut Junt. 1. ἀνοικοδομήσει Junt. 2. Vide *R. P.* apud *P. P. D.*; *Dobræus* autem quondam meus in hoc loco ἐνοικοδομήσοι maluit: Addend. ad Plut. p. (105). Plato Euthydem. p. 283. A. τῷ δὲ μετὰ τοῦτο 'ΕΣΟΜΕ'ΝΩΙ πάνυ σφόδρα προσεῖχον τὸν νοῦν, καὶ ἐσκόπουν, τίνα ποτὲ τρόπον Ἅ́ΨΟΙΝΤΟ τοῦ λόγου καὶ ὁπόθεν Ἄ́ΡΞΟΙΝΤΟ παρακελευόμενοι τῷ νεανίσκῳ σοφίαν τε καὶ ἀρετὴν ἀσκεῖν. In Plut. 998. explicando rem felicissime gessit *Dobræus* ὁ Μακαρίτης. Adde *Brunckium* ad Soph. Œd. Tyr. 792—. qui ad El. 34. mire nugatur, etsi forma ipsa habet naturam ambigendi.

Nunc autem posito, quod voluit vir doctiss. altera vice verbo *ἀείδοι*, de sententia tandem dispiciamus. Eam autem Latine sic repræsentant: *Tua vero opera quis celebret? Non fuit; non erit: quis Jovis opera celebret?* Ubi primo, oratio ista, *Non fuit; non erit:* adeo elliptica est, ut vix simile exemplum reperiri possit. Eam vero istum in modum suppleri velint necesse est: *Non fuit* quisquam qui celebrare potuisset; *non erit* qui celebrare poterit. Equidem non tam incommodi sumus quin illud fieri permittamus. Verum cum hoc pacto quæstioni propositæ, *tua vero opera quisnam celebret,* plenissime sit responsum; ecquis tandem, obsecro, eandem quæstionem statim post redditum responsum iterari patienter tulerit? mihi profecto nusquam contigit aliquid videre adeo jejunum, importunum, insulsum. Notum est illud Ovidii[81] de Callimacho, SECT. III.

Battiades toto semper cantabitur orbe:
Quamvis ingenio non valet, arte valet.

Rationibusne autem satis idoneis adductus hæc scripserit Romanus, an vero potius desideratum
* fuerit ipsius judicium, per me quidem sub judice 105
lis esto. Verum quicquid ea de re statuendum sit, unum interim mihi videor exploratum habere, ista de quibus agitur a Callimacho scribi non potuisse,

81. Amor. I. xv, 17. *semper toto* Edd. Hor. Serm. II, i, 45. *Qui me commorit, (melius non tangere, clamo) Flebit, et insignis* tota cantabitur urbe. *Βαττιάδεω παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, εὖ μὲν ἀοιδὴν Εἰδότος, ἐν δ' οἴνῳ καίρια συγγελάσαι* An. Gr. I. 475. Conf. Catull. Epigr. CXVII. *Valck.* ad Callimachea p. 15. *Ὦ μέγα Βαττιάδαο σοφοῦ περίπυστον ὄνειαρ* An. Gr. III, 270. Scal. ad Propert. p. 238. Terentianus Maurus, p. 71, *Nec non et memini, pedibus quater his repetitis, Hymnum* Battiadem *Phœbo cantasse Jovique Pastorem Branchum: quem captus amore pudico Fatidicas sortes docuit depromere Pæan.* *εὐυμνότατοι* ex Hephæstione p. 30. proculdubio descripserat *R. B.* ad Fragm. XXXVI. Petronii Satyricon p. 493. Amstel. 1669. *quam Musa loquentibus annis* Battiadæ *vatis mirando tradidit ævo.* Catull. VII, 3. Oraclum Jovis inter æstuosi, *Et* Batti *veteris sacrum sepulcrum.*

SECT. III. ni tam arte quam ingenio destitutus esset. Apud Lucretium non absimilis extat locus libri quinti initio:

Quis potis est dignum pollenti pectore carmen
Condere pro rerum majestate, hisque repertis?
Quisve valet verbis tantum, qui fundere[82] *laudes*
Pro meritis ejus possit, qui talia nobis
Pectore parta suo quæsitaque præmia liquit?
Nemo, *ut opinor*, erit, *mortali corpore cretus.*

Atque hic quidem ellipsin videmus, sed alteri illi non prorsus æqualem. Hanc autem si suppleveris, istum puta in modum, *Nemo erit* qui dignum carmen condere possit &c. quæstionibus in præcedente quinque versuum serie occurrentibus sat responderis. Atqui si statim post sextum priores quinque iteraveris, vix opus est ut dicam quam absurdum atque odiosum locum reddideris. Ipsum autem hoc quicquid est absurdi, nisi quod minor sit verborum iteratorum numerus, in Callimachi loco deprehendimus. *Tune igitur tandem rem impeditam et perditam restitues?* Ego vero non ita magno negotio mihi videor toti huic incommodo subvenire posse. Locum autem sic concipi velim

106 * ——————τεα δ εργματα τις κεν αειδοι;
Ου γενετ, ουκ εσται τις, ὁ κεν Διος εργματ αειδοι[83].

tua vero opera quis tandem celebraverit? Non natus est, non erit quisquam, qui Jovis opera celebrare poterit.

82. *fingere* MSS. R. B. Sed *fundere* melius; vide supra p. 11.

83. h. ad Apoll. 28. Τὸν χορὸν 'Απόλλων, ὅ, τις οἱ κατὰ θυμὸν ἀείδοι, Τιμήσει· *Valck.*, 31. Ἔστι γὰρ εὔυμνος τίς ἂν οὐ ῥέα Φοῖβον ἀείδοι; ex emendatione viri eruditissimi apud Muret. Var. Lect. VII, vii. εὔυμνός τις ἀν' (ν) οὔρεα Φοιβος (sic) ἀείδειν Cod. Reg. apud *D. R.* Tittman. p. 92.

Hymn. in Apoll. v. 105. SECT. III.

'Ο Φθονος Απολλωνος επ ουατα λαθριος ειπεν·
Ουκ αγαμαι τον αοιδον, ὁς ουδ ὁσα ποντος αειδει.]

Postulat Hellenismi ratio ut ες ουατα [84] rescribatur.

Eurip. Orest. 615 [= 608. *R. P.*]

Η τῃ τεκουσῃ σ ηγριωσ, ΕΙΣ ΟΥΣ αει
ΠΕΜΠΟΥΣΑ ΜΥΘΟΥΣ——

Andr. 1091. ΕΙΣ ΟΥΣ ἑκαστῳ δυσμενεις ΗΥΔΑ ΛΟΓΟΥΣ.

Hipp. 939. Αλλ η τις ΕΙΣ σου ΟΥΣ με ΔΙΑΒΑΛΩΝ εχει.

84. ἐπ' οὔατα *Scaliger* ad Catull. p. 111. et pro Οὐκ ἄγαμαι—Οὐ φιλέω ibid. pp. 112. 122. ἐπ' οὔατα λάθριος εἵρπεν, *arrepebat clam ad aures* (dicens), velut imperitus circulator suggerebat et omnibus eruditis risum movebat, Dawesii acerbissimus obtrectator, Reiskius Acta Erudit. m. J. 1750, p. 415. ἐς οὔατα] "*quod probat* Valckenærius *ad* Euripid. *Hippolyt.* 932. [apud Lennep. v. ψίθυρος, ad D. Luc. v, 30. Acta DD. Apost. vi. et *D. R.* Ep. Cr. ii, 144 (140.)] *Exemplis adde* Euripid. *Dan.* 55. Callimach. *Epigram.* xxvi. 4. [Muret. Opp. ii. 847.] Platon. *Menex. p.* 403. C. ed. 1590. Themist. *Orat.* vi. p. 81. Heliodor. *Æthiopic.* ii. *p.* 97. Auctor. *Argumenti in* Demosthen. *de Fals. Legat. p.* 112. ἐς οὔατα *tacite laudant* Casaubonus *ad* Athenæum iii. 1. p. 147. Ger. Jo. Vossius *de Poet. Græc.* c. viii. *p.* 62. *ed.* 1662." *R. P.* ad *R. D.* Quibus subnecte ex Advss. p. 308. "Rectissime Dawesius.—Corrige itidem Euripid. Erecth. apud Steph. Byz. v. αἰθίοψ. ΕΣ ΧΘΟΝΑ. Conf. Hel. 890. Taur. 685. 1075. Hel. 1606. ΕΣ ΑΚΤΑΣ. Herc. Fur. 1225. Sophocl. Trachin. 619. Philoct. 314. Sic lege Eurip. Suppl. 1069=1076 *Gaisford.* [Advss. p. 244.]. ΕΙΣ ΠΟΛΛΟΥΣ. ut Æschyl. Pers. 161." (εἰς quoque *Hermannus* ad l.) "Eurip. Hippol. 986, 7. Suppl. 670. Sophocl. Electr. 608. Trachin. 493. Œd. Tyr. 93. Eur. Hec. 303. Orest. 1567. Bacch. 718." Aristoph. Dætaleusin xiii. Πέμψω πλακοῦντας [ΕΣ] ἑσπέραν χαρισίους Advss. p. 280. Odyss. M, 177. Lege, ἐς οὔατα, quamvis Muretus Opp. ii, 922. vulgatam ἐπ' οὔατα citat. Sed Apoll. Rhod. i, 516. Πάντες ὅμως ὀρθοῖσιν ἐπ' οὔασιν ἠρεμέοντες sana est. Vide *Piers.* ad Mœr. v. οὖς, *Valck.* ad Hipp. 213. Hesychius ψιθυρίζει, εἰς τὸ οὖς ἠρέμα διαλέγεται. Plato Euthydem. p. 276. D. πάλιν μικρὸν πρός με ψιθυρίσας—Ibid. 275. E. προσκύψας μοι μικρὸν πρὸς τὸ οὖς—Sed hæc notasse sufficit.

SECT. III.

Ion. 696.	ΕΙΣ ΟΥΣ ΓΕΓΩΝΗΣΟΜΕΝ.	
211.	ΕΙΣ ΟΥΣ ΑΥΔΑΝ ΚΑΡΥΞΩ.	
1521.	Δευρ ελθ, ΕΣ ΟΥΣ γαρ[85] τους λογους ΕΙΠΕΙΝ θελω.	

Soph. Aj. 149. ΕΙΣ ΩΤΑ ΦΕΡΕΙ[86] πασιν Οδυσσευς.

Deinde locutionis istius ουδ ὁσα notio est *ne quantum quidem;* quæ huic loco neutiquam convenit. Lege ουχ οσα[87], *non quantum.*

Hymn. in Del. 198.

Αλλ ετι τοι μετοπισθε γεραιστιον ἑιπετο φυκος·
Εστης δ εν μεσσῃσι, κατοικτειρασα δε Λητω
Φυκος ἁπαν κατεφλεξας, επει περι καιεο πυρι,
Τλημον ὑπ ωδινεσσι βαρυνομενην ὁροωσα.]

107 * "Ineptissima lectio; et contra metri rationem, "cujus servantissimus est Callimachus. Corrigo, "επει περι καιεο κηρι: *qui corde flagrabas, præ amore "scil. et misericordia.* Hesych. Περι κηρι, κατα "ψυχην, Homerus[88] Την περι κηρι φιλησε πατηρ, και "ποτνια μητηρ. Idem alibi: περι κηρι τιεσκετο, περι "κηρι θεον ὡς τιμησουσιν, αιδεομαι περι κηρι; et e con"trario, απεχθωνται περι κηρι, περι κηρι Ποσειδαων "εχολωθη, νεμεσσωμαι περι κηρι." *Bent.* Quod ad alteram lectionis propositæ partem περι κηρι attinet, abunde profecto exemplorum Vir Cl. indicis Homerici ope congessit. De altera vero καιεο *flagrabas præ amore et misericordia,* eum, ut videtur, destituerunt, quæ sola fere in Græcis consulebat

85. Ion. 1521. "*lege,* Δεῦρ' ἐλθ'· ΕΣ ΟΥΣ ΣΟΙ *ex* Schol. *ad* Euripid. *Phœniss.* 916. *quod probat* Valckenærius [p. 714.], *unum exemplum phraseos,* εἰς οὖς *addens ex* Plutarcho *Op. Mor. p.* 518." R. P. ad *R. D.*

86. λόγους ψιθυροὺς πλάσσων Εἰς ὦτα φέρει πᾶσιν 'Οδυσσεὺς, Καὶ σφόδρα πείθει. ut citat *Valckenær.* ad Schol. in Phœn. l. c. (p. 714.)

87. ουχ οσα] "οὐχ ὅσα *citat* Jos. Scaliger *Castigat. in* Catull. *p.* 93." (*pp.* 112, 122.) "*ed.* 1582." *R. P.* ὃς οὐδ', ὅσα πόντος, δείδει. distinguit *Valckenaër.*

88. Il. N, 430. Δ, 46. Ω, 435. Δ, 53. N, 206. 119.

oracula, indices et Lexica[89]. Hunc autem defectum SECT. III.
supplesse sibi visus est nuperus editor Kusteriani in Aristophanem indicis auxilio. Laudavit utique istud Lysist. 9.

Αλλ, ω Καλονικη, καομαι την καρδιαν.

At enim ibi *καομαι την καρδιαν*, uti locum consulenti patebit, non jam valet *præ amore et misericordia mihi flagrat cor*, sed *præ ira* &c. Porro ut is esset apud Aristophanem sensus, videtur tamen Callimachus verbo potius Homerico *δαιω* usurus fuisse. Nempe si hic reponas—*επει περι* ΔΑΙΕΟ *κηρι*, evadet locus isti apud Homerum Odyss. I [A, 48.].

* Αλλα *μοι αμφ* Οδυσηι *δαιφρονι* ΔΑΙΕΤΑΙ *ητορ* 108
Δυσμορῳ.——

similis adeo, ut ovum vix sit ovo similius. Ibi scilicet *μοι δαιεται ητορ* extra controversiam denotat *mihi præ misericordia flagrat cor*. Cæterum nupero editori hic usu venit ut fluctus in simpulo[90] excitaverit: "Sed jam dicat mihi aliquis cur *exureret* "algam? *aggereret* potius, et *accumularet*. Conji-

89. D'Orvill. ad Charit. p. 257. "quod nuperrime fecisse audio *Richardum* quendam *Bentleium* Virum in *volvendis Lexicis* satis diligentem." *Antonius Alsop*, in præf. ad Fabb. Æsopic. delectum.—"Vir ille doctissimus et in *Lexicographis versatissimus*." *Carolus Ashton* S. T. P. ad Hieroclem, etc. Vid. PRÆF. Hujusmodi censores "cum *Gulielmo Hayleio*, poetarum et criticorum pessimo, de inscitiæ et malevolentiæ palma certare poterunt. Vide *Life of Cowper*, ubi de antiquorum vel veris vel fictis Epistolis disserit *Hayleius*, Vol. I, p. xxvi—xxxi, 8vo. 1806. Inter alia modestiæ et humanitatis specimina hæc videbis p. xxx. '*That imperious Patagonian polemic*' de Bentleio dictum." *R.P.* Opusc. pp. 307, 308.

90. Athen. VIII, 338. A. 'Ο αὐτὸς Δωρίων καταγελῶν τοῦ ἐν τῷ Τιμοθέου Ναυτίλῳ χειμῶνος, ἔφασκεν, ἐν κακκάβᾳ ζεούσῃ μείζονα ἑωρακέναι χειμῶνα. Cic. de Legg. III, 16. "Excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius ejus Marius in Ægeo excitavit mari, ac nostro quidem." *R.B.* de Epistolis Socratis, p. 90;—"*and make a Tide and a Flood, though it be but in a Bason of Water.*" Conf. *Piers.* Verisim. p. 218. Idem adagium pari felicitate Anglice extulit *Samuelis Johnson*; locum meminisse juvaret.

SECT. III.

"ciebam olim κατενησας *accumulasti.* Credo audacem "et ineptum aliquem, cum videret καιεο reposuisse "πυρι, et, ut satis esset ignis, κατενησας mutasse in "κατεφλεξας. Putaram etiam legi posse κατεφρυξας, "*arefecisti,* Nunc displicet φυκος repetitum, et totum "locum corruptum arbitror et insanabilem." Ego vero dicam cur Asterie algam *exureret.* Obstabat nimirum alga, quæ insulam abunde secuta fuerat, quo minus Latona ad terram ratim appelleret. Hoc incommodo laborantis Deæ commiserata Asterie ei alga exusta copiam fecit optata arena potiundi. Jam vero dicat et mihi vicissim aliquis cur algam Asterie *aggessisset.* Videtur quidem vir eruditus algam *aggestam* atque insuper *arefactam* eo consilio voluisse, ut mollis nimirum lecti vicem suppleret, ne forte Latona silice in nuda † onus deponeret. At vereor ne istius commenti subtilitas vel ipsa alga vilior ‡ sit censenda. Nec vero erat cur viro erudito dis-
109 pliceret φυκος repetitum. *Immo etiam, ut repetitum habeatur, postulat orationis rotunditas[91]: *Tu autem ex Euboea descenderas Cycladas visura, neque vero dudum; sed adhuc te a tergo Geræstia sequebatur alga. Constitisti vero in mediis insulis, et commiserata Latonæ* algam *omnem exussisti;*—Sed manum de tabula.

† Virg. Buc. I, 15.

‡ Hor. Serm. II. v. 8.

91. Sed laterem lavat *R. D.*; desunt enim, teste *D. R.*, in MSS. Veneto et Meermanniano: [Ἑστης δ' ἐν μέσσῃσι. κατοικτείρασα δὲ Λητὼ, φῦκος ἅπαν κατέ] Ep. Crit. p. 162 (158.).

*SECTIO IV.

Consonantis sive adspirationis VAU, *prout in sermone Homerico obtinebat, virtutis cum prosœdiacæ tum analogicæ specimen.*

SECT. IV.

Diu est quod fecit Cl. Bentleius ut Homeri editionem digamma Æolico insignitam eruditi expectarent. Elementi quidem istius potestatem in Homeri scriptis olim obtinuisse, ac proinde etiam hodie haberi oportere figuram sive notam [1] aliquam, qua ista potestas designetur, id sane et nos cum viro Cl. communiter agimus. Cum eodem vero non itidem sentimus ipsum illud elementum magis quam vel Hebræorum vel Arabum *Vau* in Ionica [2] Homeri poe-

1. "Loco Digammatis adhiberi voluit *Dawesius* signum hoc [ʼ], eadem atque illud potestate. Scilicet in sequentibus enunciandum Wαγνος, α-wασαμην, αw-ασαμην, δαw-ιζω, δα-wιφρονι, δwεινος, δwεος, λυ-wω, λυw-ω, παwς, ἑσταwς &c." *Burgessius.*

2. De Homero, "qui humani ingenii modum excessit," verba facturus, ubique hæreo, titubo, pelluceo, *velut obscura captus regione viarum Noctivagum qui carpit iter.* "Strabo p. 582. (xiii. p. 872.) a *Bentleio* indicatus docet 'Æolenses post Trojam captam totam fere Troadem coloniis suis occupasse, unde data forte ansa sit Homero Æolensi de Troja scribendi: vide et pp. 586. 600. 5. 610. 622." *Burgess.* Præf. xviii. et *Heynius* ad Il. T. p. 713. Pausanias etiam viii, xii. p. 625. Τούτου δὲ συντελοῦσιν ἐς πίστιν Αἰολέων οἱ Ἴλιον ΈΦ' ΉΜΩ͂Ν ἔχοντες, οὐδαμοῦ τῆς σφετέρας ἀποφαίνοντες μνῆμα Ἀγχίσου. "Æoliam etiam patriam Homeri testantur nonnulli veteres et recentiores, qui sententiam suam confirmant ex poetæ ipsius poematis, vocabulorum ope, quæ partim ad Æolicos mores pertinent, præsertim quæ dialecti sunt ejus, quæ, florente Græcia, Æolica vocabatur. *Pseudo-Herodotus* in suam farraginem de vita Homeri perpauca commemoratu digna retulit:—'Homerum fuisse Æolensem affirmat,

SECT. IV.

atque id sane potius quam aut Ionem etiam, aut Doriensem. 'Οτι δε, inquit, ην Αιολευς 'Ομηρος, και ουτε Ιων, ουτε Δωριευς, τοις τε ειρημενοις δεδηλωται μοι, και δη και τοισδε τεκμαιρεσθαι παρεχει.—Δηλοι δε και εν τοισδε τοις επεσιν, οτι Αιολευς ων τοις νομοις τοις τουτων εχρητο. [Il. A, 462, 463.] Καιε δ' επι σχιζης ὁ γερων, επι δ' αιθοπα οινον Λειβε· νεοι δε παρ' αυτον εχον πεμπωβολα χερσιν. Αιολεες γαρ μονοι τα σπλαγχνα επι ΠΕΝΤΕ ΟΒΕΛΩΝ οπτωσιν, οι δε αλλοι Ελληνες επι τριων· και γαρ ονομαζουσιν οι Αιολεις τα πεντε, ΠΕΜΠΕ.' Auctore Etym. M. v. Αλαλυκτημαι, p. 56. 52, 3. dicitur ποιητης πολλοις Αιολικοις χρησθαι." *Burgess.* [Etym. M. p. 39. l. 16. v. Αἰσυμνῆται—'Ιδίως δέ φησιν 'Αριστοτέλης [Polit. III. xiv.] ὑπὸ Κυμαίων αἰσυμνήτην τὸν ἄρχοντα λέγεσθαι· [Odyss. Θ, 258. Il. Ω, 347.] καὶ αἰσυμνᾷ χθονὸς, ἀντὶ τοῦ ἡγεῖται. Εὐριπίδης Μηδείᾳ [19.]. T. LV. l. 6. apud Com. *Caylus.* ΑΙΣΙΜΝΩΝΤΕΣ. Strabo XIII, 623=II, 893. Ox. "Ομηρος Κυμαῖος, οὐχ ὁμολογουμένως· πολλοὶ γὰρ ἀμφισβητοῦσιν αὐτοῦ.] "Qui de dialectis scripserunt, cum Æolicam, '*quæ amat per circuitum verba protendere,*' explicarent, ex Homero exempla sæpe repetebant: ut, ἱππότα Νέστωρ, μητιέτα Ζεὺς, νεφεληγερέτα Ζεύς, [αἰχμητά, 'Ολύμπιος ἀστεροπητά, ἱππηλάτα, εὐρυόπα, ἠπύτα, τοξότα, οἱ γὰρ Αἰολεῖς πολλάκις εἰς ᾱ ποιοῦσι τὰς εὐθείας· ὁ 'Αρχύτα γάρ φασιν ἀντὶ τοῦ 'Αρχύτης, καὶ 'Υβραγόρα ἀντὶ τοῦ 'Υβραγόρης. Schol. ad Dionys. Thrac. apud Bekker. Vol. II. p. 818.] 'Ιλιόφι, ['Ασκληπιόφι, Ιφιτόφι, ὀχέεσφι, χαλκόφι·] qui ad Atticam dialectum idem etiam largius fecerunt. Et profecto plurima apud Homerum occurrunt, quæ cum variis dialectis sunt communia, idque necessario et pro conditione linguæ Græcæ, qua fuerit, cum poeta scriberet." *Idem* PR. xviii, xix, xxi.

"Perantiqua et fere primæva Græciæ lingua utitur Homerus: atque illam (quam *Æolico-Ionicam* nominabat *R. B.* apud *Horsley* de prosodiis, p. 156.) populares sui vulgo loquebantur. Profectas etiam fuisse diversas Græciæ dialectos ab eadem origine nemini non constat; et præ se ferunt indicia diversarum ætatum, per quas inter progrediendum a prisca orationis simplicitate ad politiorum elegantiam sæculorum devenerunt. Hinc tantam inter se necessitudinem habent Græcæ dialecti, ut nullo limite singularem aliquam circumscribas, qui sola sua et sibi propria, ac non multa simul includat, quæ in ceteris etiam occurrant, quanquam forsan rariore usu. Hinc injuria sæpe Grammaticos invehitur, quod Atticis tribuant, quæ in illis occurrunt et contra. Nam vocem Atticam plerumque vocant et alteram ἑλληνικον sive κοινην, non quod ea sit his vel illis omnino propria, sed quod his sit usitatior." BURGESS. Conf. *Piers.* PRÆF. ad Mœrid. PP. XXIV. XXVIII. XXXII. et ad Herodian. 456.

Verum enimvero "Parens ac fons, e quo reliquæ omnes effluxerunt, est lingua Homerica; quæ non e diversis dialectis et licentiis poeticis, ut grammatici somniarunt, conflata est; sed Achæorum vel Danaorum veterum sermo quotidianus et universalis fuit; quo, Homericis temporibus, omnia publica et privata negotia

transigebantur; atque omnes sensus et affectus animorum exprimebantur: eorum enim temporum homines neque lexica, neque grammatica, neque libros ullos habebant; quapropter, si poeta verba insolita, aut modos loquendi ab usu communi abhorrentes, in carminibus usurpasset, nemo auditorum intellecturus fuisset." *Knight* Proleg. ad Hom. LXX. Conf. *Crit. Rev.* (*June* 1803, *pp.* 136, 7.).

"Sub primis Græciæ temporibus coloniarum migrationes crebro factas, ut aliter fieri non potuit, ita ex testimoniis veterum constat fuisse. Multæ septentrionalium populorum, quæ Hellada habitabant, suis desertis regionibus, in provincias meridionales migrarunt, ducti, ut aiunt, domus Deucalioneæ principibus. Hi populi, qui dialecto utebantur, quæ postea *Æolicæ* nomen tulit, sic ab Æolo, nepote Deucalionis, dictæ, partim Bœotiam occuparunt, partim ulterius progressi, in Argolide et Laconia constiterunt. Hi vero, cum Heraclidæ Peloponesum redirent, expulsi inde ad eam peninsulæ partem fugerunt, quæ *Ionia* vocabatur, quam profecto novi incolæ Achaiam nominabant secundum Achæi nomen, qui eos ab Hellade in Peloponesum deduxit. Pars adeo veterum incolarum *Ionicorum* locum iis coacti cedere, in *Atticam* se receperunt. Jam facile hinc accidere potuit, ut *Æolica* dialectus, qua Achæi utebantur, cum *vetere Ionica* permisceretur: uti *Ionica* etiam, nunc in Atticam invecta, cum *vetere* Ἀτθιδι commercium haberet." *Burgess.*

Dionys. Halicarn. II. p. 238. ed. *Huds.* Οἱ δὲ [συγγραφεῖς] πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ γενόμενοι πολέμου, καὶ μέχρι τῆς Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας, ὁμοίας ἔσχον ἅπαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ προαιρέσεις· οἵ τε τὴν Ἰάδα προελόμενοι διάλεκτον, τήν τε τοῖς τότε χρόνοις μάλιστα ἀνθοῦσαν, καὶ οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα, μικράς τινας ἔχουσαν διαφορὰς παρὰ τὴν Ἰάδα. Strabo VIII. p. 484. Ox. τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτὴν φαμεν· καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοὶ, καὶ ἐκεῖθέν εἰσιν οἱ τὴν Ἀσίαν ἐποικήσαντες Ἴωνες, καὶ χρησάμενοι τῇ νῦν λεγομένῃ γλώττῃ Ἰάδι· Joann. Grammat. f. 235. a. Ἰάς ἐστι διάλεκτος, ᾗ κέχρηνται Ἴωνες· δοκεῖ δὲ ἀρχαία εἶναι Ἀτθίς. "Imo fuerunt *Iones* et *Attici* olim iidem, sermo idem; cum Homerus canit [Il. N, 685.] Ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες—eum *Athenienses* intellexisse, constat." *R. B.* de Phalar. p. 316. Hesychius Ἰάονες· Ἀθηναῖοι. Herodot. I, 56. ἱστορέων δὲ [Κροῖσος], εὕρισκε Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους προέχοντας, τοὺς μὲν τοῦ Δωρικοῦ γένεος, τοὺς δὲ τοῦ Ἰωνικοῦ. 147. εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηνέων γεγόνασιν. Thucyd. V, 9. Brasidas Peloponnesios alloquens—Δωριῆς μέλλετε Ἴωσι μάχεσθαι—Hermocrates ibid. VI, 77.—ὅτι οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσὶν—ἀλλὰ Δωριῆς ἀπ' αὐτονόμου τῆς Πελοποννήσου τὴν Σικελίαν οἰκοῦντες. In ista Hermocratis Syracosii apud Thucyd. VI, 80. ἐπιβουλευόμεθα μὲν ὑπὸ Ἰώνων ἀεὶ πολεμίων, προδιδόμεθα δὲ ὑπὸ ὑμῶν Δωριῆς Δωριέων—regerit Euphemus Atheniensis, ἔχει δὲ καὶ οὕτως· ἡμεῖς γὰρ Ἴωνες ὄντες Πελοποννησίοις Δωριεῦσι, καὶ πλείοσιν οὖσι καὶ περιοικοῦσιν, ἐσκεψάμεθα ὅτῳ τρόπῳ ἥκιστα αὐτῶν ὑπακουσόμεθα,—VII, 57.

SECT. IV.

'Αθηναῖοι μὲν αὐτοὶ Ἴωνες ἐπὶ Δωριέας Συρακοσίους ἑκόντες ἦλθον,—Ἰώνων appellationem pro opprobrio Atheniensibus objecerunt Lacones; vii, 5. Gylippus—Πελοποννήσιοί τε ὄντες καὶ Δωριῆς, Ἰώνων καὶ νησιωτῶν καὶ ξυγκλύδων ἀνθρώπων κρατήσαντες—viii, 25. καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι τῷ σφετέρῳ αὐτῶν ['Αθηναίων] κέρᾳ προεξάξαντες καὶ καταφρονήσαντες, ὡς ἐπὶ Ἴωνάς τε καὶ οὐ δεξομένους ἀτακτότερον χωροῦντες, — Æschyl. Pers. 178. Ἰαόνων γῆν οἴχεται, πέρσαι θέλων. 563. Διὰ δ' Ἰαόνων χέρας Τυτθά γ' ἐκφυγεῖν ἄνακτ' Αὐτὸν—950. Ἰώνων γὰρ ἀπήυρα, Ἰώνων ναύφρακτος Ἄρης ἑτεραλκὴς—1012. Ἰαόνων ναυβατᾶν κύρσαντες οὐκ εὐτυχῶς. 1026. Ἰαόνων λαὸς οὐ φυγαίχμας; Conf. Aristoph. Acharn. 104. 106. "Persæ fortasse omnes Græcos Ionum titulo comprehendebant;" Herodot. iv, 98. καλέσας [Δαρεῖος] ἐς λόγους τοὺς Ἰώνων τυράννους, ἔλεγε τάδε· Ἄνδρες Ἴωνες, — ATHENIENSES, æque ac Iones, sensim linguam suam mutarunt; et Ἀρχαία καὶ νέα Ἀτθὶς omnibus innotescit.—Causæ mutationum in lingua Attica neminem effugiunt. "Si enim multitudinem hominum, undique in istam civitatem confluentium [Vesp. 705. Εἰσίν γε πόλεις χίλιαι, αἳ νῦν τὸν φόρον ἡμῖν ἀπάγουσι.]; si ingentem, ex omnibus terræ partibus, servorum numerum; si inquilinorum; si bella continua, foris gesta; si exercitus, qui plerumque alebantur domi, mercenarios; si mercaturam denique, quam, apud suos, et per totam *Græciam* faciebant, magnam et copiosam, spectemus: prius mirabimur, tam parvam fuisse eorum dialecti mutationem, quam nullam omnino fuisse, cum *Boyleo* dicemus." [Aristophanis ætate Cives Athenis 30,000 et amplius; Eccles. 1124. Ὅστις πολιτῶν πλεῖον ἢ τρισμυρίων. Hanc fabulam docuit Aristophanes circiter Ol. xcvi, 4. *Xenoph.* Mem. iii, vi, 14. ἀλλ' ἐπεὶ ἡ μὲν πόλις ἐκ πλειόνων ἢ μυρίων οἰκιῶν ξυνέστηκε, χαλεπὸν δέ ἐστιν ἅμα τοσούτων οἴκων ἐπιμελεῖσθαι,—Conf. Œconom. viii, 22. quibus adde *Wesseling*. ad Diod. Sic. xviii, 18. *Taylor*. ad Aristogit. i, 482. et *Mus. Cantab.* T. i. p. 541. T. ii. p. 215.] "Tempore *Demetrii Phalerei* (Athen. vi. p. 272. B. C.) Ol. cx. qui in Attica habitabant, civium numerabantur 21,000. inquilinorum 10,000. et 400,000. servorum. Si jam xix. amplius servi et inquilini erant pro uno cive, ut hæc ratio declarat; hoc unum, ad eorum linguam valde mutandam, abunde sufficiebat. Sed inter causas *mutatæ et mixtæ Græcæ*, et vero cujusvis alius, *imperium* in primo loco, opinor, ponendum. Docet enim ipsa ratio, si qua natio, alias gentes, diversa lingua utentes, devincat, easque armis, præsidiis, et ditione teneat; posse eam quidem, ista via, extinguere veterem devictæ gentis linguam; attamen necessario retinere aliquid mixti, ex ea lingua, quam perdat: vel, si copiosa aqua paullum vini misceas, [Athen. viii. 362. A.], Ἀπώλεσας τὸν οἶνον, ἐπιχέας ὕδωρ, vinum quidem perdes, saporem tamen mixti retinebit aqua." *R.B.* de Phalar. pp. 402, 3=225, 6. Optime *Piersonus*, cui si benignissimum numen vitam longiorem dederit, nihil nobis de duplici dialecto Attica nisi discendi laborem reliquisset, ad *Mœr.* p. 348. Σωδάριον, Ἑρμιπ-

πος, τὸ ἐφ' ἡμῶν σουδάριον: Postquam citavit *Salmas.* Plin. Exerc. p. 852. b. E. cui adde p. 458. b. B. et *Jo. Ger. Vossium*, hoc modo pergit: "Athenienses olim præ ceteris Græcis et victu et dialecto usi sunt e reliquis Græcis et barbaris mixta. Testis locupletissimus *Xenoph.* de Republ. Athen. 696. C. ed. Leunclav. καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες ἰδίᾳ μᾶλλον καὶ φωνῇ καὶ διαίτῃ καὶ σχήματι χρῶνται. Ἀθηναῖοι δὲ κεκραμένῃ ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων. Hinc multa in linguam suam receperunt vocabula Persica, multa Ægyptia, multa Macedonica, nonnulla Sicula. De Persicis et Macedonicis insignis locus est *Athenæi* L. III. p. 121. E, F. et p. 122. A. Ἐπὶ τούτοις λεχθεῖσιν ὁ Κυνοῦλκος πιεῖν ᾔτησε δικόκταν, δεῖν λέγων ἁλμυροὺς λόγους γλυκέσιν ἀποκλύζεσθαι νάμασιν [Plato. Phædr. p. 343. E. Læm. = III. p. 243. D. 4. *R. P.* Advss. p. 67.]. πρὸς ὃν ὁ Οὐλπιανὸς σχετλιάσας καὶ τύψας τῇ χειρὶ τὸ προσκεφάλαιον ἔφη, μέχρι πότε βαρβαρίζοντες οὐ παύεσθε; ἢ ἕως ἂν καταλιπὼν τὸ συμπόσιον οἴχωμαι, φέρειν τοιούτους λόγους [πέττειν ὑμῶν τοὺς λόγους MSS. A. et Epp.] οὐ δυνάμενος; καὶ ὅς, ἐν Ῥώμῃ τῇ βασιλευούσῃ διατρίβων τὰ νῦν, ὦ λῷστε, ἐπιχωρίῳ κέχρημαι κατὰ τὴν συνήθειαν φωνῇ. Καὶ γὰρ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ποιηταῖς, καὶ συγγραφεῦσι τοῖς σφόδρα Ἑλληνίζουσιν, ἔστιν εὑρεῖν καὶ Περσικὰ ὀνόματα κείμενα διὰ τὴν τῆς χρήσεως συνήθειαν, ὡς τοὺς παρασάγγας καὶ τοὺς ἀγγάρους, καὶ τὴν σχοῖνον ἢ τὸν σχοῖνον. μέτρον δ' ἐστὶ τοῦτο ὁδοῦ μέχρι νῦν, οὕτω παρὰ πολλοῖς καλούμενον. Μακεδονίζοντάς τ' οἶδα πολλοὺς τῶν Ἀττικῶν διὰ τὴν ἐπιμιξίαν. Persicum vocabulum est κυρβασία, quo utitur *Aristophanes* [Av. 487.]: SECT. IV.
Κανδύταλις *Menandro* et *Diphilo* usurpatum; vid. *Pollux* Lib. X. sect. 137. [*R. B.* ad *T. H.* p. 104=308.]. Παράδεισος, *Pollux* L. IX. sect. 13. ἥκει καὶ κατὰ συνήθειαν εἰς χρῆσιν Ἑλληνικήν, ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν Περσικῶν [Xenoph. Anab. I. p. 39. παράδεισος πάνυ μέγας καὶ καλός.]. Multa peregrina vocabula recenset *Eustathius* ad Od. T. p. [1854. 27.] 680. l. 44. Ægyptia quædam, quæ Athenienses civitate donarunt, *Pollux* L. VII. sect. 71. καλάσιρις, φώσων, ἡμιτύβιον, (*Aristoph.* Plut. 729.) etc. quibus adde, quod paulo ante apud *Mœridem* occurrit (p. 344.), Στίμμις. Βατάνιον sive πατάνιον, vocem Siculam, teste *Hesychio* [et Polluce X, 107. *R. B.* ad *T. H.* p. 103 = 305.], *Eubulus* adhibuit apud *Athen.* L. IX. p. 396. A. Sic itaque *Hermippus*, veteris comœdiæ Poëta, vocem usurpare potuit Latinam. Quanquam enim Romani tum temporis non valde frequens cum Græcis aut cum Atheniensibus commercium habuerunt, tamen hoc ipso tempore, quo floruit *Hermippus*, aut paulo antea legatos Athenas miserant, legum describendarum causa. *Hermippus* cum ceteris veteris Comœdiæ Poetis floruit Olympiad. LXXXV. et seqq. Unde liquet, vocem Latinam ipsi potuisse innotescere, quam vel per jocum adhibuisse censendus est, vel hominem Siculum aut Doriensem ea utentem introduxisse. In *Epicharmi* certe Siculi, Hermippo antiquioris, fragmentis non paucæ reperiuntur voces Latinæ. Νοῦμμοι, *nummi*, apud *Polluc.* L. IX. sect. 79. ὁ δὲ νοῦμμος δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ

νομίσματος· ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν, καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων. ὁ Ἐπίχαρμός τε γὰρ ἐν ταῖς Χύτραις φησίν. Ἀλλ' ὅμως καλαὶ καὶ πῖοι ἄρνες, εὑρήσουσι δέ μοι καὶ νούμμους, πωλατιᾶς γὰρ ἔντι τᾶς ματρός. [versus emendatos sic digessit *R. B.*, Ἀλλ' ὅμως καλαί τε πῖοί τ' ἄρνες εὑρήσουσί μοι Δέκα νούμμους (vel νόμως), πωλατέαι γὰρ ἐντὶ μετὰ τᾶς ματέρος. in *Boyl.* p. 465=263. πωλατικᾶς γὰρ ἐντὶ τᾶς ματρὸς maluit *Koen.* ad Greg. p. 130.] καὶ παλίν· Κᾶρυξ ἰὼν εὐθὺς πρίω μοι δέκα νούμμων μόσχον καλήν· ad Iambos ab *R. B.* redactus, Κᾶρυξ ἰὼν Εὐθὺς πρίω μοι δέκα νούμμων μόσχον καλήν. Ibid. p. 464. [νόμων — καλάν *Toup.* ad Suid. I. 419. et *Valck.* ad Adoniaz. p. 308.] Pseph. Byz. ap. Demosth. de Cor. pp. 278, 9. καὶ τὼς νόμως καὶ τὼς τάφως,—Ὀγγία [Οὐγγία recentiores], *uncia*, ἡμίνα, λίτρα: ex eodem *Eustathius* laudat, ad Il. x. p. [1282, 48] 1389. l. 11. ἡ δὲ ἡμίνα οὐδαμοῦ. ἔστι δ' οὖν παρ' Ἐπιχάρμῳ, ὃς καὶ ὀγγίαν λέγει, καὶ λίτραν. Πόλτον, *pultem*, *Athenæus* Lib. XIV. p. 648. B. Καὶ Ἐπίχαρμος δὲ οὕτως λέγει ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσῃ [—σᾳ]· πόλτον ἕψειν ὄρθριον. "Athenæus III. p. 111. C." ex emendatione viri clarissimi "Δεινόλοχος ἐν Τηλέφῳ—πᾶνα τὸν ἄρτον καλεῖ. Grammaticus MS. in Bibl. Sangerm. [Anti Att. p. 112. 28. *Bekker.*] Πιττάκιον εἶπε Δεινόλοχος Τηλέφῳ· Dinolocho, Siculo poëtæ, perinde atque Epicharmo (patri suo) licebat Σικελίζειν"—RUHNKEN. ad Vell. Paterc. I, v, 20. Verum tamen harum vocum omnium origo in Italiane, an in vicina Sicilia quærenda sit, obscurum est: neque eadem omnibus licentia. *Epicharmo* Siculo vocabula Siciliensibus nota licuit usurpare; *Hermippo* Atheniensi vix videtur fuisse licitum, vocem Latinæ originis in theatrum Atticum inferre, quam nemo fortassis spectatorum intellexisset. Sed forte hominem, ut dixi, Doriensem in scenam introduxit; hi enim ου mutant in ω, ut notissimum. *Mœris* autem hoc nomen, utpote singulare et rarissimum, adnotandum et explicandum sibi sumsit." pp. 349, 350. Plutarch. V. Marcelli T. I. p. 309. C. 1. καὶ λόγχας τινὰς ἐδείκνυσαν καὶ κράνη χαλκᾶ [ἐν Σικελίας Ἐγγυΐῳ], τὰ μὲν ἔχοντα Μηριόνου, τὰ δὲ ΟΥΛΙΞΟΥ, τουτέστιν Ὀδυσσέως, ἐπιγραφὰς, ἀνατεθεικότων ταῖς Θεαῖς. Sic Βασιλεὺς vox origine Scythica. Ad v. Βουνὸς, ὀθνεία ἡ φωνὴ τῆς Ἀττικῆς· Philemonis duo versus citat *Phrynichus* p. 156. A. Βουνὸν ἐπὶ ταύτῃ καταλαβὼν ἄνω τινά. B. Τίς ἐσθ' ὁ βουνὸς, ἵνα σαφῶς σου μανθάνω; *R. P.* Plurima vocabula ex Oriente in Græciam per mercaturam delata sunt. Οἶνος — "οἶνος enim in veteri sermone Græco μοῦνος significat: Æoles vero μ ab initio abjicere solebant; ut ἴα pro μία: habes itaque vocis Romanæ primordia: OINUS-ŒNUS-UNUS. Inscriptio Lucii Scipionis, qui anno U.C. CCCCXCIV. Consul fuit, effossa ad portam Capenam, exhibet; HONC. OINO. —i. e. *Hunc unum.*"—*Salmas.* Plin. Exercit. p. 362. b. E. ad Vopisc. p. 472. *Hemsterhus.* apud *Gaisford.* ad Hesiod. Ἔργ. II. et alibi. Verba in re nautica a Phœnicibus; ut Ἄγκυρα· nummaria ab iisdem, ut, Δραχμή, Μνᾶ, Ὀβολος· conf. *Salmas.* de Usuris pp. 425—429. Musica a

Palæstinis; ut *νάβλα·* Soph. Fragm. inc. lxiv. Sopater apud Athen. iv. p. 175. C. Philemon ibid. D. et *R.P.* Adverss. p. 73. *Valck.* ad Callimachéa p. 16.— Ex Oriente in Græciam commigrarunt Μύρον· Νίτρον· Ὀθόνη· Σίνδων—Nomina item *animalium* multa, et *stirpium*, et *plantarum* in Achaiam invecta sunt.—"Cecrops quoque Ægyptius in Græciam attulit religionem sibi patriam una cum appellationibus patriis. Hinc deorum nomina apud Græcos origine sunt Ægyptiaca." Valckenær. — Commemoratu quoque dignum Artemidorum in geographiæ fragmento apud *H. Stephanum* inter *Atticos* et *Athenienses* dignoscere: *τῶν δ' ἐνοικούντων οἱ μὲν* Ἀττικοὶ, *οἱ δὲ* Ἀθηναῖοι· *οἱ μὲν* Ἀττικοὶ, *περίεργοι ταῖς λαλιαῖς, ὕπουλοι, συκοφαντώδεις, παρατηρηταὶ τῶν ξενικῶν βίων· οἱ δὲ* Ἀθηναῖοι, *μεγαλόψυχοι, ἁπλοὶ τοῖς τρόποις, φιλίας γνήσιοι φύλακες.* Ἐξ ὧν, inquit Aristides T. i. p. 98. *Jebb.*, *εἰλικρινῆ δὲ, καὶ καθαρὰν, καὶ ἄλυτον, καὶ παράδειγμα πάσης τῆς* Ἑλληνικῆς *ὁμιλίας φωνὴν εἰσηνέγκαντο· adeo ut ingenia solis Atheniensium muris clausa existumes.*

"Dorum sermonem antiquum ac semibarbarum, a Lacedæmoniis, veterum morum modorumque tenacissimis, servatum esse credo; et specimen ejus, corruptum scilicet ac mendosum, adhuc extare in decreto contra Timotheum. Dorica dialectus a lyricis, tragicis, et bucolicis poetis usurpata, non est sermo gentilitius populi alicujus; sed lingua in usum poeticum conficta, atque partim e variis archaismis, partim ex usu vulgari recentiorum Dorum conflata; quorum præcipua pars sermonis ex Æolico formata videtur, cum qua multa saltim communia habet. Conf. Strab. viii, p. 484. Oxon.

Æolum tamen atque *Ionum* lingua una eademque fuisse videtur; neque in diversas abiisse dialectos, nisi post emigrationes in Asiam; ubi gentes illæ, quæ generatim Danai et Achæi appellabantur, in varias, et a se invicem remotas civitates dispersæ, in varias species diversorum idiomatum patrium sermonem paullatim deflectebant; ita ut Herodoti ætate [i, 142.] quatuor varietates linguæ inter ipsos Iones Asiaticos observarentur; neque pauciores neque minus diversos fuisse modos loquendi in Siciliæ et Italiæ coloniis, e veterum monumentis ac testimoniis certissime constet. Verbum, quod in communi et Attico sermone ΠΛΑΣΣΩ et ΠΛΑΤΤΩ scribebatur, apud diversos Doricæ stirpis populos ΠΛΑΖΩ, ΠΛΑΣΔΩ, et ΠΛΑΔΔΩ fiebat; atque alias Dorismus antiquus in varias abibat formas, singulas singulis civitatibus proprias et peculiares; alius enim erat sermo Argivorum, alius Lacedæmoniorum, alius Rhodiorum, alius Cretensium, &c. &c. neque ipsius Cretæ una eademque erat omnium civitatum dialectus; at aliarum aliæ, ut e nummis adhuc extantibus plane liquet." *Knight* lxviii. De migrationibus Doriensium, vide T. H. in Schol. ad Ar. Plut. 385. pp. 114—117.

"Verum hæc dialectorum *Æolicarum* et *Ionicarum* affinitas non potuit quin confirmaretur, cum postea binas regiones Asiaticas duo illi populi incolebant proxime a se ipsis distantes. *Iones* autem

SECT. IV.

(adhuc enim in Attica nomen suum servabant, *Iones Attici* dicti, ut illi, qui in Peloponeso cum Achæis misti restabant, *Iones Ægialenses*,) diu apud *Atticos* manebant, quibus amice et familiariter utebantur: ita ut miratus fueris ni plerumque ipsorum lingua ad *Atticam* propius quam ad *Æolicam* accesserit.

Cum vero incolis tandem Attica abundabat, Ionem Xuthi filium coloniæ Ionicæ ducem fuisse traditur, et regionem, qua sui desiderunt, Ioniam vocavit; et paucis post annis Neleus, Codri filius, imperium Atticæ Medonti cedens fratri alteram Ionum coloniam in Asiam deduxit [Vide *Ruhnk*. ad V. Patercul. I, iv.]. Et non ita longo post ex Achæis etiam colonia in vicinam Asiæ partem migravit, quam deinde *Æoliam*, post Achæi sui avum, vocarunt. [Vide *Edwards* ad Pseudo-Plutarch. p. 106.] Dialectus autem *Ionica*, fortasse familiarissimo Atticorum commercio non parum melior facta, brevi adeo exculta fuisse videtur, ut *Æolicam* vicinam post se longo relinqueret intervallo.

Jam constat linguam Græcam in tres majores partitiones dividi, *Æolicam* sive *Doricam*, *Ionicam*, et *Atticam*. [Quinque loquendi formas recenset Scholiastes ad Dionys. Thrac. p. 739. *διάλεκτοι δέ εἰσι πέντε, Ἰάς, Ἀτθίς, Δωρίς, Αἰολίς, κοινή, ᾗ πάντες χρῶνται· γλωσσηματικαὶ δὲ λέξεις εἰσὶν αἱ ἐπιχωριάζουσαι, τουτέστιν αἱ καθ' ἑκάστην χώραν ἢ πόλιν ἴδιαί τινες λέξεις* *.] Verum ut ex linguæ progressione factæ fuerunt illæ partitiones, sic quæque partitio habet suas varietates, suaque minora progressionis signa. Nam, qui has res diligentius tractarunt, Æolismum Dorismumque memorant antiquiorem et recentiorem: Ionicam quoque veterem et novam: cujus etiam *χαρακτηρες τεσσαρες* ab Herodoto [I, 142.]

* "*τῶν Ἑλλήνων οἱ μέν εἰσι Δωριεῖς, οἱ δ' Αἰολεῖς, οἱ δ' Ἴωνες, οἱ δὲ Ἀττικοί.—καὶ οὗτοι τρόποις καὶ ἤθεσι διαφέρουσιν ἀλλήλων. δοκεῖ γὰρ τὸ Δώριον ἀνδρωδέστερόν τε εἶναι τοῖς βίοις* (f. *τῷ βίῳ*) *καὶ μεγαλοπρεπὲς τοῖς φθόγγοις τῶν ὀνομάτων καὶ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ. τὸ Ἰωνικὸν δὲ ἐν πᾶσι τούτοις ἀνειμένον· χαῦνοι γὰρ οἱ Ἴωνες. τὸ δὲ Ἀττικὸν εἴς τε δίαιταν καὶ φωνῆς ἐπιτέχνησιν ἀεὶ διαφέρει. τὸ δὲ Αἰολικὸν τῷ τ' αὐστηρῷ τῆς διαίτης καὶ τῷ τῆς φωνῆς ἀρχαιοτρόπῳ. διὰ τοῦτο καὶ τὴν βαρύτητα τῶν τόνων καὶ τὴν ψιλότητα τοῦ πνεύματος ἐζηλώκασι.*" Schol. ad Dionys. Thrac. p. 662. Nunc audi disputandi artificem: "*Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι πιθανόν. τί γὰρ ἡ βαρεῖα τάσις καὶ τὸ ψιλὸν πνεῦμα πρὸς τὸ αὐστηρὸν τῶν τρόπων αὐτῶν; ἀλλὰ διὰ τοῦτο βαρυντικοί εἰσι καὶ ψιλωτικοὶ οἱ Αἰολεῖς, ἐπειδὴ τοῖς ἀσθενεστέροις χαίρουσι. καὶ γὰρ τὸ φθείρω φθέῤῥω λέγουσι, καὶ τὸ σπείρω σπέῤῥω· τὸ δὲ θέσει μακρὸν ἀσθενέστερον τοῦ φύσει μακροῦ. εἰκότως οὖν καὶ τῇ βαρείᾳ τάσει καὶ τῷ ψιλῷ πνεύματι κέχρηνται. καὶ γὰρ ἡ βαρεῖα τάσις ἀσθενεστέρα ἐστὶ τῆς ὀξείας τάσεως. ἡ γὰρ βαρεῖα οὐκ ἔστι κύριος τόνος λέξεως, ἀλλὰ συλλαβῆς. ἡ δὲ ὀξεῖα κύριος ἐστι τόνος. κύριοι γὰρ τόνοι τῶν λέξεων δύο εἰσὶν, ἡ ὀξεῖα καὶ ἡ περισπωμένη. καὶ δῆλον, εἴγε ἐν τῇ συλλαβῇ, ἐν ᾗ ἐστὶν ὁ κύριος τόνος τῶν λέξεων, οὐκ εὑρίσκομεν βαρεῖαν, ἀλλ' ἢ ὀξεῖαν ἢ περισπωμένην. ὅσον δὲ λέξις συλλαβῆς ἀνδρειότερον, τοσοῦτον καὶ ἡ ὀξεῖα τῆς βαρείας ἰσχυροτέρα. καὶ ἡ ψιλὴ δὲ τῆς δασείας ἀσθενεστέρα, εἴγε δασέος μὲν πνεύματος ἐπιφερομένου τρέπεται τὸ ψιλὸν εἰς τὸ δασὺ ἀντίστοιχον, ἅτε δὴ ἀσθενέστερον ὄν, οἷον ἀμφὶ αὐτὸν—ἀμφ' αὐτόν, ἀμφὶ ἀγαθὸν—ἀμφ' ἀγαθόν.*" Ibid. p. 663.

memorantur. Vide *Bentleii* Dissert. p. 399. Atticorum dialectus etiam *triplex* dicitur. Attici enim audiunt *Veteres*, *Medii*, *Novi*. De triplici Atticorum ordine vide *Salmas*. de ling. Hellen. pp. 437, 438. *Koenium* ad *Gregorium*, p. 305. *Piersonum* Præfatione ad Mœrin, p. 26, 27. et not. p. 405. *Taylor*. Ind. Attic. ad Lysiam, et *Bentleium*, ubi supra.—In hac vero progressione, dum multa antiqua ex usu exciderint, multa quoque cum recentioribus mista remanserunt. Et sic Æolica dialectus habet multa cum Ionica communiter, ut Ionica cum Attica. De Ionica fere eadem cum vetere Attica, vide *Salmas*. de ling. Hellen. p. 413. *Koenium* pp. 66. 68. etc.

Jam demum dialectis sic deductis, facile Æolicam cum vetere Ionica atque illam cum vetere Attica conjungimus; nec mirum esse videtur in *Atticis* scriptoribus Tragicis sæpe extra Choros occurrere dictiones *Æolicas*, *Doricas*, *Ionicas*, aut alias rursus pro *Atticis* in Ελληνικοις reperiri. [Athen. ix, 402. C. *Αἰσχύλος διατρίψας ἐν Σικελίᾳ πολλαῖς κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς*.]

Denique adeo *Æolicam*, sive *Doricam*, antiquam fuisse Græciæ dialectum, et cæterarum dialectorum principem ac quasi matrem, statuamus, quam loquebantur non una gens, sed antiqui universi Græci, unde cæteræ, variis mutatæ causis, defluxerunt. Venerandæ istius antiquitatis multa sunt vestigia in recentioribus etiam scriptoribus: plura vero cuique, ut par est, quo sit antiquior. Quam plurima sunt in Homero fere primævæ simplicitatis vocabula, quæ, ut probabile est, quum scriberet, vulgi usu excidisse, ita plane constat grammaticos veteres, qui post eum vixerunt, eorum cum origines, tum significationes, parum perspexisse. Atque hinc tot *Homero ἁπαξ λεγομενα* [aut certe *σπανίως εἰρημένα*] tot vocabula, quæ ad poeticam licentiam referuntur, sed quæ forsan a vetustate repetita fuerint, atque extant insignes antiquitatis reliquiæ. *μεθίω δὲ τὰς ξυμπάσας* [*τῆς* Ἑλλάδος γλώσσας] *ῥεῖν εἰς τὴν τῆς* Ὁμήρου *καὶ μάλα ποιητικῆς μισγαγκείας* [Il. Δ, 453.] *ὑποδοχήν*. Plato in Philebo T. II, 62. D. 3.

SECT. IV.

Revera Homerus veteri Græcæ linguæ fidelis custos. Etenim quæ vulgo obsoleverunt, illa ipsa affectabat, quæ gravitatem dignitatemque orationi tribuerent. Verba autem, quæ antiquitatem redolent, *et sanctiorem et magis admirabilem faciunt orationem; eoque ornamento acerrimi judicii P. Virgilius unice est usus;* voces enim veneranda antiquitatis robigine obsitæ sanctiorem faciunt orationem, et apud Tragicos Græcos *pellucent et aspergunt illam, quæ etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem.* [*Diog. Laert*. in Zenon. VII. p. 168. Lond. 1664. *ἔφασκε δὲ* [Ζήνων] *τοὺς μὲν τῶν ἀσολοίκων λόγους, καὶ ἀπηρτισμένους, ὁμοίους εἶναι τῶι ἀργυρίωι τῶι Ἀλεξανδρινῶι· εὐοφθάλμους μὲν καὶ περιγεγραμμένους, καθὰ καὶ τὸ νόμισμα, οὐδὲν δὲ διὰ ταῦτα βελτίονας· τοὺς δὲ τοὐναντίον ἀφωμοίου τοῖς Ἀττικοῖς τετραδραχμοῖς, εἰκῇ μὲν κεκομμένους, καὶ σολοίκως, καθέλκειν μέντοι πολλάκις τὰς κεκαλλιγραφημένας*

SECT. IV. mata invehendum; quippe quod gentis Æolicæ[a] proprium fuisse non uno indicio adducti confirmemus.

λέξεις.] Hujus quoque notæ voces scriptis suis liberrime adsperserunt Tragici veteres." *Burgess.*

3. "De Historia literæ Digamma multi exposuerunt, in quibus præcipui *Bouhierius*, *Chishullus*, *Reinoldus*, et de ea bene meritus *Franciscus Wise*: qui potestatem ejus quoque et usum explicavit, et quantum valeat in rebus Etymologicis ad linguarum progressionem indicandam et cognationem dialectorum. Primus vero omnium *Bentleius* vidit quantam vim ad Græca metra expedienda habuerit. Et quod pro singulari sua sagacitate reperit vir summus, eandem rem *Apollonius*, gravissimus sane grammaticus, in scriptis post *Bentleii* sententiam publicatam editis confirmavit: qui literam quoque memorat adhibitam fuisse ab antiquis poetis in illis ipsis vocabulis, quibus eam *Bentleius* adjudicavit. Quod in universum docuerat *Bentleius*, id singulatim et fusius pertractavit *Dawesius* in Sectione, de qua nunc agitur." *Burgess.* Post *Bentleium* et *Dawesium* nonnulla egregia notavit *R. P. Knight*, in tentamine analytico elementorum Græcorum et in prolegomenis ad Homerum, LXXXV. "Figura antiquissima digamma Italos et Italiotas V et Ϝ fuit, ut Veliensium nummis et Tabulis Heracleensibus constat." Quamvis ab Homero, ut supra refertur, tanquam e communi fonte profluxerunt, quidquid postea dialectorum civitates Græcas inundavit; Æoles tamen vetustatis perquam studiosi hortulos suos ex hoc flumine irrigarunt; unde fit ut inter alias insignes linguæ propemodum exoletæ reliquias hanc formam conservarint; et laudes, quibus illos propter fidem egregiam plerumque prosequuntur Grammatici veteres, eæ ad Homerum quasi parentem transmoveri debent. Hinc neque "ab ea inventum fuerat," monet idem vir doctissimus, §. LXXXVI, nec "Æolicæ dialecto, ab origine, proprium ac peculiare: quoniam certissime constat, tum tabulis Heracleensibus, tum marmore Deliaco, et nummis Veliensium, usum ejus, prioribus seculis, haud minus solennem fuisse in Dorum atque Ionum, quam in Æolum sermone; Heracleia enim Italiæ, Dorum e Tarento colonia fuit; atque urbs ΥΕΛΗ vel Ϝ ΕΛΙΕ (utroque modo nomen nummis inscriptum est) a Phocæis ex Ionia fugientibus Olymp. LX. condita est: et Delon, Caribus ante Homerica tempora expulsis, Iones semper postea possidebant." CLXVII. "Digamma jamdiu, ante Alexandrinorum tempora, prorsus exoleverat, nisi obscuris aliquot Italiæ, Cretæ, et Peloponnesi dialectis; quas illi tanquam horridas, incultas, et semibarbaras, adeo contemnebant, ut scire dedignarentur; male profecto consulentes rei, quam tractandam susceperant; quoniam quæque dialectus, quanto incultior esset, tanto antiquissimæ propior, et ad poesin antiquissimam illustrandam aptior." *Knight.*

"Jam quæ dicta sunt, eo pertinent, ut ostendant, Æolicam linguam non unius gentis fuisse propriam, sed antiquam universæ Græciæ dialectum: deinde ex progressione linguæ Græcæ, et cognatione dialectorum ejus, ac tempore quo vixerit Homerus, atque consuetudine poetarum, antiquitatis scilicet custodum, *Homerum* dialecto, quæ sensim *Æolica* nuncupabatur, usum *potuisse:* denique ex testimoniis ipsius poematum, una cum scriptorum veterum auctoritate, *revera ea fuisse usum:* atque adeo Digamma, quod postea Æolicum designabant, ab *Homericis* scriptis *olim* non alienum.

Et in isto linguæ sæculo Homerus vixisse videtur, quo ei non omnino exoleverit antiquissima simplicitas: cumque valere cœperint, quæ postea latius in usu venerint: cum porro ea, quæ vulgi usu exciderant, in promptu fuerit revocare. Quæ vero apud Homerum ad diversas dialectos referuntur, sunt varietates locutionis non diversis populis et quasi e diversis linguis petitæ, sed quæ inconstantia linguarum peperit, quæ nova aliqua quotidie comminiscitur, dum sane a rudibus suis principiis ad elegantiam progreditur.

Nam poematis, quæ tam multis abhinc sæculis scripta fuerint, (quorum oratio etiam florente lingua Græca Græcis ipsis obsoleverat) quæ tot adeo glossatoribus explicata, tot Criticis emendata, quid mirum si plurima antiquioris dialecti exempla interciderint, quæ alii locis suis moverunt ob ignorantiam, alii, quod putarent analogiæ ea repugnare, vel consuetudini suorum temporum. Dorica et Æolica, et Ionica, veteraque Attica, plurima e Tragicis deturbata sunt, quorum multa viri docti e collatione Codicum MSS. et Scholiorum deprehensa restituerunt; et multa adeo quid vetat putare, quin in perpetuum perierint? Tanto plura vero *Homero* periisse credibile est, quanto est antiquior. Ad hoc, multi veteres Critici ex professo emendationem *Homeri* instituerunt: et quamvis Scholia, quæ extant, sæpe quid ab *Aristarcho* aliisque mutatum monent; attamen exiguam profecto commentariorum, præsertim vetustiorum, in poetam conscriptorum partem habemus, itaque multas mutationes ab iis factas nescimus forsan, pro *Homericis* hodie habitas." *Burgess.* "Lingua quasi tota immutata est:" *Knight* Proleg. LXXXIV. "Sed vel sic demum quod ad *scripturam*, de qua hic maxime agitur, pertinet, longe plura antiquæ dialecti Græcæ vestigia in Homero, quam alibi, invenienda. Interim vero" "summa criticorum religio fuit in Homeri carminibus tractandis et ad posteritatem tradendis;" "numeri ac modi versuum integri manent;" "eadem et integra est *loquendi* forma, eædem *sententiæ*, iidem characterum *mores:* qui ita depinguntur, ut POETA ubique animos legentium tanta dulcedine perfundat, quanta ex omnibus, quotquot extiterint, huc usque profecto potuit nemo. Ὅμηρον τὸν ποιητὴν χρόνῳ μὲν τῶν πλείστων, δυνάμει δὲ τῶν πάντων πρῶτον γενόμενον, εἰκότως ἀναγιγνώσκομεν πρῶτον, ὠφελούμενοι τὰ μέγιστα εἴς τε τὴν φωνὴν καὶ τὴν διάνοιαν καὶ τὴν τῶν πραγμάτων πολυπειρίαν." *Burgessius.* Verissime *Quintilian.* Inst. Orat. x, 1,

SECT. IV. Primum autem est, quod huc faciant uno consensu veterum testimonia. Horum autem præcipua libet describere. "At grammatici saltem omnes in hanc "descendunt[4] rerum tenuitatem, desintne aliquæ "nobis necessariæ literæ; non cum Græca scribimus "(tum enim ab iisdem duas mutuamur[5]) sed proprie

46. *Hunc nemo in magnis sublimitate, in parvis proprietate superavit. Idem latus ac pressus, jucundus et gravis; tum copia, tum brevitate mirabilis: nec poetica modo, sed oratoria virtute eminentissimus.*

4. *descendent—desintne nobis aliquæ—Lagomarsini*, fortassis ex vetustissimo bibliothecæ Medico-Laurentianæ codice.

5. *duas mutuamur* — "Nihil igitur, quod græci græcis litteris scriberent, non poterant latini litteris suis scribere, si modo duas ad græcorum quædam vocabula scribenda mutuarentur. eæ quæ fuerint idem Quintilianus libro XII. cap. 10. docet. *Jucundissimas*, inquit, *ex græcis litteris* υ *et* ζ *non habemus, vocalem alteram, alteram consonantem: quibus nullæ apud eos dulcius spirant. quas mutuari solemus, quoties illorum nominibus utimur. quod cum contingit, nescio quo modo hilarior protinus renidet oratio, ut in* zephyris, zopyrisque. Duabus hisce tantummodo græcorum litteris latini quum caruerint, necesse est eos tribus illis φ, χ, θ non caruisse, et sane non caruerunt. + + + [Idem, I, iv, 9. *nostrarum* ultima X, *qua tam carere potuimus quam* PSI *non quærimus* *.] *Quin ego ipse, quum scirem, ita majores loquutos esse, ut nusquam, nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut* PULCROS, CETEGOS, TRIUMPOS, [*f. Triumfos*] KARTAGINEM *dicerem. . .* BURRUM *semper Ennius, numquam* PYRRHUM. VI PATEFECERUNT BRUGES, *non* PHRYGES, *ipsius antiqui declarant libri. nec enim græcam litteram adhibebant: nunc autem etiam duas. et cum* PHRYGUM, *et cum* PHRYGIBUS *dicendum esset, absurdum erat aut tantum* [*tantum* dele] barbaris casibus *græcam litteram adhibere, aut recto casu solum græce loqui. tamen et* PHRYGES, *et* PYRRHUM, *aurium causa dicimus.* Cic. de Orat. ad Brut. xlviii. Non audiendus est Petrus Victorius, qui hunc ipsum Ciceronis locum enarrans, legendumque in eo *Bruges*, non *Fruges*, jure defendens, libro XIV. Var. lect. cap. 3. affirmat, litteram φ, quæ prima est nominis Φρύγες, esse alteram e duabus, quas Cicero a priscis latinis fuisse adhibitas, contra quam ætate illa

* E palmaria *Petri Pithoei* emendatione apud *Schulting.* ad Jurisprud. Ante-Justin. p. 748, 1. Et *Scaliger* ad Euseb. p. 112=120. "Ultima est" [X] "veterum literarum in Alphabeto Latino, de qua nihil aliud dicam, nisi vetustissimam fuisse, licet prius vice ejus GS et CS uterentur. Sed EXFOCIONT pro *Effugiunt* legitur in vetustissimo saxo Duillii, quod in Capitolio olim vidimus, quum recens effossum fuisset, et descripsimus præsente M. Antonio Mureto; qui nos eo deduxerat." *Capella*, quoque p. 55. "Huic literæ [S] Divus Claudius P adjecit, aut C propter Ψ et Ξ Græcas, *Psalterium*, *saxa*."

sua fieret, neget illis verbis, *nec enim græcam litteram adhibebant; nunc autem etiam duas.* Non ita est. quam enim *græcam litteram* olim a Latinis *non adhibitam*, Cicero dicit, ea intelligi debet, quæ in nomine Πυῤῥὸς secundum, in Φρύγες tertium obtinet locum, nempe vocalis *υ*; pro qua latinam litteram *u* in iisdem nominibus, in latinum e græco conversis, adhibitam fuisse, duplici illo ex Ennii *Annalibus* allato exemplo, egregie idem Cicero confirmarat. quod optima ratione ab Ennio cæterisque priscis illis latinis factum quum judicaret, suæ ætatis hominum perversam consuetudinem atque adeo intemperantiam carpit atque reprehendit, qui non contenti unam illam ipsam græcam litteram *υ* latine loquentes scribentesve adhibere, alteram quoque, item græcam ac peregrinam, non quidem in *Phryges*, sed in aliis certe nominibus usurpandis, adhiberent. quamnam? profecto non aliam, quam qua una, præter *υ*, latinos caruisse, ostensum est, nempe ζ.—

"Sed aliud quoque est, minime quidem a me prætereundum, in quo a viro illo doctissimo valde dissentio. ait enim, si non *Bruges*, ut ipse vult, ac recte quidem vult, sed *Fruges*, ut quibusdam placet, in hoc eodem Ciceronis loco scriberetur, tum fore, ut græci nominis Φρύγες prima littera, in illam *f* latine conversa, formam quidem græcam amitteret, sonum vero plane græcum retineret; neque propterea *vere immutata* (immutatam autem ab Ennio affirmat Cicero) dici posset. nempe eamdem vim potestatemque fuisse olim græcæ litteræ φ, quam latinæ *f* Victorius putat. atqui longe aliam fuisse, ex duplici Quintiliani in *Instit. orat.* loco perspicue demonstrari potest. libro quidem I. cap. 6. "*Atque hæc*, inquit, *ipsa s littera ab his nominibus* (scilicet, *arbos, labos, vapos*, etc. quibus veteres latini utebantur) *exclusa* (siquidem recentiores *arbor, labor, vapor*, etc. dicere instituerunt), *in quibusdam ipsa alteri successit. nam* mertare, *atque* pultare *dicebant, quomodo* fordeum, fœdusque pro aspiratione, *vau* simili littera utentes. nam contra græci ita aspirare hæc solent, ut pro Fundanio Cicero testem, qui primam ejus litteram dicere non posset, irridet." quorum verborum hæc sententia est, veteres Latini, quorum auribus aspiratio omnis erat insuavior, litteram *f* pro *h* reponentes ex *hordeum* fecerunt *fordeum*, et *fœdus* ex *hœdus*. contra græcis eadem littera *f* sic absurda atque absona, pronunciatuque difficilis est, ut latina nomina, quorum illa prima sit, adspirare soleant, et eo ridiculo modo efferre, quo modo utentem græcum quemdam testem videmus a Cicerone in oratione pro Fundanio (quæ una ex iis multis est, quæ Quintiliani ætate exstabant, at postea interciderunt) irrideri; qui testis primam ipsius *Fundanii* litteram dicere recte ac latino sono non posset. potuitne igitur latinæ litteræ *f* eadem esse vis ac potestas, quæ græcæ φ, si homo græcus rationem primæ *Fundanii* litteræ expediendæ pronunciandæque reperire non poterat? hic mihi sane testis non minus contra Victorium, quam contra Fundanium dixisse testimonium in judicio videtur. sed et Quintilianus ipse libro ejusdem operis XII. cap. 10. testimonio quoque suo urget hominem, co-

SECT. IV.

gitque, magnum inter φ et *f* soni discrimen olim intercessisse, confiteri. "Quæ (græca nomina *zephyrus* atque *zopyrus*) si nostris litteris scribantur, surdum quiddam (fort. *quemdam*) et barbarum efficient sonum, et velut in locum earum succedent tristes et horridæ, quibus Græcia caret. nam illa, quæ sexta est nostrarum [*f*], pæne non humana voce, vel omnino non voce potius, inter discrimina dentium efflanda est: quæ etiam, cum vocalem proximam accipit, quassa quodammodo, utique quoties aliquam consonantem frangit, multo fit horridior."

Sed jam ad Ciceronis locum veniamus. Ennius cæterique veteres latini in græcis nominibus *Pyrrhus* et *Phryges* usurpandis tria omnino immutarant. primum adspirationem *h*, qua non nisi in vocalibus, iisque non multis, utebantur, abjecerant, ita, ut *Pyrrus* et *Pryges** relinqueretur. tum, consuetudini illorum temporum indulgentes, litteram *P* in *B* converterant, et *Byrrus* ac *Bryges* fecerant. denique, quum ab littera *y*, utpote peregrina, abhorrerent, pro ea latinam *u* subdiderant; atque ita duo plane latina nomina *Burrus*, *Bruges*que condiderant. rem haud aliter contigisse demonstraturus Cicero, locum illum ex Ennii *Annalibus*

* "Latini veteres raro aspirabant." *Scaliger* ad Catull. p. 98=110. Hoc ex Æolibus. *ῥάρος, ὃ σημαίνει τὸ βρέφος κατὰ τοὺς Αἰολεῖς, ἡ ψιλή, καὶ διὰ τί ὁ ῥάρος ψιλοῦται; ὅτι ἡ Αἰολὶς γλῶττα τὸ ψιλοῦν τὰ στοιχεῖα φιλεῖ, ὥσπερ καὶ τὸ υ πάσης λέξεως ἄρχον πάντες μὲν δασύνουσιν, οἱ δὲ Αἰολεῖς ψιλοῦσιν. αὐτίκα τὸ ὕρχας* [Ar. Vesp. 674.], *Αἰολικὸν ὄν, ψιλοῦται· σημαίνει δὲ τὴν ἐπὶ τοῦ τείχους ἀναῤῥίχησιν.* Schol. ad Dion. Thrac. p. 693. *ἀμφέχεσθαι, καὶ Αἰολικῶς ἀμπέχεσθαι.* Id. p. 705. Conf. *Albert.* ad Hesych. vv. Ῥάριον, et Ὕρχας. *D. R.* Ep. Cr. II. 181 (185.), et Cod. Vat. apud Bast. 689.; Ἐπιάλτης, Επιάλτῃ, Ἐπιάλτην apud *Herodot.* VII, 213, 214. *Heusinger.* ad Cic. de Offic. I, i. "CRATIPPI nomen analogiam non sequitur, qua scribendum erat CRATHIPPUS: vel quod Æolicum est: vel quod in compositis ab ἵππος spiritus asperi ratio non semper habita est. Nam et *Alcippus*, *Aristippus*, *Leucippus*, *Lysippus*, tenuem literam retinent."

H

Æn. II, 469. AENA "Codex mirandæ vetustatis" apud Gell. N. A. II, iii. Ita factum et in Cod. Sax. vide *Wanley* Catal. Codd. Anglo-Sax. p. 156. Geo. II, 1. Æn. XI, 823. *Actenus* MS. Nonii Marcelli, p. 377. omnium antiquissimus. Æn. IX, 280. Aut *adversa*—Haut *R. B. Graccus* Charisius col. 62. "In voce GRACCURIS ne Tiberii quidem ætate fuisse C litteræ aspiratum, testimonio sunt hujus Imperatoris numi apud Suritam et Augustinum." *Giovenazzius* ad Liv. fragm. LIII. Cic de senectute xxiii. apud Non Marcell. p. 270. *Neque vero eos solum convenire* habeo—abeo MS. Cic. fragm. pro Scauro, p. 16. Em *quibus familiis, quam fœdis, quam contaminatis*—p. 17. Em *quibus testibus*—in fragm. pro Tullio p. 29. membranæ Ambrosianæ exhibent *Tyrinum* pro *Thyrinum*, uti Cod. Ambrosian. Quintiliani IV, ii. Comment. vet. ad Cic. fragm. pro Plancio p. 112. *Scolasticam*, et p. 115. *epiciremate* habet. Mox librarii tetrici scribendi generis studiosi H crebrius propinabant. A. Gell. XV, vii. *Augustus vetustatis amantissimus epistolam ad Caium Cæsarem hisce orditur, Have, mi Cai,*—. XVIII, iv. p. 484. abire—habire MS.; Hor. Serm. I. iii, 11. habebat *sæpe ducentos, Sæpe decem servos*—halebat *Codex Vossianus, hoc est*, alebat. In Cenotaphio Pisano Lucii l. 12. *habeant* loco *abeant*. Ausonius, 413. *possum fratris abare vicem.* Scaliger ad l. I, xxix. "*Corrector mutavit—fratris* habere *vicem.*" Pro *mitris mithris*, Afranius apud Comm. Ambros. ad or. in Clod. p. 21. *Hostia* et civitates adjacentes—ad or. pro Plancio p. 90. et in schol. sequioris ævi *hutili* pp. 138, 9. *hutile* 139. *hutilitas* 139. bis. In Lexico Latino-Gr. *H. St. Erile, Eri, Era*, (ut in *Ter.* Cod. Bembino), *Innit, Innitus, Innuli, Ircus, Irsutus, Umerus, Umilis, Umor, Umidus*; at vero præter consuetudinem nonnunquam ponitur; ut *Hahah, Abhominor, Havena, Ihon, lathrones, Helera, Parhæmium, Phusiacha, Hrabanus*.

"*Vi patefecerunt Bruges*" affert: neque de *Burrus* sibi amplius agendum existimans, in nomine *Bruges* considerando paullisper immoratur. in quo ipso nomine nihil aut de exclusa adspiratione *h*, aut de *P*, in *B* commutata, inquirens neque commemorans, de una litera *y*, ab eo remota, disputationem instituit; rectissimeque id ab Ennio cæterisque veteribus latinis factum docet: qui, quum græcæ illi litteræ nullum esse locum in suo sermone voluissent (contra quam ipsius Ciceronis ætate fieret: tunc enim non illi uni modo, verum etiam alteri, quam fuisse ζ supra dictum est, locus dabatur), excludere eamdem ab illo quoque nomine debuerunt. id vero non oportuisse modo, verum etiam necesse quodammodo fuisse ita ab illis fieri, continuo perquam ingeniosa subtilique ratione ostendit. quum enim nomen illud e græco latinum facere, hoc est a græcorum nominum inflexione ad latinorum rationem vellent traducere (qua in traductione genitivi quidem casus extremæ litteræ non *gon*, sed *gum*, dativi vero non *xi*, sed *gibus* essent futuræ, sic ut non *Phrygon* et *Phryxi* græce, sed *Phrygum* et *Phrygibus* latine dicendum esset), valde absurdum fuisset litteram illam græcam usquam ab iis sive in recto sive in obliquis casibus retineri. nam, si eam a solo recto removissent, sic, ut *Phruges*, non *Phryges* diceretur, tum rectus quidem ex græco latinus evasisset (recti enim ille exitus *ges* latinus est), sed in obliquis, latinum exitum cæteroquin habentibus, aliquid non latinum, græca illa nempe littera *y*, remansisset: quod certe erat absurdum. si vero a solis obliquis eamdem removissent, *Phrugum*, non *Phrygum*, et *Phrugibus*, non *Phrygibus*, usurpantes, tum rectus nominis ejus, cujus obliqui casus latini omni ex parte facti essent, nulla ex parte non græcus relinqueretur (*Phryges* enim plane atque omnibus litteris græca positio est): quod item absurdum erat. recte igitur nullum in tota illius nominis declinatione græcæ litteræ *y* locum esse voluerunt, ne, aut si eam in recto casu retinuissent, græce loqui, eumdem casum plane græcum usurpantes, cogerentur, aut, nisi eam ab obliquis removissent, iis non plane latinis uterentur.—Hujusmodi igitur latinos græcorum nominum casus, qui non eosdem, quos græce elati, exitus habeant, sive recti, sive obliqui, sive singulares sive plurales sint, *barbaros* * casus, hoc est, peregrinos

* Recte; sic Il. B, 867. Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων, ὅτι, inquit Strabo XIV, p. 946. καὶ πλεῖστα Ἑλληνικὰ ὀνόματα ἔχει καταμεμιγμένα. Ibid. p. 947. οὕτως οὖν καὶ τὸ βαρβαραφωνεῖν, καὶ τοὺς βαρβαραφώνους δεκτέον, τοὺς κακῶς Ἑλληνίζοντας. Schol. B. L. ad. l. ὅτι Κρητῶν ἄποικοι ὄντες ἐκρήτωσαν τὴν Ἑλληνίδα φωνήν. et in Soph. Aj. 1263. Teucro, propter hanc materni generis maculam, tanquam βαρβάρῳ Ἑλληνίζοντι τὴν φωνήν, irridet Agamemnon; τὴν βάρβαρον γὰρ γλῶσσαν οὐκ ἐπαΐω. Hinc Herodot. I, 57. εἰ τούτοισι τεκμαιρόμενον δεῖ λέγειν, ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες. Sæpius vero Ἑλληνικὰ καὶ βαρβαρικὰ inter sese adversa legimus: Herodot. III, 115. ὡς ἔστι Ἑλληνικὸν καὶ οὔ τι βαρβαρικόν, ubi vide *Valckenærium*. Æschyl. Pers. 191, 2. πάτραν δ' ἔναιον, ἡ μὲν Ἑλλάδα Κλήρῳ λαχοῦσα γαῖαν, ἡ δὲ βάρβαρον, *&c.*

SECT. IV. "in Latinis; ut in *servus* et *vulgus* †, ÆOLICUM DI-
"GAMMA desideratur." *Quintil. Inst. Orat. Lib.* I. [iv, 7. *Spalding.*]

111 * "Versa vice si sit prior U, sequatur illa, [I]
"Cum dico *vide*, contulit I sonum priori;
"Ast ipsa manet tempore quo sonabat ante:
"Vocalibus hoc et reliquis prædita [6] servat;
"Ut *vade, veni, vota* refer, teneto *vultum:*

atque exoticos, perquam apto vocabulo, et ab ipsis græcis primum invento atque usurpato, dicuntur. ac Marcus quidem Plautus græcas comœdias duas, *Asinariam* atque *Trinummum*, cum latinas a se factas vellet intelligi, *barbare* a se versas dixit: *Nunc, quod me dixi velle vobis dicere, Dicam. huic nomen græce est Onagos fabulæ: Demophilus scripsit, Marcus vortit barbare.* In Prolog. Asin. vers. 9. *Huic nomen græce est Thesauro fabulæ: Philemo scripsit, Plautus vortit barbare.* In Prol. Trin. vers. 18. Quam consuetudinem sequutus, M. Tullius (et Quintilianus supra) latinas declinationes, nominibus græcis adhibitas, *barbaros* (id est, *non græcos*) *casus* appellavit." LAGOMARSINI ad *J. Pogiani* Epist. I, pp. 189—194. Lucanus a WITHOFIO emendatus Phars. I, 555. *Tethyn Majoribus undis Hesperiam* Calpe; *culmenque implevit Atlantis.* Sed nomen *Calpe* Latinorum more flectere maluit Juv. Sat. XIV, 279. *Æquora transiliet; sed longe* Calpe *relicta*, Encæn. pp. 26, 7. Κάλπις apud Philostrat. Vit. A. T. v, i. p. 189. ed. *Olearii.*

† Quintil. I, vii. "Nostri præceptores *cervom*, *servom*que scripserunt." Priscian. col. 554. "*U* quoque multis Italiæ populis in usu non erat, sed e contrario utebantur O.—et maxime digamma antecedente hoc faciebant, ut *serℲos* pro *servus*, *Ⅎolgus* pro *vulgus*, *DaℲos* pro *Davus*." Vide *Spanhem.* de præst. et usu numism. p. 121. "*Certe post consonantem* V *non* um *sed* om *proferebant ætate Augusti*, ævom, divom, Calvom *etc. ut cum ex monumentis ejus ævi, tum ex vetustis* Virgilii *et* Horatii codicibus constat." *R. B.* ad Carm. II, xiv. 27. *Noris* ad Cenot. Pis. p. 471. Post consonantem V non *um* sed *om* proferebant Latini veteres 187. *Clavom, Parvola, robigine, servom, avolsos, Volcano, volgo, volgus, volgaria, volgarit, volpes, volt,* (R. B. ad Cic. Tusc. I, xxvii.), *voltis*. *Voltum, soltus* apud Horatium; at vero *exuviæ* perpetuo servant Codices MSS. *Geo.* IV, 19. Rivos, *et* Æn. III, 703. arduos, *Col. Med. In MSS. Ambros. Cic.* voltus, pervolgare, quom. Hor. Epod. XVII, 57. Volgata *R. B.*

6. prælata *Commelin.* in v. l. et addit, "*sed versus vitiosus.*" "voce *præditus* hoc sensu Auctor utitur v. 291. 533. 544. 632. 704. 717. 729. 753. 2075." *Santenius.*

"Crevisse sonum perspicis et coisse crassum; SECT. IV.
"Unde ÆOLIIS litera fingitur DIGAMMOS.

Terent. Maur. pag. 12 [=2387. *Putsch.* vss. 156—164. *Sant.*]

"Nominum multa inchoata literis vocalibus
1. "Usus ÆOLICUS reformat[7], et DIGAMMON præficit:
2. "(Æolum dialectos autem est fere mista[8] Italæ)

1. Vulgo *Æolicus usus reformat.* Quo pacto [Terharius et] Gerardus Vossius [in Etymologico v. *Vestis*] versus numeros laborare censens verborum ordinem immutavit. Sed erravit vir eruditus. Nam * integri sunt versus numeri. 112 *Quorsum igitur tu eum secutus es?* Propterea quod ex ordine suavior ac venustior evadit, de qua nil quidquam suspicatus videtur vir eruditus, accentuum ratio; nempe hoc modo habes '*Usus* '*Æolicús refórmat*—illo *Æolícus usús*—

2. Lectio vulgata *Æolica etiam dialectos*—in tertia sede contra metri trochaici leges dactylum repræsentat. Vossius

7. vertit "*sed claudicat versus.*" Commelin. in v. l.; *pervertit* ex Brissæo *Taylorus;* ipse autem maluit; *reformat. Æolicus usus vertit*—in textu exhibet *Santenius;* at in nota legit: Æolicus us*usque* v.

8. *Æolica etiam dialectos fere est mista Italæ* editiones Commelini et Putschii: ille inter v. l. recenset *Æolica dialectos autem mista ferme est Italæ.* rescripsit *R. B.*, *Æolica etiam Dialectos est fere mixta Italæ:* in exemplari Tayloriano, "lege *Æolum.*" *Santenius* Venetas et Parrhasianum quam proxime secutus exhibet, *Æolica dialectos autem mista ferme est Italæ:* et primam in *dialectôs* ex more Terentiano contrahendam censet; Mallem, *Æolum* (vel *Æolica*) *dialectos autem* MATER *est fere Italæ.* Quam facile voces *mater* et *mista* confundantur, nihil attinet dicere; Ovid. Met. III. 102. *Pallas adest: motæque jubet supponere terræ Vipereos dentes:* matri*que* Codex Mediceus. De Æolismo linguæ Latinæ vetus est opinio, quæ constat ex antiquissimis grammaticorum monimentis; "Dionys. Halic. I. xc. 'Ρωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν, οὔτ' ἄκραν Βάρβαρον, οὔτ' ἀπηρτισμένως 'Ελλάδα φθέγγονται, μικτὴν δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἔστιν ἡ πλείων Αἰολίς." Statuit *Valckenærius* linguam Latinam, si excipiamus pauca verba *Sabina* et externa vocabula, nihil aliud esse quam Æolico-Græcam. Orig. Græc. p. 45. Athenæus x, 425. A. παρὰ Ρωμαίοις δὲ οἱ εὐγενέστατοι τῶν παίδων——πάντα τοὺς Αἰολεῖς μιμούμενοι, ὡς κατὰ τοὺς τονοὺς τῆς φωνῆς· "intelligit Βαρυτονίαν." Conf. ad Hor. Carm. III, ii, 1. Quintil. I, VI, 31. "Æolica ratione, cui est sermo noster simillimus." Plin. VII, lviii.—"Veteres Græcas [literas] fuisse

SECT. IV. legit, *Æolum dialectos etiam ferme mista est Italæ.* Melius scripsisset *mista ferme.* Sanctius [p. 842. ed. *Perizonii*], *Æolica dialectos autem mista ferme est Italæ.* Sed vocis *ferme* nullus mihi usus occurrit, qui huic loco congruat, ac proinde *fere* retinendum censeo. Nec vero te moveat quod in lectione nostra vocula *autem* (quod alteri *etiam* prætulimus) ante vocalem plene sit enuncianda. Simili enim licentia alibi usus est Terentianus, pag. 25. l. 15. [=2395. *Putsch.* =551. *Santen.*]

Bina productas habere nec minus compertum est

pag. 35. l. 15 [=2401. *Putsch.* =850. *Santen.*].

Ire jam nunc ideo nobis visum est *consultius*

Cæterum hunc versum parenthesi includendum curavimus, ut vitetur solœcismus, qui in vulgata lectione obtinet; is autem in eo consistit, quod vox *ille* verss. 8, et 9. ex sermonis indole non nisi ad *Æolum dialectos* referri possit. *Annon vero præcedit* usus Æolicus *quo absque solœcismo vox ista referatur?* Atqui ad verba ista, eo ipso nomine quod præcedant, referri non potest, ni versus, in quo versamur, a cæterorum constructione separetur.

easdem pene quæ nunc sunt Latinæ." Tacit. Annal. xi, xiv.—"Has in Italia Etrusci ab Corintho Demarato; Aborigines Arcade ab Evandro didicerunt.—Formæ literis Latinis quæ veterrimis Græcorum." Salmas. de Hellenist. p. 25. "Ex Æolica lingua nata est Romana sive Latina, ex hac Italica. Latina hodie non magis in rerum natura censeri debet, quam Æolica." Conf. eundem in Plin. Exercit. p. 43. b. C.—F. et p. 627. a. E. Dionys. Halicarn. i, xxxi. *Huds.* Liv. i, vii. Plin. vii, lvi. Stephan. Byz. v. Ἀγύλλα. Sic arbitrantur *Scaliger*, *Casaubonus*, et *R. B.* ad Horat. Serm. ii, iv, 66. "*pleraque* Latinorum *nomina ex* Æolica dialecto *ducuntur.*" Atque in Schediasm. de metr. Ter. "ILLUD sane in Lingua Latina notabile, ne unum quidem verbum præter Monosyllaba Tonum in ultima habuisse.—Quod Olympiodorus a *Bentleio* citatus Fastui tribuit, id dialecto Æolicæ, *unde* lingua Latina *partem maximam profluxit*, rectius imputatur."—Cod. Harl. f. 144. *πᾶσα λέξις ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν παρ' ἡμῖν ὀξύ, παρὰ δὲ αἰολεῦσι βαρύ, χωρὶς τῶν προθεσέων καὶ τῶν συνδέσμων.* Excerpta e cod. Vat. apud *Bastium* ad Greg. Metrop. de Dial. p. 688. *Καὶ τὰς μὲν οὖν ὀξυτόνους λέξεις καταστρέφουσι, τὸ ποταμὸς πόταμος λέγοντες, καὶ τὸ καλὸς κάλος, καὶ τὸ σοφὸς σόφος.* Conf. Joann. Grammat. in Hort. Adonid. f. 236. a. *D. R.* Elog. *T. H.* p. 44. "*inventa Hemsterhusii ingenio Græcæ linguæ analogia, simul etiam Latinæ ratio diluxit, patuitque clarissime, quod pauci magis suspicati erant, quam intellexerant*, totam fere Latinam linguam ab Æolica fluxisse. *Restat, fa-*

" Εσπερον quem dico Græce, *Vesperum* cogno- SECT. IV.
minat[9];
" Εστια sic *Vesta* facta; *vestis* εσθης dicitur:
" Ινα quam Græce vocamus, *vim* jubet me dicere:
3. " Est εαρ[10] multis in usu, et magis Poeticum,
" Ηρ enim nativa vox est: ille *ver* hoc dictitat:
" Quos Homerus dixit Ἑνετους[11], ille *Venetos* autumat.

3. De numeris hic altum silet Vossius. Atqui tam certum est, quam quod certissimum, scripturam ab ipso cum aliis repræsentatam in prima versus sede trochæi * loco pyrrichium uno tempore minorem præferre. Ea utique sic se habet: Εαρ *est multis*— 113

teor, pars quædam, quæ invecta aliunde videatur. Verum aut fallor, aut exorietur aliquando vir doctus et ingeniosus, qui, Hemsterhusiana *analogia adjutus, eam quoque partem ad Græcam originem revocet, planissimeque demonstret,* omnem Latinam linguam pulcræ matris Græcæ pulcram filiam esse." Conf. Tayl. in Lect. Lys. p. 703.—Hanc figuram, de qua litem intendimus, præsertim frequentarunt Lacones, et horum in Italia coloni Tarentini. *Οἱ δὲ Ταραντῖνοι ἄποικοί εἰσι τῶν Λακεδαιμονίων.* 930. Grammaticus apud *Gaisford.* Hor. Carm. III, v, 56. *Lacedæmoniumque Tarentum.* Conf. Piers. ad Mær. 341. *Valck.* ad Adoniaz. p. 285. A. De hac re multi multa scriptitarunt; si operæ esset pretium eundem iterare Hylan, Palmerii, viri quidem perdocti, Exercitat. p. 514. consulas; hic Rhodus est, hic saltandum. Exemplis vocalium in Terentiano subinde distincte elatarum adde, p. 20 = v. 411. *Sic ὁ αὐτὸς separatim ω'υτὸς immistum sonat.* p. 27 = v. 617. *Est adhuc quo separatæ* I *et* V *dissentiant.* p. 51 = v. 1384. O cum E *tantum jugatæ longa semper syllaba est.* His addit *Santenius,* " vss. 331. 410. 412. 653. 658. 850. 860. 864. 930. 1328. 2310. 2318. 2370; et lectorem remittit ad *Burmann.* in Propert. II, xii, 1. *Heins.* ad Prudent. Cathemer. hymn. xii. 131. *Schrader.* Emendat. vi. p. 130." Vid. *Taylor.* ad Marm. Sandv. p. 43.

9. " Veneta: *cognominant.*" *Santenius.*

10. Est *ἴαρ multis in usu,* quod —*Hotchkisius;* Εἶαρ est *multis in usu,* sed *magis poeticum est, R. B.:* quam lectionem quoque divinando assecutus est *Santenius;* qui citat *Martial.* IX, II. *Dicunt* Eiarinon *tamen poëtæ.*— Mox, ʼΗΡ *enim nativa vox est;* Hesiod. Ἔργ. 460 (II, 80.). *Ϝῆρι πολεῖν·* 490 (II, 110.). *Μὴτ Ϝῆρ γιγνόμενον πολιὸν, μήτ' ὥριος ὄμβρος* [" *tweere*" nostrates]: Sappho fr. apud Schol. ad Soph. El. 147 (LXIII. *Blomfield.*). *Ϝῆρος ἄγγελ', ἱμερόφων' ἀηδοῖ. Poeticum est, Putschius.*

11. FENETOI infra p. 154. et Santenium vide qui cum leni

SECT. IV. "*Viola* flos et[12] nuncupatur, quem Graii vocant ἰον;
4. "Et Ιολαος ille *Violas*[13], crede Marco Tullio:

4. *Et Iolaos* violeus *fit*—*Edit. Sanctand.* et *Vossius:* Sanctius: *Et Iolaos ille* violens—Ego vero Marcum Tullium spiritu hoc nomen exhibet. Maurus solo pronomine *ille* plerumque Virgilium denotat.

12. Viola *flos qui nuncupatur, hunc Graii vocant* ἴον· ed. Commelin.; in v. l. Et viola flos *nuncupatur* quem *Graii vocant* ἴον. Sic utraque Veneta, a quibus "ne latum quidem unguem" recessit *Santenius*. *Viola flos* et n., *hunc*—*Putschius; Viola f. q.* nominatur, *hunc G. R. B.;* vide infra ad *R. D.* p. 185.

13. *Et* Iolaus, violens *fit*, ed. Commelin.; in v. l. *Et* Iolaus ille violens,—*Et* Iolaus, violeus *fit*, Putschius. *Violeus* fidenter legit *Salmasius*, et hanc explicandi rationem init: "*Iolaus* addito digamma fit *Violaus*. Quod *Violeus* dixit Grammaticus, ut versui consuleret. Nam et Ἰόλεως Græci, ut Μενέλεως. Ergo et *Violeus*. Graviter errat vir summus [*Turneb.* Advers. II, xxiii.], qui *violans* legit apud Terentianum.—Primum non *Violans*, sed *Violaus*, aut *Violeus* scribitur in Terentiano. Deinde *Iolaus* nomen nihil habet cum *viola* commune, nisi quod compositum est [l. *sit*] ex ἴον, quæ vox *violam* significat, et λᾶος." Plin. Exercit. p. 70. a. F. "*Et* ὄλαος *violens fit,*" *R.B.*, ni animi fallor. "Dawesio aliquatenus favet inscriptio Delphica apud *Dodwell.* Itin. Gr. T. II. p. 507. ΧΑΙΡΟΛΑΣ." *P. P. D.* Addend. ad *Aristoph.* Plut. 1012. (3.). Formam quoque a *Dawesio* restitutam probat Ruhnkenius apud *Santenium*. "Sic Antipatri filius, qui a plerisque Ἰόλλας, a Plutarcho in Alexandro p. 705. E. et 707. A. modo Ἰόλαος, modo Ἰόλας vocatur; sic etiam nobilis medicus, *Iolaus*, a Dioscoride *Iolas*, a Plinio *Iollas;* vide [*Salmas.* Plin. Exercit. p. 70. a. E.] *Perizon.* ad Ælian. V.H. XII, 3. ut ut igitur Latini ex Ἰόλη, quod apud Hesychium superest, *viola*, sic ex Ἰόλας *Violas* fecerunt. Jam Cicero *Violas* usurpavit in libris, ni fallor, philosophicis deperditis, more suo exprimens venustissimum locum Platonis Euthydem. p. 225. C. 2 (Læmar. = T. I. p. 297. C. H. St.). εἰμὶ φαυλότερος τοῦ Ἡρακλέους, ὃς οὐχ οἷός τε ἦν τῇ τε ὕδρᾳ διαμάχεσθαι, σοφιστρίᾳ οὔσῃ——, καὶ καρκίνῳ τινι ἑτέρῳ σοφιστῇ, ——ὃς ἐπειδὴ αὐτὸν ἐλύπει,—τὸν Ἰόλεων τὸν ἀδελφιδοῦν βοηθὸν ἐπεκαλέσατο." Sed mihi saltim probabile fit Tullium potius respexisse ad Phædon. quem evolvere diligenter solebat, p. 89. C. 4. Ἀλλ' ἦν δ' ἐγὼ, πρὸς δύο οὐδ' ὁ Ἡρακλῆς λέγεται οἷός τε εἶναι. Ἀλλὰ καὶ ἐμὲ, ἔφη, τὸν Ἰόλεων παρακάλει, ἕως ἔτι φῶς ἐστίν. Παρακαλῶ τοίνυν, ἔφην, οὐχ ὡς Ἡρακλῆς, ἀλλ' ὡς Ἰόλεως τὸν Ἡρακλῆ. Conf. de Legg. XI. p. 919. B. 6. *Et Iolaus ille VIolens*, legit *Santenius;* "amicus pro *ille* substituebat *inde*. Ceterum Violens cognomen occurrit proprium Volumniorum; vide Pighii Annales ad A. U. C. 446." *Violentilla* ὑποκοριστικὸν

docuisse vel *violeus* vel *violens* τῳ ΙΟΛΑΟΣ respondisse vix unquam credidero. Explicent ii, velim, quibus utrumvis adridere poterit. Mihi interim persuasum est significasse Oratorum principem pro communium Græcorum ΙΟΛΑΟΣ Æoles scripsisse ϜΙΟΛΑΣ, vel forte ϜΙΟΛΑϜΣ; atque hinc apud Latinos nomen *Violas* locum habuisse. Nam eadem plane analogia ab iisdem Æolensibus scribi videmus ΜΕΝΕΛΑΣ, ΑΡΧΕΛΑΣ &c. pro communibus ΜΕΝΕΛΑΟΣ, ΑΡΧΕΛΑΟΣ &c. pro quibus Attici usurpabant ΜΕΝΕΛΕΗΩΣ, ΑΡΧΕΛΕΗΩΣ &c. Iones autem ΜΕΝΕΛΑWΟΣ, ΑΡΚΕΛΑWΟΣ; hi similiter WΙΟΛΑWΟΣ, illi ΙΟΛΕΗΩΣ: Æoles autem modo ϜΙΟΛΑϜΟΣ modo ϜΙΟΛΑΣ. Eorum autem quæ a Terentiano in his versibus traduntur summa huc denique recidit: pro istis communium Græcorum ΕΣΠΕΡΟΣ, ΕΣΤΙΑ, ΕΣΘΗΣ, ΙΣ, ΗΡ, ΕΝΕΤΟΙ, ΙΟΝ, ΙΟΛΑΟΣ, ΙΤΥΣ; Æoles dixisse ϜΕΣΠΕΡΟΣ, ϜΕΣΤΙΑ, ϜΕΣΘΗΣ, ϜΙΣ, ϜΗΡ, ϜΕΝΕΤΟΙ, ϜΙΟΝ, ϜΙΟΛΑΣ, ϜΙΤΥΣ: atque hinc porro fluxisse Latina *Vesperus*, *Vesta*, *Vestis*, *vis*, *ver*, *Veneti*, *viola*, *Violas*, et forte *vitys*. SECT. IV.

—Stellæ poetæ conjux: *Pudens* nomen proprium apud *Milner. in Hist. Winton.* Vol. I. p. . *Pulcher* apud *Sen.* Controv. T. III. p. 359. ΠΟVΛΧΕΡ in Inscript Gr. Corbrigiæ effossa; vide Arch. Vol. III. pp. 184. 324. 332. Strabo XIV. p. 1004. A. Πόπλιος Κλαύδιος Πουλχερ—Anthol. Gr. p. 360. H. St. Εἰς Κρατερὸν σοφιστήν. Mallem ϜΙΟΛΕϜΣ, nam *violcus* Putsch.; et in hoc loco dialectus Æolica regnat: sed formam lingua et litteris Æolicis ex hisce latebris scalpere nequeo. Vide *P. P. D.* infra ad *R. D.* p. 253. Archilochus fr. LX, 2. Αὐτός τε κιόλαος, αἰχμητὰ δύω· "Μενέλεως *fuit flexus* Atticis *communis cum Ionibus. Dorienses talia nomina per as extulerunt.*" *Koen.* ad Greg. p. 17. infra ΜΕΝΕΛΑΣ Eur. Troad. 212. et auctor Rhes. 257. 'ΑΓΕΣΙΛΑΣ (Pluto) apud Callimachum L. P. 130. φοιτασεῖ, μεγάλῳ τίμιος 'Αγεσίλᾳ. Epigramma apud Gruterum P. MCXXX. a *T. H.* emendatum, Μή σοι μηνίσῃ πικρὸν ἐπ' 'Αγεσίλας ΑΝΑΞΙΛΑΣ Koen. ad Greg. p. 9. 'ΑΡΧΕΛΑΣ Aristoph. Equit. 164. τούτων ἁπάντων αὐτὸς ἀρχέλας ἔσει, Hesychius 'Αρχέλας. et infra 'Αρχίλαν. ἀρχιποίμενα. Κρῆτες. (ΒΡΑΣΙΔΑΣ Vesp. 473. Καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ, Pac. 639. ὡς φρονεῖ τὰ Βρασίδου. Conf. *R. P.* apud *P. P. D.* ad l.). ΒΡΑΣΙΛΑΣ Theocr. Id. VII. 11. ἁμὶν τῷ Βρασίλα κατεφαίνετο· ΧΑΡΙΛΑΣ Archilochus apud Athen. X, 415. E. (Fragm. XXIX, 1. *Gaisford.*) Ερασμονίδη Χαρίλα, Callim. Epigr. XIV, 1. Ἦ ῥ' ὑπό σοι Χαρίλας ἀναπαύεται; 3. ὦ Χαρίλα, τί τὰ νέρθε; Inscript. Boudelot. ΑΡΚΕΛΑΣ· ΑΡΚΕΣΙΛΑΣ. Conf. Diog. Laert. I. p. 253. Xenoph. Anab. V, vi, 11. φιλίας ἕνεκα τῆς ΚΟΡΥ'ΛΑ λέγειν, ibid. 14. ΣΑΜΟΛΑ'Ν 'Αχαιόν. Demosth. de Cor. p. 358. *Bekker.* ΠΕΡΙ'ΛΑΣ, ΤΙΜΟ'ΛΑΣ. Sic Δορύλαος—Δορύλας. Πτερέλαος—Πτερέλας.

SECT. IV.

"Quamque[14] *ιτυν* dicunt Achæi, hanc *vityn* gens Æoli.
"Plura Sappho comprobavit[15], Æoles et cæteri.
Idem pag. 28 [=2327=647—659. *Sant.*]

Apollon. de Adverb. p. 585. *Bekker.* Conf. infra ad v. Ϝιόλαος.

14. Quanq. compendio exhibet Veneta: quanquam ἴτυν—βίτυν *gens* Æolis. in textu *Commelin.* et *Putschii*: *Vitym* utraque servat Veneta, *Vitem* Sanctius; "Quid? si, genere masculino usus, intellexerit Maurus Procnæ filium, quem Sappho ϜΙΤΥΝ dixerit." Ex Ovidio, quem laudat *Santenius*, liquido patet Sapphonem Ityn commemorasse; Heroid. xv, 155. *Concinit Ismarium Daulius ales Ityn; Ales Ityn, Sappho desertos cantat amores.* *Æolis* vulgatam citat *Taylorus* Lect. Lys. p. 721. et Adversariis; *Æoli* v. l. in ed. Commelin.

15. *comprobabit* v. l. *Commelin.*; *Æoliis* [*Æolis* ex Venet. et Parrhas. Taylor.] et cæteri. Brissæus et *Putschius*, *Æoles* Commelin. Non abs re existimo futurum si molem testimoniorum, indigestam quidem et tristissimis cladibus usquequaque laceratam, ut prima specie Sybillæ folia videantur, hoc loco subjiciam. Victorinus p. 21=2461. *Litera* U *vocalis est, sed eadem vicem obtinet* consonantis; *cujus potestatis notam Græci habent* F; *nostri* VAU *vocant, et alii* Digamma. *Ea per se scripta non facit syllabam, antea posita* [f. anteposita] *autem vocali facit, ut,* Ϝάμαξα, Ϝεκήβολος, et Ϝέλενη: *nos vero, qui non habemus hujus vocis nomen aut notam, in ejus locum, quoties una vocalis pluresve junctæ unam syllabam faciunt, substituimus* U *literam.* Aulus Gellius xiv, v.—Legendum ex MS. Parisino præstantissimo et ED. PR. Diuus, *et* riuus, *et* cliuus, *et similia nomina non* us *syllaba terminantur, sed ea quæ per* u *scribenda est, propter cujus syllabæ sonum declarandum reperta erat nova littera* F, *quæ* Digamma *appellatur.* Valerius Probus *col.* 1507. Ⅎ *pro* V, *ut* SerⅎIus, ⅎulgus, ⅎixit, *pro* servus, vulgus, vixit, *et* Digamma Æolicum *appellatur.*" [" Valerius Probus anno secundo imperii Neronis floruit, et usque ad Trajani tempora vixit." *Noris* p. 464.] P. Diaconus *col.* 1587. digamma Æolicum Ⅎ, *ut in multis sepulcris.* SERⅎVS, ⅎVLGVS, ⅎALE, ⅎIXIT. Charisius *col.* 57. Seruus, ceruus, vulgus, *a quibusdam per* u *et* o, *videlicet quia duæ vocales geminari, ut unam syllabam faciant, non possunt. Sed per duo* u *scribi debent, quia et sic sonant, et ambiguitas casuum tollitur, et unum* u *loco* consonantis *accipitur.* [Charisius floruit ante Priscianum.] Diomedes *col.* 416. "*Huic item* [u] Digamma *ascribi solet, ut cum sibi ipsi præponitur, ut* serFus, Fulgus: *nam* U *literam geminari in una syllaba posse plurimi negant.*" Conf. *Noris* ad Cenotaph. Pis. p. 471. Donatus *ad* Andriam Terentii i, ii. Dauus *non recte scribitur;* Dauos *scribendum: quod nulla litera vocalis geminata unam syllabam facit* [conf. col. 1736.]. *Sed quia ambiguitas vitanda est*

"—Ex adjectis autem nostros [Latinos] solum X "recepisse, F vero, G, et Q in Græcis etiam literis "fuisse et nunc esse, sed G numero servire atque

nominativi singularis et accusativi pluralis; necessario pro hac regula Digamma *utimur, et scribimus* Daꟻus, *Serꟻus, corꟻus.* Velius Longus, *col.* 2222. *Demonstravimus* V *literam totiens* consonantis *vim habere, quotiens pro eo ponitur quod apud Græcos dicitur* Digamma. conf. col. 2215. [" Velius Longus ante Antonini Pii principatum floruit." *Noris* p. 171.] Scaurus p. 2254. V *litera omnibus vocalibus et præjectiva et subjectiva consentit, ut* Va, Ve, Vi, Vo, Vu: *in quibus syllabis non vocalis sed* consonans *est; est enim posita pro* Digamma, *quod quidam Græcorum etiam* VAU *appellant.* [Scaurus fere Velii æqualis.] Cledonius *col.* 1882. V *scilicet interdum* digammon *adscribi solet; alii sic volunt esse* digammon.—*hoc ab Æolicis processit.* Alcuinus *col.* 2083. I *et* V *transeunt in* consonantium *potestatem, cum in principio syllabæ aliis vocalibus junguntur;—Fiunt quoque hæ ipsæ mediæ quando* Υ *Græcæ vocalis sonum habent.*—V *quoque* duplicis gamma *in quibusdam locis accipitur;—et ubicunque* V *loco* consonantis *ponitur, semper pro* digamma *habenda est.* Cassiodorus *ex* Annæo Cornuto col. 2282. "*Nos hodie* V *literam in duarum literarum potestatem coegimus: nam modo pro* digamma *scribitur, modo pro* vocali. *Vocalis est, cum ipsa per se est. Hoc enim cum cæteris quoque vocalibus patitur. Si cum alia vocali,* digamma *est, quæ est consonans.*" Idem *ex* Papiriano *col.* 2292. *Præterea non respexerunt unum* U *toties* consonantis *vim habere, quoties pro* consonante *ponitur, quod apud Græcos* Digammon *vocatur.*" Idem *ex* Martyrio; col. 2297. *nullo enim modo poterat ipsa sibi* V *præponi, non conjuncta etiam aliæ consonanti in prima syllaba: cum tamen dissimilis* (f. similis) *continuo litera fuerit subsecuta, ut* vultus, vulgus, Vulcanus, *per* V digammon *scribentur.*—Idem *ex* Lucio Cæcilio *col.* 2317. digammon Æolicum *pro quo nos* V *loco* consonantis *posita utimur.* Hisce tabulis attritis, deformatis, e naufragio vix enatantibus irridebunt complures: vellem talia viris egregiis haud exciderint: usus τοῦ digamma magis testimonio quam probatione niti videtur, de quo omnia Homeridis absolute nosse convenit.—χρεὼ δέ σε πάντα πυθέσθαι. " Nam et illi qui paria dicunt, communia dicta confirmant; et isti, qui varia ponunt, per verba multiplicia commonent, quemadmodum scribere et loqui debeamus." Viderint eruditi ne fallaces τοῦ Ϝ tractus in Hebraicis characteribus sine fructu aucupentur; et, ut facilem *D. R.* monito aurem præbeant, enixe rogo: "*Nollemus tamen, vir eruditus* (Ignarra) *ad ludibria* originum orientalium *delapsus esset, imitatione magistri* Mazochii, *quem, constat, omnia* Græca *et* Latina *ex* Hebraica lingua *repetiisse, et his nugis* Vossii Etymologicon, *quod nuper Neapoli recusum est, refereisse.*" Vid. infra ad *R.D.* p. 117.

SECT. IV. " nonaginta significare, F autem ÆOLIIS *duntaxat* * " idem valere quod apud nos V cum pro conso-

114 " nanti scribitur; vocarique VAU ‡ et DIGAMMA," *Mar. Victorin.* pag. 30 [=c. 2468.].

—" Et I quidem quando post V consonantem " loco DIGAMMA F ÆOLICI functam ponitur brevis " —*Priscian. Lib.* I. *Cap. de Literis.* [f. 3. a. *Ald.* =c. " 539. *Putsch.*] Apud antiquissimos Græcorum non " plus quam sedecim erant literæ; quibus ab illis " acceptis Latini antiquitatem servaverunt perpe- " tuam. Nam si verissime velimus inspicere eas, " hoc est sedecim, non plus quam duas additas in " Latino inveniemus sermone, F ÆOLICUM DI- " GAMMA, quod apud antiquissimos Latinorum ean- " dem vim quam apud Æoles habuit Φ [16]; eum

‡ BAU *Putschius.*

16. *vim quam apud Æoles habuit; eum*—MS. Cantab. et ed. Aldi. Recte: vide supra p. 184. Excerpt. MS. ex Tryphone in Mus. Brit. *προστίθεται δὲ τὸ δίγαμμα παρά τε αἰολεῦσι, καὶ ἴωσι, καὶ λάκωσιν, οἷον ἄναξ Γουάναξ, καὶ παρ' ἀλκαίῳ τὸ ῥῆξις* Γουρῆξις *εἴρηται.* in MS. quidem Bodl. *φουάναξ, ἕλενα φουέλενα.* Sic Robortellus in Emendat. lib. II. c. lii. nos docet in *Suffetii* nomine exarando " *Φουφέτιον* scripsisse Halicarnasseum, *Βουβέτιον* Plutarchum." Conf. ad v. Fρήξις. Restitue, Il. H, 45. ἐFάνδανε. Num in Il. B, 217. 219. pro Φολκὸς et Φοξὸς legendum Fολξὸς et Fοξός; " In tabula Eugubiana Latina signum illud F digammatis Græci potestatem habet, non Romanæ istius litteræ F; quam ea ætate ita invaluisse haud verisimile est." *Knight* Proleg. cxv. Strabo v, 333. Ἑξῆς δὲ Φορμίαι Λακωνικὸν κτίσμα ἐστὶν, Ορμίαι λεγόμενον πρότερον διὰ τὸ εὔορμον. Vide Sanctii Minerv. p. 842. Plin. I. p. 135, 4. " Oppidum *Formiæ*, *Hormiæ* prius olim dictum." Hesychius, Ὄρμικας. μύρμηξ. Glossa e suo loco excidit; lege, Μύρμηκας. Fόρμικας. i. e. litteris Romanis, *Formicas*; vide *R. P.* Opusc. p. 284. De Falisca Etruscorum vide SALMAS. Plin. Exercit. p. 43. G. et p. 44. A—D.; et Præsulis illius præstantissimi, qui e sacro fastigio Ecclesiam nostram acerrime vindicat, quam ex humiliore munitione tam feliciter antehac propugnaverat, *Horas Pelasgicas*, pp. 127—133. Infra *Plin.* III, XVI. *Dein* Volane, *quod ante* Olane *vocabatur*, —Ὄλανος et Ὄλανος apud *Schweigheuserum* ad Polyb. II. qui hodie non est in promptu. Latini antiqui, qui multum Æoles imitantur, modo aspirationem repudiabant, ut in carmine Arvali, TRIVMPE, TRIVMPE, TRIVMPE; modo F loco PH uti passim consueverunt. M. Capella, p. 84. " Sed nec F excludunt, cum dicamus *triumfo*,

44. Prout in exemplari suo a me obiter inspecto, Aristophani, deliciis suis redonaverat *Matthæus Raper*; Ἁγάθων Thesm. 30. 101. (Sic *Tyrwhitt.*) Ἁγὼν Ach. 391. (ὡς σκῆψιν ἀγὼν οὗτος οὐ προσδέξεται) *R. P.* Opusc. p. 29. et ad Or. 851. Idem quoque vir summus Ar. Vesp. 532. ægrum et labantem sanitati restituit, Σοὶ μέγας ἔστ' ἀγὼν νῦν· et Ran. 891, dudum correxerat Dawesius infra p. 240. Soph. Œd. Col. 1148. Χὤπως μὲν ἀγὼν οὗτος ᾑρέθη,—rescribas Χὤπως ἀγὼν ὅδ' ᾑρέθη, sed optime ex *Reisigio* reposuit *Elmsleius*, Χὤπως μὲν ἁγὼν ᾑρέθη. ἀδελφὸς Thesm. 412. (Sic *Tyrwhitt.*) ἀθμονεὺς Pac. 918. (*R. D.* p. 258. et *Tyrwhitt.*) ἄναξ Vesp. 816. Ἀναφλύστιος Ran. 480. (Eccles. 972. Αὐτὸν σεβινοῦνθ', ὃν edd. Ald. et Junt. 1. 2. οὐ τὸν σεβινοῦνθ', ὃν Ravennas; hinc Οὐ τὸν Σεβῖνον, ὃν pulcre eruit *Reisigius* Pr. xiii. Hanc emendationem præoccupaverat amicus.) Conf. *R. P.* ad Or. 1645. ἀνὴρ Nub. 1029. Ran. 1530. Eq. 511. (sic *Tyrwhittus.*) 755. (sic *R. D.* p. 252. et *Tyrwhitt.*) Acharn. 239. (sic *Tyrwhitt.*) 422. 493. 626. 837. (sic utroque loco *Tyrwhittus.*) Vesp. 207. 269. et *R. D.* p. 267. 343. 913. Pac. 649. Eccl. 62. et *R. D.* p. 217. 204. 354. 367. vulg. Thesm. 453. 502. et *R. D.* p. 328. (*Tyrwhitt.*) 642. (sic *Tyrwhittus.*) Lys. 221. 222. 514. 1119. et *Tyrwhitt.* ἄνθρακες Acharn. 347. et *R. D.* p. 331. ἄνθρωπος Thesm. 2. Lys. 988. ἤνθρωπος Lys. 935. " *Toup.* in Suid. I. p. 13. (24. Oxon.). Cur. Noviss. in Suid. p. 106. (147. Oxon.) ex Scholiaste." *R. P.* apud *P.P.D.* et *Tyrwhitt.* ἄρχων Vesp. 303. 1103. Ἀχραδούσιος Eccles. 362. In schedis Thomas Tyrwhittus; 1. " Eur. Suppl. 852. (862.) ὅστις ἐστὶν ἀγαθός." 2. " Soph. El. p. 143. (1492.) *l.* νῦν ἐστὶν ἁγὼν (ὡ'γὼν *R. B.*) Eur. Suppl. 754. *l.* Ὧν δ' οὕνεχ' ἁγὼν ἦν, Heraclid. 722. Phœn. 591 (597.). Helen. 1096. Orest. 859 (851.). Herc. Fur. 1189. 1311." 3. " Eur. El." [43. ἀνὴρ *Gaisford.*] " 349. *l.* Τί φασιν; ἁνήρ ἐστι; Ibid. 364. *l.* Πρὸς Θεῶν, ὅδ' ἁνήρ; V. 380. Helen. 1222. *l.* Ποδαπὸς δ' ὅδ' ἁνήρ; V. Bacch. 449. 644. 846. Cycl. 587. Phœn.

1650 (1670.). Heracl. 459. 1049. Soph. Philoct. 215 (212.). 1000 (976.)." Hæc vetustarum servator formarum, vetustum testatur marmor Sigeum. "Iota scilicet nusquam addi oportet, nisi ubi καὶ cum dipthongo crasin efficit, ut in κᾆτα pro καὶ εἶτα." Pors. ad Hec. iv.: iterum; "Edidi autem ὡὑτὸς ex Dawesii præcepto et analogiæ rationibus." ad Hec. 299=295. ἀ'γαθοὶ Hec. 1216=1208. οἱ 'γορανόμοι rectius in margine exemplaris sui *Bentleius*, et *Tyrwhittus*, in conj. p. 44.; ἀγορανόμοι rectissime *Elmsleius*. ἀ'γὼν (*Scaliger* et) *R. P.* ad Eur. Or. 851. Suppl. 754. Soph. El. 1492. ἀλεκτρυὼν Aristoph. Amphiar. III. ἀ'λετρίβανον Pac. 264. ἀ'λετρίβανος 268. 281. ἀ'λήθεια Eur. Ph. 936. ἀλιτήριος Eupolidi et Menandro restituit Advss. p. 75. ἀνὴρ Æschyl. Choeph. 722. Eum. 316. 574. 755. Soph. Aj. 9. 783. (1355. *Hermannus*.) Eur. Ph. 1670. ἄ'νδρες Or. 1289. Ἀπόλλων Ran. 1214. conf. *Markland*. ad Eur. Suppl. 975=985. Amicus desideratissimus, *P.P. Dobræus*, literis ad me a Lutetiis datis anno salutis 1814 inter alias scribendi formulas in Demosth. Codice optimo Parisiensi 2934. passim occurrentes, ἄνθρωπος et ἀγὼ * scribam semper custodire, certiorem me fecit. Audi etiam *Bekkerum* ad Demosth. Olynth. I. p. II. "Libri ἄνθρωπος et hic et §. 24. Philip. I, 57. Coron. 303. Fals. Leg. 96. et 350 (349). Mid. 224. Aristocrat. 170. Aristogit. I, 72. Bœot. 2, 62, deficiente casum rectum, qui obliquos usque comitatur, articulo. Quod rescripsi, a S (i. e. Cod. Paris. 2934.) accepi Olynth. 3, 18. et Philipp. I. 12. Eadem causa fuit reponendi ἄνθρωποι Cherson. 16. Timocrat. 15. Epitaph. 6: ἀδελφὸς Fals. Leg. 262. Mid. 100. Aphob. 3. 20. Theocrin. 35. (conf. Fals. Leg. 136. Euerg. 72. Theocrin. 87:) ἀνὴρ Leptin. 47. 52. Epist. 3, 25. (conf. Leptin. 38.) αὑτὸς est Leptin. 54. coll. 166. reddendum fortasse Mid. 237. Simile ἂν i. e. ἃ ἂν Leptin. 104. Bœot. I, 26. Stephan. 2, 7." Hanc crasin *R. B.*, formarum Atticarum perspicacissimum, effugisse, mirum profecto. In dissertatione de Phalaride pp. 219, 20=119, 20., Lennep. "ἅτερος non est *Doricum*, sed *Ionicum* et *Atticum*. Utuntur eo Herodotus, IV, 11. Ἔστι δὲ

* Plura etiam, quibus lectorem non privabo, mecum communicavit amicus eruditissimus, unde codicis ingenium perspici queat: "*The scribe was a good scholar—He writes (I believe constantly)* κἀν, *in one instance* οὐκἀν *for* οὐκ ἂν,—[οὐδὲ μιᾶσ', *but* οὐδὲν *and* μηδὲν] κακεῖνος, τἆλλα, τοὔνομα, τἀληθῆ etc. *without apostrophes.* τολμᾶν, ὁρᾶν *etc. without* ι. ἡ *instead of* ἢ *disjunctive almost always without accent.* ὁ 'κῆρυξ i. e. ἢ 'κεῖνος [quæ est perpetua hujus pronominis in bonis libris vel elisio vel crasis. *Bekker.* ad *Dem.* Phil. I. p. 45.]—*On the contrary he writes* μέντ' ἄν. ὥστ' ἄν, ὅτ' ἄν——θρυλεῖν *not* λλ. σώζειν θνήσκειν. *Often has* ν *final when a consonant begins the next word, especially if there be a stop or even a pause in the recitation.*" Hinc quoque liquido constat miram quandam in his etiam inter ipsos librarios membranarum Clarkio-Bodleianarum Platonis et codicis illius optimi Demosthenis similitudinem intercedere: ambo videntur amantissimi vetustatis: uterque emendate scribendi usquequaque asperi exactores. Dicta firmare vellem: sed hæc quoque vereor ne modum excesserint: vide omnino *Lectiones Platonicas* viri eruditissimi et Græcarum literarum apud Oxonienses Professoris præclari.

SECT. IV.

Alterum vetustatis monumentum conservavit Athenæus [xi. 466. F.], quod in istis Achæi tragici versibus continetur:

Ο δε σκυφος με του θεου καλει παλαι,
Το γραμμα φαινον ΔΕΛΤΑ, ΙΩΤΑ, και τριτον
Ο. Ν του Υ παρεστι· κουκ απουσιαν,
Εκ τουπεκεινα ΣΑΝ, τοτε Ο κηρυσσετον.

Ita utique vulgo repræsentantur. Versum autem tertium sic refingendum judicavit præstantissimus Casaubonus:

Ο. Νυ τ αυ παρεστι, κουκ απεστιν Υ.

in versu etiam ultimo idem scribit το τ Ο: locum autem sic interpretatur: *Dudum est cum me Dei scyphus vocat, literam ostendens* Δ, I, *et tertiam* O. *etiam* N *adest; neque abest* Υ. *ulterius prædicant Dei nomen duæ literæ* Σ *et* O. Verum juxta hanc interpretationem atrox in Græcis habetur solœcismus, Ο σκυφος φαινον: neque enim hic φαινον archaice scribi pro φαινων argumento est alterum illud Ιωτα. Utraque porro conjectura viro summo minus feli-
123 citer cessit. Nempe tertius, quem venditavit, * versus nullus est. Nec vero si Νυ τε αυ scribas quod et a viro doctiss. profectum existimo, quidquam profeceris: nam in versus scansione necessario elidenda est vocalis brevis sequente altera. In istis autem το τ Ο articuli usus Græci sermonis indoli adversatur. Faciamus jam et nos periculum, an

καὶ ἅτερος λόγος" [ἄλλος ex MSS. Arch. Pass. Ask. prætulit *Wesselingius*], "et in Aj. [1109.] Sophocles εἴθ' ἅτερος στρατηγός." Probasset certe præstantissimus vir, si marmor Sigeum paulo impensius explorasset. Hanc etiam scribendi rectitudinem neglexit *Brunckius*, qui in addendis ad Nub. 995., ait, "Solent Attici articuli τὸ cum sequente α crasin facere in α, non in ω, Soph. Œd. T. iii. 356. Ant. 275. 1059. Menander apud Stob. Flor. Grot. p. 29." Conf. *Bengel.* in Præf. N. T. et in Apparatu Crit.; *Lobeck.* ad Soph. Aj. 9. 1181—1185.; *Butmann.* ad Soph. Ph. 40. 119. 521. 1330.; infra ad *R. D.* p. 240., et *P.P.D.* ad *R. P.* emend. in Pac. 269.

lectionem suggerere possimus nullo incommodo laboraturam: eam igitur sic concipe: SECT. IV.

———————————και τριτον
ΟΥ. ΝΥ παρεστι, κουκ απουσιαν εχει
Υ. κ του πεκεινα ΣΑΝ, τοτ ΟΥ. κηρυσσετον

aut etiam—απουσιαν εχ Υ Εκ τουπεκεινα. Nempe απουσιαν εχει pari ratione hic dicitur, atque apud Sophoclem παρουσιαν εχειν Aj. 540.

Τι δητα μελλει μην ΠΑΡΟΥΣΙΑΝ ΕΧΕΙΝ;

Quod autem ad verbum duale κηρυσσετον attinet, finge modo Satyrum duos hic adloqui, ut τοτ ΟΥ κηρυσσετον valeat, *tum demum* [ut integram poculi inscriptionem compleatis] *O proferte:* et sententiam sat commodam habebis. Denique ista Το γραμμα φαινον interpretare, *Cujus inscriptio præfert* Δ *&c.* Nempe hæc verba absolute usurpantur non secus atque passim εξον, μετον, παρον; uti et ειρημενον Lysistr. 13.

ΕΙΡΗΜΕΝΟΝ [45] δ αυταις απαντᾳν ενθαδε
Βουλευσομεναισιν ου περι φαυλου πραγματος,
Ευδουσι κουκ ἡκουσιν——

* et πτιλον πεσον Acharn. 1181. 124

ΠΤΙΛΟΝ δε το μεγα κομπολακυθου ΠΕΣΟΝ
Προς ταις πετραισι, δεινον εξηυδα μελος.

Quæ duo exempla laudavit inter alia Cl. Kusterus ad Plut 277. Is autem locus sic repræsentatur:

Εν τῃ σορῳ νυνι ΛΑΧΟΝ [46] ΤΟ ΓΡΑΜΜΑ σου δικαζειν,
Συ δ ου βαδιζεις.——————

Ubi λαχον το γραμμα plane gemellum est alteri illi

45. Al. εἰρημένου. Sed Atticus Nominativus; Suidas in εἰρημένον. *R. B.* Conf. *Koen.* ad Greg. 15. 33. 69. 317. *Brunck.* ad Plut. 277. *Hermann.* ad Viger. p. 751.

46. λαχὼν MS. D'Orv. Ald. et Schol. Bas. 1, 2. λαχὸν MSS. Arund. D, E, F, I, T; et C cum interpr. κληρωθέν. Edd. Junt. 1, 2. Conf. supra ad p. 37. et *P. P. D.* in Addend. ad Plut. p. (102).

SECT. IV. το γραμμα φαινον: ibi vero teste doctiss. Hemsterhuisio exemplaria duo MSS. tertiumque typis excusum, succinente Ed. Fl. scholiaste, ΛΑΧΩΝ exhibent. Atque hanc quidem scripturam omnino veram esse censeo. Nam verbi λαχειν notio apud scriptores Atticos non jam neutra est, *sorte obvenisse;* sed activa duntaxat *sortitum esse* [47]. Illius autem, quod assert vir Cl. Nub. 163.

> Επειτα ΚΟΙΛΟΝ προς στενῳ ΠΡΟΣΚΕΙΜΕΝΟΝ
> Τον πρωκτον ηχειν ὑπο βιας του πνευματος,

longe alia est constructio. Ibi utique κοιλον et προσκειμενον non jam absolute adhibentur, sed ad πρωκτον referuntur [48].

47. "*Laudari quidem video quendam* Platonis *locum tanquam sensus prioris exemplum: και δη το* [l. και] *μετα τουτο δωδεκα θεοις δωδεκα κληρους θεντας, επονομασαι και καθιερωσαι το* ΛΑΧΟΝ *μερος ἑκαστῳ τῳ θεῳ, και φυλην αυτην επονομασαι. Frustra: neque enim necesse est ut interpreteris,* singulas partes, ut *sorte obtigerunt. Nec vero ea est loci constructio, ut ἑκαστῳ τῳ θεῳ ad λαχον, sed ad καθιερωσαι referantur. Rectius multo* Marsilius Ficinus: deinde duodecim sortes diis duodecim attribuere; partem quamlibet (*melius fuisset* quamque) *sortis participem* suo consecrare deo, tribumque ipsam vocare. *Unum obiter moneo, legendum utique esse* ΤΟΙΣ δωδεκα θεοις; *uti apud* Aristophanem *Equ.* 235. Ουτοι, μα ΤΟΥΣ ΔΩΔΕΚΑ ΘΕΟΥΣ, χαιρησετον. *aliorumque, επονομασαι και καθιερωσαι—και—επονομασαι magis importunum esse quam quod a* Platone *proficisci potuerit; ista autem επονομασαι και delenda esse: ac tertium, pro αυτην scribendum αυτο." R. D. Add. et Corr.* Occurrit locus apud *Plat.* de Legg. v, 612. B. Lemar., 6. = T. ii, 745. D. 9. HSt.; apud *Budæum* in Comment. Ling. Gr. p. 233. ed. R. St., quem nocturna manu versavit *R. D.*, et apud H. Steph. Thes. L. Gr. ii, 545. D; καὶ δὴ καὶ μετὰ τοῦτο Codices optimus Parisinus et Vossianus, qui nullam præterea lectionis varietatem agnoscunt.

48. De vexatissimo *Achæi* loco hæc Tyrwhittus: "*Achæi locum, ut apud Athenæum extat,* L. xi. p. 466. [F.] *descripsit Dawesius. In eo emendando et interpretando a Casaubono procul discedit; ab utroque Cl. Toupius in alia omnia abit, Epist. ad* Episc. Gloucest. p. 21 [v. ii. p. 552. ed. Ox.]. *Longum esset singula indicare in quibus a* iii *viris his illustribus ipse dissentire cogar. Simplicius erit,* (*Adrastea prius venerata,*) *locum rescribere, ut mihi scribendus et interpretandus videtur.* Ο δε σκυφος με του θεου καλει παλαι

Hic stigma pono. Poculum autem me jam diu vocat, dei nomen scriptum præferens. του θεου *enim cum* το γραμμα, *non cum* ὁ σκυφος *conjungo. Cæterum deinde uno tenore procedant*— Δελτ', Ιωτα, και τριτον Ο, ΝΥ τε, κ' Υ παρεστι' κ' ουκ απουσιαν Εκ του 'κεκεινα Σαν, το τ' Ο κηρυσσετον. *Quæ sic interpretator,* Δ, Ι, *et tertium* Ο, *et* Ν, *et* Υ *adest; et ex alia** *parte* Σ *et* Ο *proclamant non-absentiam,* i. e. *præsentiam suam.* Ουκ-απουσια *scilicet idem valet ac* παρουσια. *Sic apud Eurip. Hipp. v.* 196. *habemus* ουκ-αποδειξιν, *non-demonstrationem. apud Thucyd.* I. *p.* 89. την των γεφυρων ου-διαλυσιν *pontium non-solutionem. Ad quem locum Dukerus et auctores ab eo citati dabunt, quæ ad hanc phrasin illustrandam apprime faciant.* [Æschyl. Eum. 681. 'Αεὶ-δικαστῶν τοῦτο βουλευτήριον *R. P.* Meleager apud Br. An. Gr. I. p. 17. Lege, 'Αρχε-θεὸς, Catull. LXIV, 129. *Sed tu* olim *magnos vicisti sola* furores; Tibull. I, iv, 26. *Quam cito formosas populus ante-comas*; SCALIGER. Ter. Andr. I, ii, 4. *et eri* semper-lenitas *Verebar quorsum evaderet.* Lucret. I, 125. semper-florentis *Homeri.* Hor. Carm. III, xxix, 6. Ut semper-udum *Tibur,* [*The never-failing*—conf. Œd. Col. 469.]—Lucret. 1073, 4. *Omnis enim locus ac spatium, quod inane vocamus, Per medium,* per non-medium, *concedat oportet*—Hor. Epist. II, ii, 80.—*et* non-tacta *sequi vestigia vatum.* Plaut. Pers. III, vii, 27. *non tu* nunc-hominum *mores vides?* Xen. Mem. I, iv, 2. ἔστινοὕστινας ἀνθρώπων τεθαύμακας ἐπὶ σοφίᾳ; K. Π. VIII, iv. 6. Πολλάκις δὲ τῶν ἀπόντων φίλων ἔστιν-οἷς ἑώρα πέμποντα ταῦτα αὐτὸν, οἷς—. Anab. I, p. 82. Cant. ἔστι δ' ὅς τις καὶ κατελήφθη, —p. 49. Ἦν δὲ τούτων τῶν σταθμῶν, οὓς πάνυ μακροὺς ἤλαυνεν. Hellen. II, iv, 4. καὶ ἔστι μὲν οὓς αὐτῶν κατέλαβον,—Ibid. 13 ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ἔστιν-οὓς πολλὰ κατεδακρύσαμεν, VII, v. 7. τῶν δὲ πολεμίων ἦν-οὓς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν. Propert. III, VII, 27, 8. Est-quibus *Eleæ concurrat palma quadrigæ*; Est-quibus *in celeres gloria nata pedes.* Conf. Hor. Carm. I, i, 3. Epist. II, ii, 182. *Horsleii* Orat. κατ' ἀνδραποδιστῶν p. 39. *if from the* no-condemnation *of any thing in Holy Writ we are to conclude the approbation of it,* —Conf. *R. P.* ad Ar. Eccles. 115. et *P. P. D.* Addend. p. (142).] *Neque vero locutio illa* ουκ-απουσιαν (*vel* παρουσιαν) κηρυσσειν *multum abest ab ea, quam ex Sophocle, Aj.* 540. *citavit Dawesius.* Τι δητα μελλει μη ου παρουσιαν εχειν;—*Poculum autem sic inscriptum concipio, ut in uno latere literas* Δ, Ι, Ο, Ν, Υ, *exhiberet, in altero* Σ, *et* Ο. *Unde hæc duæ* εκ του 'κεκεινα *clamare dicuntur." Burgess.* Lege et distingue, 'Ο δὲ σκύφος με τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι Τὸ γράμμα φαίνων ΔΕΛΤ' ΙΩΤΑ καὶ τρίτον Ο ΝΥ τόθ' Υ πάρεστιν, οὐ κἀπουσίαν 'Εκ τοὐπέκεινα ΣΑΝ τό, τ' Ο κηρύσσετον. φαίνων ut Æschyl. Septheb. 434. Χρυσοῖς

SECT. IV.

* Aliter paulo in Append. suo ad Toup. p. 427. "*Sequentia autem sic potius vertenda existimo.* Et ex eadem parte Σ et Ο proclamant non absentiam, i. e. *præsentiam suam.* 'Απούσια *est vox forensis.*"

SECT. IV. — 125 In Marmore Sandvicensi innumera extant veteris scripturæ exempla cujusmodi sunt ΚΑΛΛΕΟ, ΕΠΙΓΕΝΟΣ, ΙΠΠΙΟ, ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟ &c. * Quorum etiam similia leguntur in Cretensi ΤΟΣ ΝΟΜΟΣ

δὲ φωνεῖ γραμμάσιν, ΠΡΗΣΩ ΠΟΛΙΝ. 468. βοᾷ δέ γ' οὗτος γραμμάτων ἐν ξυλλαβαῖς, Ὡς οὐδ' ἂν Ἄρης σφ' ἐκβάλοι πυργωμάτων. 647. Δίκη δ' ἄρ' εἶναί φησιν, ὡς τὰ γράμματα Λέγει, Agam. 272. Εὖ γὰρ φρονοῦντος ὄμμα σοῦ κατηγορεῖ. Thucyd. VI, 54. τοῦ δ' ἐν Πυθίου [τοὐπίγραμμα] ἔτι καὶ νῦν δῆλόν ἐστιν, ἀμυδροῖς γράμμασι ΛΕΓΟΝ τάδε (Conf. supra p. 215.). οὐ κἀπουσίαν *cujus etiam absentiam* — palmaria est summi *R. P.* emendatio, quam mecum communicavit. Herodis Choliambi apud Stobæum p. 481. ed. Grot. = 178. Fiorillo; ἐπὴν τὸν ἑξηκοστὸν ἥλιον κάμψῃς, Ὦ Γρύλλε, Γρύλλε, θνῆσκε, καὶ τέφρη γίγνου. Ὡς τυφλὸς οὑπὲρ κεῖνο τοῦ βίου καμπτήρ· mihi haud displicuisset οὐπ' ἐκεῖνο vel οὐπὶ κεῖνο· ut Amphis ὁ κωμῳδοποιὸς apud Athen. VIII, p. 336. C. a Mureto Var. Lect. XIX, iii. (Stob. Excerpta, p. 519. Grot.) emendatus, Πῖνε καὶ παῖζε, θνητὸς ὁ βίος, ὀλίγος δ' οὐπὶ γῆς χρόνος· Ὁ θάνατος δ' ἀθάνατός ἐστιν, ἢν ἅπαξ τις ἀποθάνῃ seu, —ἐσθ', ἅπαξ ἐάν τις ἀποθάνῃ. Ad Vesp. 682. σοὶ δ' ἢν τις— *R. P.*; potuisset *Porsonus* σὲ δ' ἐὰν τις—*P. P. D.* Addend. p. (135). Lucret. III, 880. *Nec miserum fieri, qui non est, posse; neque hilum Differre, an nullo fuerit jam tempore natus,* MORTALEM *vitam* MORS *quoi* IMMORTALIS *ademit.* Bentleius de Pseudo-Phal. p. 406. *by being* dead, *it's* (the Latin language) *become* immortal. Tobit. VII, 9. φάγε, πίε καὶ ἡδέως γίνου D. Luc. XII, 19. φάγε, πίε, εὐφραίνου. Conf. *Cl. Journ.* N°. XXXIV. p. 306. PORSONUS autem ad Hec. 1090. correxit, Ὡς τυφλὸς οὑπέκεινα — Æschyl. Suppl. 255. Ὁρίζομαι δὲ τήνδε Περραίβων χθόνα, Πίνδου τε τἀπέκεινα, Παιόνων πέλας, Ὄρη τε Δωδωναῖα. Eur. Hipp. 1199. ἀκτή τις ἐστὶ, τοὐπέκεινα τῆσδε γῆς. Act. D. D. Apost. VII, 43. μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. Plato Menex. p. 405. C. 2.—*Læmar.* = T. II. p. 239. E. 4—*HSt.* τρίτος δὲ Δαρεῖος, πεζῇ μὲν μέχρι Σκυθῶν τὴν ἀρχὴν ὡρίσατο, ναυσὶ δὲ τῆς τε θαλάσσης ἐκράτει καὶ τῶν νήσων,—Phædon. p. 399. H. 2.—*Læmar.* = T. I. p. 112. B. 4. — *HSt.* ξυνέπεται γὰρ αὐτῷ, καὶ ὅταν εἰς τὸ ἐπέκεινα τῆς γῆς ὁρμήσῃ, καὶ ὅταν εἰς τὸ ἐπὶ τάδε· Eur. Hec. 665 = 659. καὶ μὴν περῶσα τυγχάνει δόμων ὕπερ "pro var. lect. M. in marg. γρ. ὕπερ ἐπέκεινα ἤγουν ἔξω." conf. 53. Orest. 1365. Suppl. 1052. Ion. 46. apud Musgravium. Thucyd. VII, lviii. ἐν τῷ ἐπέκεινα ἱδρυμένοι Σελινούντιοι VIII, civ. ὥστε τὰ ἐν τῷ ἐπέκεινα αὐτοῦ γιγνόμενα, Xen. Anab. V, p. 363. Ἐντεῦθεν λέγει ὁ Τιμησίθεος ὅτι πολέμιοί εἰσιν αὐτοῖς οἱ ἐκ τοῦ ἐπέκεινα· Ibid. p. 365. Οἱ δὲ εἶπον ὅτι ἱκανοὶ ἐσμὲν εἰς τὴν χώραν εἰσβάλλειν, ἘΚ ΤΟΥ ΕΠΙ ΘΑΤΕΡΑ, τὴν τῶν ὑμῖν τε καὶ ἡμῖν πολεμίων.

ΤΟΣ ΚΕΙΜΕΝΟΣ; uti et in Teiorum diris, ΤΟ ΛΟΙΠΟ, ΤΟ ΞΥΝΟ, ΤΟ ΚΕΝΟ. Quibus adjicere libet celebrem illam columnæ Herodeæ inscriptionem, ΟΔΕΝΙ ΘΕΜΙΤΟΝ ΜΕΤΑΚΙΝΕΣΑΙ ΕΚ ΤΟ ΤΡΙΟΠΙΟ ΗΟ ΕΣΤΙΝ ΕΠΙ ΤΟ ΤΡΙΤΟ ΕΝ ΤΕΙ ΗΟΔΟΙ ΤΕΙ ΑΠΠΙΑΙ ΕΝ ΤΟΙ ΗΕΡΟΔΟ ΑΓΡΟΙ Ο ΓΑΡ ΛΟΙΟΝ ΤΟΙ ΚΙΝΕΣΑΝΤΙ ΜΑΡΤΥΣ ΔΑΙΜΟΝ ΕΝΗΟΔΙΑ. Quæ quanquam ipsa inter vetustas recenseri nequeat, sat tamen ostendit antiquæ scripturæ, quæ tum obtinebat, opinionem. Cæterum obiter notandum venit illorum ΕΠΙ ΤΟ ΤΡΙΤΟ potestatem viros eruditos minus recte cepisse ΕΠΙ ΤΩΙ ΤΡΙΤΩΙ; hanc utique exaratam oportuisset ΕΠΙ ΤΟΙ ΤΡΙΤΟΙ, non secus atque ibidem leguntur ΗΟΔΟΙ, ΤΟΙ ΑΓΡΟΙ, et ΤΟΙ ΚΙΝΕΣΑΝΤΙ; uti et alterius declinationis ΤΕΙ[49] ΑΠΠΙΑΙ. Est autem vera potestas ΕΠΙ ΤΟW ΤΡΙΤΟW[50], sicuti illorum ΟΔΕΝΙ ΤΟ ΤΡΙΟΠΙΟ &c. ΟWΔΕΝΙ ΤΟW ΤΡΙΟΠΙΟW. Ejusdem porro generis eruditorum genti visum est quod basi Colossi Deliaci inscriptum habetur Ο ΑϜΥΤΟ ΛΙΘΟ ΕΜΙ ΑΝΔΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟ ΣΦΕΛΑΣ. De eo vero mox dicemus [p. 132.].

SECT. IV.

Ad poculi inscriptionem ΔΙΟΝΥΣΟ notat Athenæus desiderari elementum Υ. Atque in hanc quidem sententiam concessisse video viros quosque * eruditos. Nos vero, quod et eorum pace factum 126
sit, alio prorsus consilio tam istud quam cætera antiquitatis monumenta adduximus. Ex iis utique aliud longe colligendum putamus: Græcos scilicet, quotquot ista scribendi ratione uterentur, nullam habuisse figuram majusculam, qua aspirationis *Vau* potestatem designarent, apud quos tamen ista potestas in pronunciando interim obtineret. Verbi autem ΔΙΟΝΥΣΟ plenam vim statuimus ΔΙΟΝΥΣΟW[51]. Ecqua enim ratio excogitari potest, cur

49. Inscriptio vetusta intra limen Bibl. Publ. Cantab. *l.* 8. ΤΕΙ ΣΥΝΟΔΩΙ *l.* 9. ΤΕΙ ΕΥΝΟΙΑΙ ΚΑΙ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΙ ΤΕΙ ΕΙΣ ΤΟΥΣ.

50. *Scaliger* ad Euseb. pp. 102, 107 = 110, 115. ἐπὶ τοῦ τρίτου.

51. Vid. *R. D.* in Append. p. 19 *.

SECT. IV. litera Υ prætermissa fuerit, cum luce sit clarius eam in usu atque ad manum cœlatori præsto tum fuisse, quippe quæ in ipso ΔΙΟΝΥΣΟ habeatur? Eandem etiam præfert inscriptio Sigea in vocibus ΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ, ΣΙΓΕΥΕΥΣΙ[52]. Quorsum igitur ibi leguntur ΦΑΝΟΔΙΚΟ ΤΟ ΗΕΡΜΟΚΡΑΤΟΣ ΤΟ ΠΡΟΚΟΝΕΣΙΟ, si plena istorum verborum potestas, quo tempore describerentur, esset ΦΑΝΟΔΙΚΟΥ ΤΟΥ ΗΕΡΜΟΚΡΑΤΟΥΣ *&c.* De cæteris monumentis idem dictum putari volumus.

Contra eam vero, quam instituimus, argumentandi rationem afferri poterit inscriptionis Deliacæ auctoritas, ubi exarata habentur Ο ΑϜΥΤΟ ΛΙΘΟ. *Ecqua nimirum causa excogitari potest cur ter prætermissa fuerit litera vel* Υ *vel* Vau, *cum ex ipso* ΑϜΥΤΟ *luce sit clarius in usu atque ad manum*
127 * *præsto fuisse figuram majusculam, qua designaretur utriusvis potestas?* Causa vero satis idonea excogitari potest, cur neutra istorum verborum in fine conspiciatur. Eodemque negotio id ipsum, in quo præstando hic potissimum versamur, figuram scilicet Ϝ Æolensium fuisse propriam, momentum ac vim haud levem accipiet[53]. Inscriptio utique est Æolica; valet autem ΑϜΥΤΟ ΛΙΘΟ non jam ΑϜΥΤΟΥ ΛΙΘΟΥ, nec vero ΑϜΥΤΟϜ ΛΙΘΟϜ, sed tertium istud ΑϜΥΤΩ ΛΙΘΩ[54]. Nempe Æoles in fine Genitivorum, uti et alias, Ω pro cæterorum Græcorum ΟϜ posuisse neminem paulo humaniorem latet. Vocalem autem Ο apud veteres Græcos, perinde atque constanter apud Latinos, tam longæ quam brevis officio fungi solitam testatur, inter alia haud pauca, inscriptio Sigea. Ibi utique pro ΚΑΓΩ, ΕΔΩΚΑ, ΠΑΣΧΩ, ΗΑΙΣΩΠΟΣ, exarata videmus ΚΑΓΟ, ΕΔΟΚΑ, ΠΑΣΧΟ, ΗΑΙΣΟΠΟΣ. Quod autem in Deliaca legitur ΕΜΙ, non jam ΕΙΜΙ, uti voluere viri

52. "vel quod rectius ΣΙΓΕΙΕΥΣΙ." *R. D.* superne p. 208.

53. Vid. *R. D.* in Append. p. 18*. τῷ Ω στοιχείῳ ἀντὶ τῆς ΟΥ διφθόγγου χρῆται.

54. Vid. *R. D.* in Append. p. 19*.

eruditi, sed HMI valet. Quippe pro recentiorum[55] H scribebant veteres E; pro EI vero non item: quod utrumque ostendit eadem inscriptio Sigea. In ea scilicet pro ΠΡΟΚΟΝΗΣΙΟW, ΚΡΑΤΗΡΑ, ΗΗΘΜΟΝ, ΜΝΗΜΑ &c. repræsentantur ΠΡΟΚΟΝΕΣΙΟ, ΚΡΑΤΕΡΑ, ΗΕΘΜΟΝ, ΜΝΕΜΑ; cum tamen ibidem syllaba EI in ipso verbo EIMI, uti et in ΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ et ΣΙΓΕΙΕΣ clare extet. Aut etiam 128
forte dicendum est illud EMI scribi pro EMMI: nam in quadam Sapphus Oede apud Longinum videre est,

———χλωροτερα δε ποάς[56]
EMMI———

ποάς autem pro eo, quod in veteri codice habetur πουας, scribendum duximus, lectio autem vulgata est ποιας.

Cum vero virum doctiss. ad Marmor Sandvicense contrariam de elementi E apud veteres Græcos potestate sententiam Victorini auctoritate stabilitum videam ivisse; meum est vicissim, quid de lau-

55. Vid. *R. D.* ibid. p. 20*.

56. *Vossius* πούας (i. e. πόFας) edidit, quod Æolum est. *Brunckius*. ποῖας *Blomfield*. Conf. Hellad. apud *Koën*. ad Greg. p. 99. *Elms*. in Mus. Cant. v. I. p. 363. Sed ex Hephæst. p. 37 = 65. citavit *Santenius* ad T. Maur. 1500. ΠΟ'ΑΣ τέρεν ἄνθος μαλακὸν μάτοισαι. *Origen*. de Orat. p. 198. = 263. εἰσπορεύεται γὰρ ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς ποὰ πλυνόντων. ποὰ MS. Holm. ποιὰ ed. Oxon. fortasse ex Versione Alexandrina. χλωροτέρα δὲ θάψω alicubi moliebatur *Eichstadt* e Schol. ad Theocr. Eid. II, 88. ὁμοῖος θάψῳ, χλωρὸς, ξανθὸς, ὥς φησι καὶ Σαπφώ. conf. Schol. ad Acharn. 218. Hesychius v. φαινολίς. Ἕσπερε πάντα φέρων, ὅσα φαινολὶς ἐσκέδασ' αὔως. ἄFως *Kusterus*; conf. Hephæst. p. 37=65. Attici ἕως, Iones ἠὼς, Dores ἀὼς, Æoles Αὔως [vel ἄFως] *Valck*. apud Tittmann. p. 161. MS. Harl. καὶ τὴν μὲν ἡμέραν οἱ κοινοὶ λέγουσι· οἱ ἀττικοὶ ἕως· οἱ ἴωνες ἠῶς· οἱ δωριεῖς ἄως· οἱ αἰολεῖς αὔως. καὶ μελισσῶν μελισσέων μελισσᾶν μελισσάων. "Sio Ὀδυσσεὺς, quem Ὑδυσσέα faciunt Æoles." *Quintil*. I, iv. 16. Vide *Koën*. ad Greg. p. 275. συμφώνου δὲ προστιθεμένου οὐδέποτε προστιθέασι τὸ ῦ Αἰολεῖς· τὸ γὰρ νόσος νοῦσος· καὶ Ὄλυμπος Οὔλυμπος ποιητικά εἰσι καὶ οὐκ Αἰολικά· Schol. ad Dion. Thrac. p. 806. Inscriptio Cumea apud Comitem *Caylusium* Recueil d'Antiq. T. II. Tab. LVI. l. 18. ΕΥΝΟΑΝ l. 49. ΕΥΝΟΑΣ: et l. 43. ΕΥΝΟΑΣ pro εὐνοίαις.

SECT. IV.

dato Victorini [p. 16 =2458.] loco sentiam, exponere, atque in medium relinquere. Ecce autem. *Nostri Latini cum litteris uterentur, quas a Græcis acceperant:* A. B. C. D. E. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. *et Græci vocales haberent*[57] *totidem, quot et nos,* A. E. I. O. U. (*nam* H. *et* Ω. *postea sunt ab his repertæ*) E. *et* O. *ternas habebant apud eos potestates, ut* E. *esset breve et productum.* I. *autem longum quodammodo sonat, cum et* E. *et* I. *junctum est. Et* O. *similiter quoque, cum esset unum, brevem, et idem faceret longam syllabam, præterea exprimeret vocem, quæ apud eos per* O. *et* U. *scribitur* OY, *sic apud nos quoque* E. *et* O. *totidem potestates habebunt, et easdem, quas apud Græcos.*

129 Profecto si * in his sententiam sibi constantem quæras, frustra es; si grammaticam, tantundem. Si cum viro doctiss. Victorinum statuas de E Græco hic agere, exordium istud, *Nostri Latini cum literis uterentur, quas a Græcis acceperant,* tam erit ineptum quam quod ineptissimum. Sin locum circa E Latini potestatem versari dicas, quod et veri videtur similius, posteriora non ita congruenter procedent. Nullo quidem negotio ita immutari possent, ut præcedentibus hoc sensu acceptis convenirent. Mihi vero satis est, quod loci tam vel futilis vel depravati nulla sit auctoritas. Quod autem ad inscriptiones, quas laudat vir doctiss., Sigeam et Deliacam attinet, de iis, quid statuendum sentiamus, jam supra diximus.

Sed alterum porro vir quidam eruditus, quocum mihi lis intercessit, viri doctiss. argumentum adjuturus ex Victorino locum adducit[58], pag. 30 [=2468.]. *Et significaveram prius quam Græcis inter vocales*

57. *R. D. in Append.* p. 14*. *legit* habebant—et infra paulo, sonaret *cum ex* [*Græcis*] E *et* I *ductum esset.* Ex hac tumultuosa congerie mentem Victorini assequi nequeo. In hac vocalium recensione Y addititium esse existimat *Bouhierius.* Legit ergo, A, E, I, O, [U] (*nam* H, Y, *et* Ω. *postea* etc.).

58. Comment. ad Marmor Sandv. p. 7.

repertæ sunt H. *et* Ω, *vicem earum tam apud illos, quam apud nos explesse* E. *et* O: O *etiam scribi solitam pro syllaba* OY. E autem pro E et IΩTA. Atque hic quidem non est, ut vir eruditus quidquam immutatum optet, nisi forte pro *significaveram*, cujus hic parum aptus est usus, rescribere malit *significavi*. Sed Victorini, modo hæc scripserit, constantia desideratur; quippe qui pag. 17 [=2459.]. ista * contra habeat. *Apud Græcos* E[59] duarum 130
obtinet vicem, brevis et productæ. O *vero et pro brevi, et pro longa, et pro* U *posita est.* Sed regerit vir eruditus, illis hæc neutiquam adversari, propterea quod vox *duarum* comitem non habeat *tantum, duntaxat*, vel simile. Age igitur: Finge apud Grammaticum quempiam occurrere: *Apud Latinos numeri sunt duo, personæ vero tres:* Annon jam hæc eodem plane recidunt, ac si dixisset *duo tantum?* Quisquamne est, obsecro, qui illud *tantum* desideret? Contra si quis diceret? *Apud Græcos numeri sunt duo, personæ vero tres:* exclamaret, opinor, inter primos vir eruditus: *Annon vero, o bellatule, tres itidem sunt numeri? Dignus hercle es, cum tuis numeris cui caput non semel demulceatur.* At quid ita tandem? Quia scilicet, qui istum in modum loquitur, numeros esse *tantum* duos significat. Porro autem, ut Victorinus sibi constet, alius tamen κομματος scriptor fuisse videtur, quam cui in re hujusmodi fides sit habenda, cum ipsius doctrinæ ex antiquæ scripturæ monumentis ne unum quidem faveat, haud pauca adversentur. Sed neque hominem usque adeo parvi facio, quin ista, E *autem pro* E *et* IΩTA †, additamentum fuisse credam ab aliquo rudem illam atque indigestam molem pag. 16. occurrentem minus recte interpretante profectum.

* Alius auctoritatis loco laudat vir eruditus ex- 131

SECT IV.

59. Vid. *R. D.* in Append. p. 14*.

† Vid. *R. D.* in Append. p. 14*.

SECT. IV.

cerpta quædam ex Athenæo: ὁτι παντες οἱ αρχαιοι[60] τῳ ΟΥ αντι του Ο στοιχειου προσεχρωντο· παραπλησιως[61] δε και τῳ ΕΙ αντι του Ε. σαν δε &c. Hæc excerptoris verba contendit vir eruditus istis apud Athenæum [xi, 466. F.] respondere: επει παντες οἱ αρχαιοι τῳ Ο απεχρωντο[62], ου μονον εφ ης νυν τατΤεται δυναμεως, αλλα και ὁτε την διφθογγον διασημαινει, δια του Ο μονον γραφουσι. παραπλησιως δε και το Υ γραφουσιν, ὁταν και καθ αυτο μονον εκφωνηται, και ὁταν συζευγνυμενον του ΙΩΤΑ—το δε Σαν &c. adeoque inverti oportere ordinem: ὁτι παντες οἱ αρχαιοι τῳ Ο[63] στοιχειῳ αντι του ΟΥ προσεχρωντο· παραπλησιως δε και τῳ Ε αντι του ΕΙ. Quorum ego utrumque lubentissime agnosco. Verum apud ipsum Athenæum de E et EI[64] ουδε γρυ reperimus. At quis tandem

60. Sic MS. Epit. non 'Αχαιοί.

61. ὡς δὲ *Scaliger* ad Euseb. p. 112.; et τῷ EI ambo codices. Plato in Cratyl. p. 426. C. οὐ γὰρ ἦτα ἐχρώμεθα, ἀλλὰ ʼΕΙ, τοπαλαιόν. Sic Codex Clarkio-Bodleianus: conf. Heindorfius; ibid. ad p. 172.

62. τῷ ο̅υ̅ ἀπεχρῶντο,—et infra, διὰ τοῦ ο̅υ̅ μόνου γράφουσι. παραπλησίως δὲ καὶ τὸ ε̅ι̅ γράφουσιν. MS. A.

63. *R. D.* in Append. p. 15*.

64. In Append. l. c. Athenæi Epitomatorem hujusmodi Iasmos respicere, uti μοῦνος pro μόνος, etc. suspicatur *R. D.* Cave autem ultra fines certos hanc licentiam extendas. "Σαφὼ Æolibus erat, quæ aliis Σαπφώ. Hermesianax apud Athen. xiii. p. 598. B.=48. *D.R.* φορμίζων Σαπφοῦς ἱμερόεντα πόθον. Epicrates apud Athen. xiii. p. 605. E. Σαπφοῦς, Μελήτου, Κλεομένους, Λαμυνθίου. ex emendatione *P. P. D.* in Addend. ad Ar. p. (125.). 'Αφῦς, 'Απφῦς Theocrito [Adoniaz. 15.] 'Απφάρια Xenarchus apud Athen. xiii, p. 569. C. Τοὺς μὲν γέροντας ὄντας ἐπικαλούμεναι Πατρίδια, τοὺς δ' ἀπφάρια τοὺς νεωτέρους. Conf. Etym. M. in v. *H. Steph.* de D. A. p. 208. *Koen.* ad Greg. p. 148. Κέφος, Κέπφος [Aristoph. Plut. 913. conf. *Flor. Christian.* ad Pac. p. 117=v. 1067. Callim. fragm. lxxxi.] Κεφωθεὶς, Κεπφωθεὶς Hesychius et Suid. T. ii, p. 297. ὄφις, ὄπφις [Il. M, 208.] Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν, ὅπως ϝίδον αἰόλον ὄφιν, quod pronunciandum ὄπφιν. Neque est μείουρος στίχος, quod omnibus vetustissimis Criticis persuasum fuit: Æschyl. Choëph. 926. Οἳ 'γὼ τεκοῦσα τόνδ' ὄφιν ἐθρεψάμην. "transpone, ἐθρεψάμην ὄφιν." *R.P.* Advers. p. 160. [Antimacho apud Schol. Aristoph. ad Plut. 718. τήνου τ' ὀπφιοέσσης, sed Æschyl. Choeph. 542. ὄφις τ' ἐμοῖσι nihil ad rem.] Σκύφος, σκύπφος. ut in illo heroico: [Hesiod. bis apud Athen. xi, p. 498. A, B=Fragm. xlii, 2. 5. *Gaisford.*] σκύφον ἔχων

fuit hic Athenæi, cujus auctoritas venditatur, excerptor? Aut qualis demum est hominis auctoritas[65], cujus neque de nomine, nec sæculo, neo patria, nec eruditione quidquam innotescit? Sed dicet forte vir eruditus, emendandum esse Athenæum juxta excerptoris verba, *παραπλησιως δε και το* E *γραφουσιν* &c. Mihi vero contra pari jure confirmare licebit refingendum esse excerptorem juxta ipsum Athenæum, *παραπλησιως δε και τῳ* Y *αντι του* YI. Porro autem, ut demus ipsum Athenæum ita scripsisse, doctrinam ejus (quæ *omnes αρχαιους* complectitur) * falsam esse clamat, inter alia antiquitatis monumenta, sexcentis in locis Marmor Sandvicense; in quo, uti diximus, O vice potestatis OW constanter adhibeatur, EI vero non minus constanter plene exaretur. SECT. IV. 132

Ad inscriptionem Deliacam nunc libet reverti. Habeo enim nonnulla in ea observanda, quæ virorum doctissimorum solertiam eluserunt. Principio autem pro O scribendum est TO. Atque ita quidem conjecisse video eruditum Shuckfordium †, sed nullo argumento conjecturam firmatum ivisse.

ἑτέρᾳ, ἑτέρῃ δὲ σκῆπτρον δείρας. Scribitur *σκύφον*, legitur *σκύπφον.*" *Scaliger* ad Euseb. p. III =119. Quas Græci enunciarunt, nos scribendo coram oculis sistamus. Conf. Anacreon. l. c. [Fragm. LXXIII. *Barnes.*] et Panyasis ibid. [An. Gr. III, 329. Gn. poet. Gr. 131.]. Stesichorus —ΓΗΡΥΟΝ. 3. *Σκύπφειον δὲ λαβὼν δέπας.* *Blomfield.* Odyss. H, 119. *Ζεπφυρίη πνείουσα, τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει.* Pindar. Olym. VI, 40 = . *Βάσομεν ὄκχον*, et eadem forma *Σαπφείρῃ* in Act. D. Apost. V, 1. et *'Απφίᾳ* D. Paul. Ep. ad Philem. 2. reperitur.—*R. B. Edv. Bernardo*, p. 160=Addend. ad ep. cr. Millio p. 78. " vox est *κέπφος*, verum non *kepfos* pronunciabant sed *keffos:* ita *Σαπφὼ* non efferimus *Sapfo* sed *Saffo.*" Hujusmodi vocabulis oculis æque ac auribus deserviendum. Aristoph. Nub. 122. *σαπφόρας* et 1301. *σαπφόρα* MSS. Arundel. et Schol., Harl. 2. et Barocc. *R. P.* apud *P. P. D.* Schol. ad Nub. l. c. " *Σαπφόραι, οἱ σῖγμα* (forte *στίγμα*) *ἔχοντες περὶ τὸν μηρόν. Καὶ διὰ τοῦ ϻ καὶ π γράφεται.* Stigma enim non erat *Sigma* sed *Sanpi* ϡ." *Raper.* Conf. Athen. XI, 467. B.

65. Vid. *R. B.* Dissert. de Pseudo-Phalar. pp. 112. 130—132. *Schweighæuser.* PRÆF. ad Athen. P. CI.

† Append. p. 19 *.

SECT. IV. At enim si Græci sermonis indolem perspectiorem habuisset, sensisset vocem AFYTO articulo destitutam loci sententiam nullam efficere. Neque enim αυτος, nisi cum articulo conjunctum, *idem*[66] usquam denotat. Deinde mihi vehementer suspecta est scripturæ istius AFYTO fides, quippe cum αυτος, uti hodie scribimus, in omnibus Græciæ dialectis perpetuo sit disyllaba; non possum, quin mihi persuadeam, primitus exaratum fuisse AFTO[67], το Υ vero a recentiore manu adscriptum, quo indicaretur potestas elemento F jam rarius occurrenti tribuenda. Porro autem reliquam inscriptionis partem, ANΔΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟ ΣΦΕΛΑΣ, perperam repræsentari confirmo. Postulat utique sermonis soluti ratio, ut articulus voci tam ανδριας quam σφελας præficiatur;
133 ut adeo evadat ὁ ανδριας[68] * και το σφελας; aut etiam adhuc multo rotundius, ὁ τε ανδριας και το σφελας. Inscriptio autem, prout hodie exhibetur, in nullam metri speciem cadit. Itaque tandem reponendum censeo:

ΤΟ AFTO ΛΙΘΟ ΕΜΙ Ο ΤΕ ΑΝΔΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟ ΣΦΕΛΑΣ:

h. e. si potestatem spectes, ΤΩ AFΤΩ ΛΙΘΩ ΗΜΙ Ο ΤΕ — Quæ scriptura, quin germana sit, faciet, opinor, quod superioribus jam adjecturus sum, ut nemo deinceps dubitet. Nempe breviores inscriptiones metro fere aliquo concludi solent: eo autem, quo jam exhibuimus, modo perfectum senarium habemus, sic utique concipiendum:

ΤaWτω λιθ ημ ὁ τ ανδριας και το σφελας[69]

66. Conf. *Valck.* ad Eur. Ph. 927. *R. P.* ad Hec. 299=295.

67. "Sculptorem, cum incertus hæreret an AFTO more antiquiori, vel AYTO seriori scribendum esset, utramque literam adhibuisse putat Knightius, qua sententia Porsonum quoque stetisse literis MSS. me certiorem fecit." *Rose* ad Inscript. Del. in Mus. Crit. Vol. II. p. 392.

68. Finge modo ἀνδριὰς, id est, Æolice ἀνϐριὰς, et omnia plana.

69. Vide *R. B.* Meadio p. 253. et *R. D.* in Append. p. 19*—21*.

vel si EMMI malis, ΤαWτω λιθω μμ ὁ—Crasi autem isti, qua λιθω ημι in λιθ ημι migrat, gemella prorsus est quam apud Aristophanem Acharn. 860. sermone itidem Æolico scriptam legimus,

Ιττ Ηρακλης, εκαμον γα ταν τυλαν [70] κακως.

Ιττ, seu potius Ιτθ Ηρακλης, pro Ιττω [71]; quemadmodum in lingua Attica non semel occurrit ιστω Ζευς.

Causa vero, dicet fortasse nonnemo, cur in veteribus inscriptionibus elementum Υ post Ο prætermitteretur, cum tamen ad manum præsto esset,
* hæc esse poterat: quod cum ipsa litera Ο appel- 134
lari soleret ΟΥ, ideo etiam Ο, tanquam verbi pars, non incommode scribi posset loco potestatis illius, quam literæ nomen obtineret. At enim istam non

70. Strabo xvi. p. 1101. ἔχει δὲ καὶ [ὁ ῥινοκέρως] στύλους δύο, Fortasse τύλας, quam conjecturam mihi præripuit vir doctissimus. Ammian. Marcellin. xxix. p. 564. "σὺ δὲ νόει καὶ στέφε τὴν τύλην. quod dici proverbialiter solet, ut audiens altius aliquid agendum agnoscat." Nihil video.

71. Etym. M. p. 479. l. 46. Ἴττω· ἀντὶ τοῦ ἴστω, Βοιωτικῶς. Phavorinus Ἴττω Ἡρακλῆς· παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει, ἀντὶ τοῦ ἴστω. "vertendum erat *mehercules*: de quo loquendi modo multa dixi ad Pollucem." *Valesii* notæ MSS. ad Platonem. Plato Phædo. p. 377. C.=47. C.=l, 62. A. HSt. καὶ ὁ Κέβης ἠρέμα ἐπιγελάσας, Ἴττω Ζεὺς, ἔφη, τῇ αὐτοῦ φωνῇ εἰπών. Schol. ad l. p. 8. τὸ δὲ ἴττω ἐπιχωριάζοντός ἐστιν ἀντὶ τοῦ ἴστω, τῇ Βοιωτίᾳ διαλέκτῳ. ὃ δείκνυσι, ὅτι φύσει τὸν Σωκράτην θαυμάζει. Aristoph. Ach. 911. Θείβαθεν, ἴττω Ζεύς· Epist. vii, 720. D = p. 245. A. γέγονε δ' οὖν ὅπως, ἴττω Ζεύς, φησιν ὁ Θηβαῖος. Vide Schol. p. 247. Conf. "P. Petiti Miscell. Obs. iii, 31. *Hemsterh.* ad Hesychium T. ii. p. 15. *Valck.* ad Eur. Ph. 1671. Olympiodorus et Forster. ad Platonis Phædon. l. c. p. 366." *D. R.* apud Wyttenbach. ad l. Il. K, 329. Ἴστω νῦν Ζεὺς αὐτὸς, Æschyl. Choeph. 601. Ἴστω δ' ὅστις—. Soph. Ph. 419. ἐπίστω τοῦτό γ'. Œd. Col. 522. ἤνεγκον, ἄκων μὲν, θεὸς ἴστω· Ant. 184. ἐγὼ γὰρ, ἴστω Ζεὺς ὁ πάνθ' ὁρῶν ἀεὶ, Tr. 403. ἴστω μέγας Ζεὺς, ὧν γ' ἂν ἐξειδὼς κυρῶ. Eur. Ph. 1671. (1691.) ἴστω σίδηρος, *Valck.* ad l. et ad Adoniaz. Theocr. pp. 287, 8, 9. Iph. T. 1077. ἴστω μέγας Ζεὺς, Ion. 1478. Ἴστω Γοργοφόνα. Hesychius, Ἄττασι, ἀνάστηθι. "Hoc plane Laconicum, ἄνστηθι, ἄστηθι, ἄττασι." *T. H.* ad l.

fuisse causam exinde liquet, quod ipsi illi Græci, qui O pro OW constanter adhiberent, non minus constanter EI plena scriptura exararent. Quippe, si vera esset causa allata, fecisset eadem, ut E itidem pro EI perpetuo scriberetur: nam vocali E nomen erat EI. Immo etiam, ex quo tempore vocali nomen OY pro antiquo OW inditum est, Græcos constat, quoties de ista vocali verba facerent, nudam scripturam O reformidasse; sed nomen integrum OY, non secus atque in aliis literis mos dominabatur, descripsisse[72]. Cujus rei exemplum habemus in Calliæ trochaicis supra [p. 32.] laudatis. Alterum suppeditat istud epigramma[73]:

ΤΟΥΝΟΜΑ· ΘΗΤΑ, ΡΩ, ΑΛΦΑ, ΣΑΝ, Υ, ΜΥ,
ΑΛΦΑ, ΞΙ, ΟΥ, ΣΑΝ.

Similiter apud Mich. Apostolium legimus, *γραψας μικρον* OY; et apud Plutarchum, OY *μεγα γραψαντες*. Quæ Apostolii et Plutarchi loca ad consuetudinem a Græcis scriptoribus servatam animum minus attendens vir doctiss. ad Marmor Sandvicense pagg. 8. et 9. frustra sollicitavit. Huc autem pertinent ista Terentiani [p. 18.=2391.=338—40. *Sant.*]:

* *Versibus sed quum loquamur, quando Græca ponimus*
Αλφα, ιωτα, λαμβδα, σιγμα, *legem metri cogimur*
Syllabis *præscriptitare,* non figuris singulis.

cogimur—a quo? Nempe a tyranno quem morem vocant. Cæterum in versu secundo *legem* ita collocatum metri quidam legibus adversari sentiens rescribendum conjecit *lege*[74]. Verum hoc pacto im-

72. Vide *R. D.* in App. p. 16*.

73. Apud Athen. x. 454. *F. H. St.* Anthol. p. 509. *Brunckii* An. Gr. III, 264.

74. " lege" *R. B. Ego tamen optimo jure lecturus sum;* "Αλφα, "Ιωτα, Λάμβδα, Σίγμα lege *metri cogimur*—*Taylorus. lege* ex Petreciniana, *perscriptitare* ex utraque Veneta, Parrhasio et Brissæo recepit, et Dawesii transpositionem repudiavit *Santenius.*

pedita evadit oratio, et falsa insuper sententia. Quæ enim cujus, obsecro, metri lex quidquam hujusmodi cogere potuit? Tu vero verborum duntaxat ordinem immutabis—*cogimur legem metri*. SECT. IV.

Ad Cl. vero Bentleium revertamur. Sentis jam quali conjuratione viro eruditissimo, Æolicum F digamma in Homeri poematis locum olim habuisse docenti, veterum testimonia atque antiquitatis monumenta adversentur. Porro autem viri Cl. fautores, si qui sint, expediant, velim, quonam fato contingere potuisset, ut figura insignis adeo et conspicua locorum centenis millibus intercideret[75]: qua tandem virga plusquam Circæa Homeri scripta tam inauditam metamorphosin subire potuissent: quæ tandem esset singularis illa virgæ αντιδιγαμμου qualitas, quæ, luis Ægyptiacæ ad instar, in unius hujus elementi internecionem grassaretur, cætera omnia intacta præteriret. Notatu quidem haud indignum est virum Græcum eumque inter primos
* eruditum, Dionysium dico Halicarnassensem, uti 136
supra vidimus, errore non levi veterum F tanquam syllabam OY accepisse. Atque hinc quidem conceptu neutiquam erit difficile, quo pacto figura ista ex paucis apud Homerum locis eliminari potuisset. Finge, verbi gratia, illud Vil. I [A,]. 390. aliquando sic repræsentatum fuisse,

Ες Χρυσην πεμπουσιν, αγουσι δε δωρα Fανακτι,

a Græcis autem recentioribus ita intellectum, ac si ejus potestas esset δωρα OY ανακτι: in proclivi profecto iis fuisset istud OY, quippe quod metri rationem perturbaret, delendum curare, ut adeo reliquum esset, quo modo et ipsi loquerentur, δωρα ανακτι; vel forte hiatus vitandi causa δωρα γ ανακτι. Verum consonantis Vau potestas in locis non jam paucis, sed in centenis, ut diximus, millibus obtinebat.

Age vero, quandoquidem Cl. Bentleii consilium

75. *R. P. Tracts*, p. 117.

SECT. IV. *improbas, videamus tandem numquid tute ὑγιέστερον adducendum habeas: Cum elementum* F *Æolensium proprium fuisse statuas, ejusdem tamen potestatem apud Ionas itidem invaluisse idem contendas: fac tandem, exponas, quanam figura sive nota potestatem istam apud Ionas designari solitam existimes.* Equidem confirmare non ausim gentis illius vetustiores
137 ulla aspirationis vel *He* vel *Vau* * nota usos fuisse. Ii utramque fortasse ex vulgata loquendi norma in scriptis supplendam relinquebant. Interim vero nullus dubito, quin, quocunque demum sæculo adinventæ fuerint notæ istæ [̔] et [̓][76], id eo consilio

76. " *R. D.* de utraque re minus accurate, ut videtur, judicavit," et pulvere de Ionico *Vau* strenue moto caliginem induxit [*Heyn.*]: " Dawesianæ tamen observationes de *usu* et *potestate* signi sui, æque τῇ Digamma conveniunt." *Burgessius*: conf. *Knight* (Anal. Essay pp. 34—). *R. B.* in scribendo, *R. B.* et *R. D.* in enunciando hunc characterem sequor: ambo semina irrigarunt, *seris factura nepotibus umbram.* Nihilominus *Scaliger*, qui Græcarum literarum nascentes formas felicissime enodavit, haud aliam, atque *R. D.*, sententiam sustentare pergit; " non est [F] *στοιχεῖον* apud Ionas et Græcos, sed *ἐπίσημον τοῦ βαῦ.* Quin enim (f. Quin immo) simplicis spiritus lenis vice fungitur, ut in illo Hexametro. *ἄμμες δ'* F*ειρήναντο θεοί. τοὶ δ' ὤμοσαν* F*αιέν.* Neque consonans est, neque vocalis, quum synalœphe fiat propter *ει*, neque positio fiat in F*αιέν.*" *Scaliger* ad Euseb. p. 105 = 112. Hasce chartas prius excudendas dederat Vir ille præstantissimus, quam librum suum et emendationes, humanissime suppeditatas, *Putschio* grammaticorum Latinorum editori misit: vide supra ad pp. 205, 206. E membranis vero *Harl.* nondum vulgatis anecdoton dedi, quod utrumque pugnis dialectices atque aculeis usque adeo defendit, ut nil fortius.

Τῶν ἀρχαίων οἱ μὲν βουστροφηδὸν ἔγραφον. οἱ δὲ κϊονηδόν· οἱ δὲ πλινθηδόν· οἱ δὲ σπειρηδόν.

1. *βουστροφηδόν.*

α	β	γ	δ	ε	ζ	η	θ
π	ο	ξ	ν	μ	λ	κ	ι
ρ	σ	τ	υ	φ	χ	ψ	ω

2. *κϊονηδόν.*

α	ε	ι	ν	ρ	φ
β	ζ	κ	ξ	σ	χ
γ	η	λ	ο	τ	ψ
δ	θ	μ	π	υ	ω

3. *πλινθηδόν.*

α ω ψ χ φ υ
β τ
γ σ
δ ρ
ε π
ζ ο
η θ ι κ λ μ ν ξ

4. *σπειρηδὸν δὲ οὕτως* [*σπυριδὸν* vulgo.].

α η ν τ
β ζ θ μ ξ σ υ ω
γ ε ι λ ο ρ φ ψ
δ κ π χ

Ἃ δὲ νῦν ἡμεῖς γράφομεν, λέγονται διαχηδὸν παρὰ τὸ διέσχεσθαι (sic) τοὺς στίχους. Ἐπειδὴ δέ τινες τὸ ἐπὶ τοῖς βοιωτοῖς καὶ αἰολεῦσι γενόμενον δίγαμμα, ὃ τυποῦται οὕτως Ϝ, βούλονται εἰς τὰ στοιχεῖα (sic) κατατάσσειν, ἔλθωμεν καὶ εἴπωμεν τοὺς λόγους, δι' οὓς βούλονται κατατάσσειν αὐτὸ στοιχεῖον (sic)· καὶ τότε δείξομεν ὅτι οὐκ ἔστι στοιχεῖον. φασὶ ὅτι παντὶ στοιχείῳ ἕπεται τὸ ἔχειν χαρακτῆρα καὶ Ὄνομα, δι' οὗ ὀνομάζεται· ὡς φαμεν τοῦτο καλεῖσθαι ᾱ ἢ ῶ. Εἰ ἄρα οὖν τὸ δίγαμμα χαρακτῆρα ἔχει καὶ ὄνομα, δῆλον ὅτι στοιχεῖόν ἐστιν· ἡμεῖς δὲ λέγομεν ὡς οὐκ ἔστι στοιχεῖον. Ἰστέον ὅτι πᾶν στοιχεῖον ἀφ' ἑαυτοῦ ἄρχεται, τὸ ᾱ ἀπὸ τοῦ ᾱ. τὸ β' ἀπὸ τοῦ β'. τὸ δὲ δίγαμμα οὐχ οὕτως ἔχει· οὐκ ἄρα ἐστὶ στοιχεῖον. ἄλλως τε πάντα τὰ στοιχεῖα κατὰ πᾶσαν ἐστὶν εὑρέσθαι διάλεκτον. τοῦτο δὲ οὐχ εὑρίσκεται εἰ μὴ παρὰ μόνοις τοῖς Βοιωτοῖς καὶ αἰολεῦσι καὶ λάκωσι· οὐκ ἄρα ἐστὶ στοιχεῖον. Ἐστὶ δὲ τὰ στοιχεῖα ἢ φωνήεντα [ἐστὶν] ἢ σύμφωνα· τοῦτο δὲ οὐδέν ἐκ τούτων δύναται εἶναι, σύμφωνον μὲν γὰρ οὐκ ἔστι, ἐπειδὴ τὰ σύμφωνα εὑρίσκεται μετὰ ἑτέρου συμφώνου [ἢ] ἐν συλλήψει ἢ ἐν διαστάσει· οἷον θνήσκω, ἕλκω. εἰ ἄρα οὖν τὸ Ϝ οὐ σύνεστι συμφώνοις, ἀλλὰ φωνήεσι, δῆλον ὅτι οὐκ ἔστι σύμφωνον. ἀλλ' οὔτε φωνῆεν δύναται εἶναι. τοῖς γὰρ φωνήεσι παρέπεται δασεῖα καὶ ψιλή. Τῷ δὲ Ϝ οὐδέποτε δασεῖα, ἀλλὰ μόνως ψιλοῦται· οὐκ ἄρα ἐστὶ φωνῆεν. ἄλλως τε τὰ προτακτικὰ φωνήεντα οὐχ ὑποτάσσονται φωνήεσιν. ἆρ οὖν τὸ δίγαμμα, εἰ εἴποιμεν φωνῆεν, εὑρεθήσεται ἐν τῷ Ϝ ἄναξ. καὶ Ϝ ἑλένη, τὰ ᾱ ε̄ προτακτικὰ ὑποταττόμενα φωνήεσιν· ὅπερ ἐστιν ἄτοπον· γ' (τρία) γὰρ (sic) φωνήεντα ἐν μιᾷ λέξει περιλαμβάνεσθαι ἀδύνατα. εἰ ἄρα οὖν οὔτε σύμφωνον ἐστὶν οὔτε φωνῆεν, δῆλον ὅτι οὐκ ἔστι στοιχεῖον. Ἔτι πᾶς χαρακτὴρ στοιχείου ἀριθμὸν σημαίνει, οἷον τὸ ᾱ σημαίνει τὸν ἕνα ἀριθμὸν, * * οὐκ ἔστι στοιχεῖον. Ἐπειδὴ δέ τινες τὴν δασεῖαν, ἣ τυποῦται οὕτως Ͱ, λέγουσι στοιχεῖον, φέρε τοὺς λόγους εἴπωμεν, καθ' ἣν αἰτίαν λέγουσι στοιχεῖον αὐτήν· φασὶν ὅτι τὸ στοιχεῖον ἔχει τινὰ ἐκφώνησιν· τοιαύτη δὲ ἡ δασεῖα προσγινομένη καὶ φθόγγον ἴδιον ἀποτελοῦσα, στοιχεῖον ἄρα ἡ δασεῖα. ἔστι δὲ εἰπεῖν ὅτι ἡ δασεῖα οὐκ ἔστι στοιχεῖον· καὶ γὰρ πάντα τὰ στοιχεῖα ἢ φωνήεντα ἐστὶν ἢ σύμφωνα. εἰ οὖν δείξομεν αὐτὴν μήτε φωνῆεν οὖσαν μήτε σύμφωνον δῆλον ὅτι οὐκ ἔστι στοιχεῖον. καὶ φωνῆεν μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπειδὴ τὸ φωνῆεν, καὶ δασύνεται καὶ ψιλοῦται, ὅπερ οὐ παρακολουθεῖ τῇ δασείᾳ. οὐκ ἄρα φωνῆεν ἐστίν. ἄλλως τε εἰ ἦν φωνῆεν ἡ δασεῖα, ἔδει τὸ δασυνόμενον ε̄ καὶ τὸ δασυνόμενον ο̄ μείζονα χρόνον κεκτῆσθαι τοῦ ψιλουμένου. εἴ γε τὰ ἐν β' φωνήεσι (sic) καταγινόμενα, μείζονα τῶν βραχέων εἰσί. [ἔστι] οὐδέποτε τρία φωνήεντα ἐν μιᾷ συλλαβῇ παραλαμβάνονται ‡. εἰ ἄρα οὖν ἡ δασεῖα φωνῆεν, εὑρεθήσε-

SECT. IV. factum sit, ut altera aspirationem *He*, altera *Vau* designaret. Atque hoc quidem, quantum ad [ʽ] attinet, apud omnes in confesso est. Qui autem de [ʼ] secus sentiunt, confirment, necesse est, notam hanc primitus perinde atque hodie usque adeo absurde adhiberi solitam, ut nulla prorsus potestate gauderet, nulli prorsus usui inserviret. Hoc adductus non jam novam figuram in Homeri scripta invehendam, sed perperam hodie collocatam propriæ demum sedi restituendam censeo. Sed quæret aliquis quonam auctore consonanti *Vau* aspirationis itidem nomen impertiverim. Istud igitur paucis accipe. Literam V apud Romanos consonantis cum potestatem tum nomen obtinuisse neminem latet. At eam tamen Quintilianus aspirationem itidem diserte appellavit Lib. I. Cap. V. [iv. 14.]—*quin* foedum [l. fordeum] foedus*que pro* ASPIRATIONE V *simili litera utentes. Nam contra Græci* aspirare *solent, ut pro* Fundanio *Cicero testem, qui primam ejus literam dicere non posset, irridet*[77]. Quam ge-

ται ἐν τῷ αἷμα τρία φωνήεντα ἐν μιᾷ συλλαβῇ, ὅπερ ἀδύνατον. ἔτι τὰ φωνήεντα αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ δύνανται παραλαμβάνεσθαι. ἡ δὲ δασεῖα, οὐ δύναται καθ' ἑαυτὴν παραλαμβάνεσθαι. οὐκ ἄρα οὖν φωνῆεν ἐστι. ἀλλ' οὔτε ἔστι σύμφωνον. καὶ γὰρ τοῖς δασέσϊ φωνήεσϊ οἱ αἰολεῖς κεχρήηνται συνεχῶς. οἷον ἀμφαγαθόν. (sic) οὐχ εὗρον. τῇ δε δασεῖᾳ οὐ κέχρηνται. ψιλωτικοὶ γάρ εἰσιν. [Eustath. ad Il. Υ. p. 1262. l. 13= p. 1360. Herodian. in Aldi hort. p. 384. 11. et MS. *Harl.* in Add.] οὐκ ἄρα οὖν ἐστὶ σύμφωνον. ἄλλως τε τὰ ἀπὸ φωνήεντος [f. συμφώνου] ἀρχόμενα ῥήματα τὸ ε̄ προσλαμβάνουσϊ κατὰ παρατατικόν. * * Ὅπερ οὐκ ἔστιν. ἔτι τὰ σύμφωνα καὶ ἐν τῇ ἀρχούσῃ καὶ ἐν τῷ μέσῳ καὶ ἐν τῷ τέλει εὑρίσκονται, οἷον πλάτων· ἡ δὲ δασεῖα οὐχ οὕτως ἔχει· φίλαρχος γὰρ ἐστίν. οὐκ ἄρα οὖν σύμφωνον. δῆλον οὖν ὅτι μήτε φωνῆεν, μήτε σύμφωνον, ὑπάρχουσα, οὐκ ἐστὶ στοιχεῖον. Eadem fere exhibent ad Dionys. Thrac. pp. 777—779. quæ demum utenda ab amico accepi.

‡ Odyss. I, 32. Αἰαίῃ. Il. E, 86. ἠϊόεντι. Vide supra ad p. 202. Ter. Maur. p. 23, l. 15.= v. 491. *Syllabam nec invenimus ex tribus vocalibus.* Locus ex Tacito, et Inscriptio apud *Montfaucon.* huc spectantes, hodie non sunt ad manum.

77. Vide *Lagomarsin.* luculenter de hoc loco edisserentem supra ad pp. 189, 190. Pro V ingeniosissima oppido illa et verissima, indeclinabile *vav* " de mera

mellam plane hic rem habeamus, modo in memoriam redeas Latinorum V τῷ *Vau* itidem sive ϝ Æolensium sono respondere, non poteris non sentire. Immo ipsam etiam, de qua agitur, rem hic habemus. Quippe certissimum est Quintilianum significare voluisse Græcum testem pro *Fundanius*, cum F Latini sonum efferre non posset, Æolici potestate

138

Regii Codicis conjectura," in textum recepit optimus *Spaldingius*. Varietas scripturæ non est valde notabilis. Alta vetustate F fortasse pro nota H a Sabinis acceperunt Romani: vide supra *Fogginium* ad p. 201. Rem e nostratibus breviter exposuit, et probabiliter doctissimus Editor; "Antiquissimi Romani VAU in talibus pronunciabant, recentiores, quanquam retinentes F in *fordeum*, cett. forma litteræ, quæ jam in alium sonum asciverat, decepti aliter efferebant, novissima F abibat in H." F inter dentes superiores ac labium inferius profertur; pronunciatio Φ incipit a labris utrisque clausis, ut in B et P; deinde ad dentes superiores ac labium inferius transit, ut F: "litteram ergo Romanis peculiarem, F," durinscule enunciando in suam, quam Romani vicissim ignorant, Φ mutabat, et *Phundanium* protulit, cum *Fundanium* debuisset. Quidquid sit, erat fortasse aliquid insuavius et tristius inter Φ et F discrimen, quam hodie percipere possumus.—Addere libet nomina Φόρμος [Herodot. VII. 182.] Φορμίων· Φόρμις Græca civitate esse donata: inscriptio apud Pausan. lib. V. 27. Φόρμος ἀνέθηκεν Ἀρκὰς Μαινάλιος, νῦν δὲ Συρακόσιος. Φίρμος vero, *Firmus*, Latinis solenne. Si de Quintiliani loco recte statui, cadit Dawesii argumentum. Meminisse juvat hunc "horridum" characterem quandoque τοῦ T ditionem tenere; Virg. Geo. II. 341. Ferrea *progenies duris caput extulit arvis:* "lege, Terrea —*Quis enim omnium poetarum* ferream *hominum ætatem* primam *fuisse finxit?* Ita legit et Lactantius Inst. II. 10., quem vide. Plautus Rud. I, ii, 2. Luto *usu'st multo*" *R. B.* ad Hor. Epod. II, 18. Conf. Hygini Fab. CXLII. Pers. Sat. III, 23. Udum et molle lutum es: Prudent. Cathem. h. x. *Si* terrea *forte voluntas* Luteum *sapit, et grave captat: Animus quoque pondere victus Sequitur sua membra deorsum.* M. Capella, p. 36. *Continuoque novo solidantur membra vigore, Et gracilenta perit macies, vis* terrea *cedit; Æternumque venit sine mortis legibus ævum.* Æn. VI, 732. Terrenique *hebetant artus, moribundaque membra.* Theogon. 879. Ϝέργ' ἐρατὰ φθείρουσι χαμαιγενέων ἀνθρώπων. *Lucret.* v, 1410. *sylvestre genus capiebat* terrigenarum. 1425. *Frigus enim nudos sine pellibus excruciabat* Terrigenas; *Manil.* IV, 891. *Sic esse et nobis* terrenæ *corpora* sortis, *Æthereas auras animo, qui cuncta gubernat, Dispensatque hominem?* Comicus irridens Nub. 1476. Ὅτι καὶ σὲ χυτρεοῦν ὄντα θεὸν ἡγησάμην.

SECT. IV.

168 Οδ. Γ. 322.—μεγα τε * δϜεινον τε. Ε. 52.—Οστε κατα δϜεινους—Ι. 236. Ημεις δε δϜεισαντες. Hinc porro liquet pro portentis istis plus nimio familiaribus εδδεισεν, περιδδεισας, υποδδεισας legi tandem oportere εδϜεισεν, περιδϜεισας, υποδϜεισας. Ex iis denique, quæ modo diximus, in proclivi erit colligere, quo tandem sensu vera sint Prisciani verba [supra p. 199.] poetam Æolicum in isto ΝΕΣΤΟΡΑ ΔΕ ϜΟΥ ΠΑΙΔΟΣ digamma pro duplici consonante posuisse docentis. Libet tamen in transcursu monere alteram ejusdem doctrinam, Æoles itidem digamma pro nihilo quandoque accepisse, futilem esse atque absurdam. Quod enim adducit Αμμες δ Ϝειρανον το δε τ αρ θετο μωσα λιγαια [supra ibid.] quin corruptum sit, nihil dubii esse debet. Quicquid autem de Ϝειρανον et sequentibus statuendum sit, unum illud interim mihi persuasum sedet, pro Αμμες δ, modo vox sequens a Ϝ inchoata fuerit, rescribi oportere Αμμε δε, vel forte Αμμι δε, nam, quo hæc referenda sint, non liquet; uti et alterum, pro λιγαια legendum esse λιγεια[115]. Idem non minus frustra docet

115. "Μῶσα λιγαῖα citat *Priscianus* p. 546. quod infelicibus avibus in M. λιγεῖα mutat *Rich. Dawesius*." *Koen*. ad. Greg. Metrop. pp. 113. 115. Stesichorus. ΡΑΔΙΝΗ apud *Blomfield*. in Mus. Crit. Vol. II, p. 267. "Αγε, Μῶσα λιγεῖα, Incertus apud Schol. ad Hermog. p. 400. et fortasse apud Etymol. p. 589, 46. Μῶσ', ἄγε, μῶσα λίγεια. 'Αλκμὰν apud Hephæst. p. 24=40. Μῶσ', ἄγε καλλιόπα, θύγατερ Διός. Archil. apud Eustath.

Æoles itidem digamma pro vocali correpta usos inveniri. Neque enim in iambico dimetro, quem ex Alcmane laudat [p. 199.],

ΚΑΙ ΧΕΙΜΑ ΠΥΡ ΤΕ ΔΑϜΙΟΝ,

vox ΔΑϜΙΟΝ quadrisyllaba accipienda est secunda correpta δαΐιον, sed trisyllaba, prima juxta ea, quæ
* de λυϝω monuimus, producta. Atque illud quidem 169
ad commentum confugisse Priscianum non possum non mirari, qui τῳ digamma duplicis consonantis potestatem alibi tribuerit. Et profecto, si apud Homerum in voce δήιος recte haberetur vocalis η, postularet dialectorum analogia ut in ΔΑϜΙΟΝ apud Alcmanem prima etiam ante simplicem consonantem produceretur. Sed cum Prisciano omnino censeo vocalem α in ΔΑϜΙΟΝ esse natura brevem, adeoque apud Homerum pro δηιος, cujus prima modo producitur, modo corripitur; ubique scribendum esse δαίος. Cæterum, ut illud obiter perstringam, de Horatiana vocis *sylüæ* dihæresi a Prisciano laudata

ad Il. A, p. 10, 1=8, 24. Δεῦρ', ἄγε, Καλλιόπεια λιγεῖα. Schol. A. ad Il. N, 588. (conf. Schol. L. ad Il. B, 233.). Ἀλκμάν· Μῶσα Διὸς θυγάτερ * * * λίγ' ἀείσομαι. Alcmanis fragmentum hoc modo constituendum suspicatur *Meinekius*, Cur. Crit. p. 80., Μῶσ' ἄγε Μῶσα λιγεῖα Πολυμελὲς μέλος νεοχμὸν Ἄρχε παρθένοις ἀείδεν Καὶ ναὸς ἁγναῖς εὐπύργῳ φεραπαίναις ep. cr. p. 80. ubi auctoritates, quibus nituntur hæc disjecta poetæ membra, concutias. Pind. Olym. IX, 73. Ἔγειρ' ἐπέων σφὶν οἶμον Λιγύν. Æschyl. Agam. 1148. Ἰὼ, ἰὼ, λιγείας μόρον ἀηδόνος. Theocr. Id. XXII, 221. λιγεῶν μελίγματα Μουσᾶν Apoll. Alex. de pronom. apud *Bekker*. p. 325. Κόριννα· Μέμφομαι δὲ καὶ λιγουρὰν Μυρτίδ' ἰώνγα. Conf. *Salmas.* Epist. p. 32., *Valck.* ad Adoniaz. p. 300. C. Theocr. Id. XV, 135, λιγυρᾶς ἀρξώμεθ' ἀοιδάς. XVII. 113. λιγυρὰν ἀναμέλψαι ἀοιδάν. VIII, 71. λιγυρῶς ἀνεβάλλετ' ἀείδεν. Plat. in Phædro, p. 237. A. Ἄγετε δὴ, ὦ Μοῦσαι, εἴπετε δι' ᾠδῆς εἶδος λίγειαι, εἴτε διὰ γένος μουσικὸν τὸ Λιγύων ταύτην ἔσχετ' ἐπωνυμίαν, ξύμ μοι λαβέσθε τοῦ μύθου,—Virg. Buc. VII, 24. *Hic* arguta *sacra pendebit* fistula *pinu* Hor. Epist. II, ii, 90. *Qui minus* argutos *versat furor iste* poetas? Carm. IV, vi, 25. *Cunninghami* lectio *Ductor* Argeæ *fidicen Thaliæ, Phœbe*, mihi saltim semper arrisit. "Sæpissime librarii confuderunt *Argeus, Argous*, et *Argivus*:" *Schrader.* Emendat. p. 23.

SECT. IV. Cl. Bentleius ad Carm. I. 23. 4. "Similem (inquit) "sane dialysin in aliis verbis admiserunt non Catullus[116] solum, qui paulo durior est, sed tersissimi "Poetarum Tibullus et Ovidius: ille Eleg. I. 8 [2.]. "et alibi,

Stamina non ulli dissolüenda *deo*

hic in Epist. Medeæ Jasoni [4.]

Debuerant fusos evolüisse *meos*

"et passim. Verum alia ratio horum est, alia, ni "fallor, *silüæ*. *Solvo* enim et *volvo*, si consonantem "in vocalem dissolveris, primam brevem habebunt; "ut ex supinis et participiis constat, *solutus*, *vo-*
170 "*lutus*: *Silüa* autem, etiam per diæresin in * tres "syllabas dissoluta, primam tamen longam retinebit; "siquidem certum est a Græco ʽΥΛΗ, vel per digamma Æolicum ʽΥΛϜΗ, Latinum *Silva* profluxisse. "Nam ʽΥΛΗ quidem apud Græcos syllabam primam "semper productam habet[117]." Ego vero continere me nequeo quin credam, contra quam judicavit vir Cl., Horatianæ in voce *sylüa* dialyseos eandem plane esse rationem, quæ est Tibullianæ in *dissolüenda*, et Ovidianæ in *evolüisse*. Velim enim scire, undenam colligi possit Æolicum ΥΛϜΗ, vel forte ΥϜΛΗ, vocalem Υ natura brevem non habuisse: An quia

116. *Valckenærius* ad Callimachea, pp. 125, 6., "In verbis *solvo*, et *volvo*, ista pronunciandi scribendique ratio præ reliquis *Catullo* placuit, I, 38. *Pristina vota novo munere* dissolüi. 74. *Condita quin veri pectoris* evolüam LXII, 45. *simul ipsa* (ipse *R. B.*) *pectore Atys sua facta* revolüit XCIII, 6. *Zmyrnam in cana diu sæcula* pervolüent LX, 53. *tibi virgines Zonula* solüunt *sinus*. ii, 13. *Quod zonam* solüit *diu ligatam*. Semel etiam Propertius scripsit I, vii. 16. *Quod nolim nostros* evolüisse *Deos!* sæpius Tibullus I, viii, 40. *Pectora tristitiæ* dissolüenda dedit. XI, 62. *sit satis ornatus* dissolüisse *comæ*."

117. Ex Homerico isto ὕλϜη nulla *siluæ* ratio apud Horatium habenda est. Vide Mureti opera, II, 331. *Menagiana*, II, 214. ed. Amstel. *Edwards* ad Pseudo-Plutarch. p. 128. Hor. Carm. I, xxiii, 4. Epod. xiii, 2. xvi, 32. Serm. II, iii, 187. Poeta Venusinus, cetera mellitissimus, sed in his rebus paulo ὀψιμαθέστερος, neque in *sylüæ*, nec in *Atrida* vim metricam consonantis Ϝ unquam agnovit.

YΛH, prout hodie exhibetur, primam semper habet productam? At aliter fieri non potuit, utcumque το Y in vetere scriptura YΛFH natura breve fuerit; nam YΛFH in syllabas ita secari non potest, ut priorem brevem habeat; neque igitur, quod ejus locum hodie occupat YΛH, priorem uspiam potuisset non producere. Finge, verbi gratia, ex verbo Latino *solVo* deleri ubique literam V. Annon necesse erit, ut deinceps prius O longæ partes ubique sustineat? At quis tamen exinde legitime intulerit vocalem illam natura longam esse? Verum si nullo argumento evinci possit vocalem Y in voce YΛFH non fuisse natura longam, satis opinor est Horatii auctoritas, cur natura brevem fuisse, adeoque eadem plane ratione *sylvæ* in *syliiæ*, qua *evolvisse* * in *evoliiisse*, et *dissolvenda* in *dissoliienda* migrasse concludamus. SECT. IV. 171

Hactenus in metrica consonantis Vau auctoritate potissimum sumus versati. Reliquam hujus Sectionis partem analogicæ ejusdem virtuti, in superioribus non plane intactæ, uberiori exemplorum delectu illustrandæ impendemus. Noli tamen mirari si forte in sequentibus potestatis itidem prosoediacæ mentio subinde recurrat: Neque enim res tam amice conjurantes penitus disjungere fas videtur.

IΛ. A. 7. Ατρειδης] Germanum hujus verbi sonum ΑτρεWιδης statuimus. Analogiam autem sic concipi volumus. Quod hodie repræsentamus Ατρευς, veterum Ionum sermone erat ΑτρεWς. Nempe elementum Y consonantis Vau tam sonum quam locum innumeris in verbis jam olim occupavit[118]. Hujus autem a genitivo ΑτρεWος non secus fluit patronymicum ΑτρεWιδης, atque ab Εκτορος et Νεστορος, Εκτοριδης et Νεστοριδης. Simili ratione a genitivis ΑιγεWος, WοινεWος, ΠηλεWος, ΤυδεWος, ΦυλεWος, derivantur ΑιγεWιδης, WοινεWιδης, ΠηλεWιδης, ΤυδεWιδης,

118. Vide supra ad p. 215.

SECT. IV.

Φυλεϝιδης [119]. Quam ad confirmandam analogiam accedit, quod quadrisyllabam hanc scripturam metricæ itidem leges ubique patiantur: cum tamen certissimum sit eam esse versus heroici rationem
172 ut trisyllaba Ατρειδης, Αιγειδης &c. variis * in locis commodissime recipiat, ex quibus tamen omnibus quadrisyllaba Ατρεϝιδης Αιγεϝιδης &c. [nusquam] excludat [120]. Cæterum versum istum Γ. 182.

Ω μακαρ Ατρειδη, μοιρηγενες, ολβιοδαιμον

auctor est Eustathius laudari solitum eo quod vocem monosyllabam dissyllaba, deinceps trisyllaba, quadrisyllaba, et quinquesyllaba ordine et κλιμακηδον excipiant [121]. Sed ignoscet, uti confido, mihi

119. [Οἱ Αἰολεῖς πολλάκις ἐν ταῖς διφθόγγοις οὐκ ἀποβάλλουσιν, ἀλλ' ἀρκοῦνται μόνῃ διαστάσει, ὡς ἐν τῷ Ἀτρεΐδης Αἰγεΐδης, Ἀργεῖος. MS. Harl.] Idcirco in his formis penultima commodissime producta legitur, quod F Latinum non tulit eloquium. "Ut ab *Atreus*, *Coroneus*, *Cretheus*, *Lynceus*, *Neleus*, *Œneus*, *Peleus*, *Pentheus*, *Phineus*, *Theseus*, *Tydeus*, formantur *Atrides*, *Coronides*, *Crethides*, *Lyncides*, *Nelides*, *Œnides*, *Pelides*, *Penthides*, *Phinides*, *Thesides*, *Tydides*, media syllaba semper producta, sic a *Tereus*, formari debet *Terides*, non autem *Tereïdes*." *Schrad.* Emendat. p. 237. Mulieres quoque μητρόθεν sunt appellatæ. Δαναΐδης· Λητοΐδης· Νιοβίδης· Etym. M. p. 166, 10. Ὀλυμπιάς· Πηλιάς· Ἀχελωΐς· Δηωΐς· Ἡρωΐς. Νηρηΐς· Πριαμίς· Ταντaλίς· Ἀδρηστίνη· Ἀετίνη· Δηωΐνη· Εὐηνίνη· Ἡρωΐνη· Ἡρφύνη· Θεανίνη· Θεαντίνη· Κλεοβυλίνη· Νηρείνη. Φαιακοσίνη· Ὠκεανίνη. *Neptunine* Catull. Nupt. Pel. et Thet. 28. *Nereine* Virg. Buc. vii, 37. Vide *N. H.* ad Ovid. H. Ep. vi, 103. Ar. Ach. 614. His addas, Αἰνειώνη· Ἀκρισιώνη· Καδμειώνη· οὐρανιώνη.

120. i. e. nullus est locus in Homero, in quo metrum -εΐδης efflagitet.

121. Versus Ῥοπαλικὸς· Ach. 536. Ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα. Plin. Epist. i, xx. *Odi præcoci puerulos sapientia.* Voss. Etym. v. *Rhopalius*, Quæ quarum facie pulcerrima Deiopeia; Servius p. 1820. apud *Gaisford.*, Rem tibi confeci, doctissime, dulcisonoram; Capella p. 189., O sacra doctarum prudentia fontigenarum: Prudentius, Spes Deus æternæ stationis conciliator. Hujusmodi consarcinatores impense nugabantur; MS. Harl. f. 137. ἔστι δὲ καὶ ὁμηρικὸς στιχὸς, ἔχων τὰ ὄκτω μέρη τοῦ λόγου· πρὸς δ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέησον· τὸ μὲν γὰρ πρὸς ἔστι πρόθεσις. τὸ δὲ σύνδεσμος. τὸ δὲ ἐμὲ ἀντωνύμια. τὸ τὸν ἄρ-

bonus Homerus, si forte effecero, ut laus ista, quam ipse, sat scio, nunquam expectaverit, in posterum sit nulla. Atque hanc quidem veniam quo certius consecuturus videar, facit quod persuasum habeam Aristophanem olim quendam finxisse κλιμακι non minus artificioso deorsum crepantem. Hujus quidem laudem Comico inviderunt librarii atque editores, qui utique locum ita mutilaverint: Nub. 389. SECT. IV.

Ατρεμας πρωτον παππαξ· καπειτ επαγει παπαπαππαξ·
Χωταν χεζω κομιδη βροντᾳ παπαπαππαξ ὡσπερ εκειναι.

Ad quem Cl. Kusterus "Cum (inquit) integrum "pedem versui huic deesse viderem, conjiciebam "το παππαξ bis scribendum esse: quam conjec- "turam postea collatio MS. Vatic[122]. confirmavit." * *A f--t for his conjecture and the* MS. *into the bargain*[123]. Fefellit utique virum Cl., uti et correc- 173

θρον. τὸ δύστηνον ὄνομα. τὸ ἔτι ἐπίῤῥημα. τὸ φρονέοντα μετοχή. τὸ ἐλέησον ῥῆμα.

122. Nub. 389. "MSS. Vatic. et Barocc. 127. 'Ατρέμας πρῶτον παππάξ, παππάξ lege, 'Α. οὕτω (et sic Suidas in παπ.) πρῶτον παππὰξ ἐπάγει, κᾆπειτα παπαππάξ." *R. B.* quem conf. in Mus. Crit. No. VII. p. 487. MSS. C. E. 'Α. π. παππὰξ, κᾆπειτ' ἐπάγει παππὰξ παπαπαππάξ et 390. παπαπαππάξ. MS. D. 'Α. π. π. κ. ἐ. παπὰξ παπαπαπάξ. MS. F. 'Α. π. π. κ. ἐ. παπαππὰξ παπάξ. I. παππὰξ παππὰξ, κ. ἐ.
αααα α
ππππππξ. H. 'Α. π. παπὰξ, κ. ἐ. παπαπαπάξ T πρότερον παπὰξ παπὰξ κ. ἐ. παπὰξ παπαπάξ. 390. H, T. παπαπαπάξ I.
ααα
πππππάξ. Cod. Leid. παπάξ· κᾆπειτ' ἐπάγει παπάξ. Vide *R.P.* apud *P. P. D.* "Potius sic: ΠΑΞ, ΕΙΤ' ΕΠΑΓΕΙ ΠΑΠΠΑΞ," *Porsonus* apud virum sagacissimum atque amicissimum, *Martinum Davy*, S. T. P. et Collegii Caii-Gonvillensis Magistrum: Athen. I, p. 11, C. εἶτ' ἐπάγει· Scribi potest 'Α. π. πάξ· κᾆτ'. ἐπάγει παππάξ. judice *R. P.* paulo ante decessum flebilem; sed *R. D.* emendationem, si rite memini, sollicitare noluit: et alio festinans cum *Hermanno* textum ἐκ τῶν φυσικῶν scrutari nolui.

123. Emendatione oppido quam nitida sordidam verbi labem inspersit *R. D.*; et τὸν τάριχον τουτονὶ Editor doctissimus pariter atque longe humanissimus præteriit: *Castum*, proculdubio, *esse decet pium poetam Ipsum*: sed decipit exemplar vitiis imitabile; et Aristo-

SECT. IV.

phanes, licenter in quibusdam, καθάπερ τις σκώληξ ἐν πάνυ πονηρῷ καὶ κοπρώδει βορβόρῳ κυλινδούμενος,† poeseos suæ fulgore mentis *R. D.* aciem adeo præstrinxit, ut eum in fraudem illiceret. Immutatas critico reliqui ipsius voces: indulgeas, velim, lector benigne, audaciæ meæ; et fidem erga *R. D.* boni consulas, Vir admodum Reverende, qui es "non fortasse tam vehemens, quam isti," quos nos jure laudamus, "sed certe talis, quales si omnes semper fuissent, numquam desideratus vehemens esset" episcopus. *A f—g* supponeret alter amicus; οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰσχάδος μιᾶς. Sed *ficus* apud nos in pretio sunt, apud Athenienses viliores multo! Librarii quoque, suavissimi homines, hujusmodi pabulum nihili habent; Eubulus apud Athen. XVI, 640. B. ἐν τῷ γὰρ αὐτῷ πάνθ' ὁμοῦ πωλήσεται, Ἐν ταῖς Ἀθήναις οὐκ ἀκληρῆρες, βότρυς —ἀκληρῆρες hic, ut ἀνακληρόρων alias, monstrum horrendum; sed Attici salis gustum habens, ΣΥΚΑ, κληρῆρες, restituit Piersonus ad Mœrin, p. 368. Vide (*Crit. Rev. Jan.* 1803, p. 5.). In hoc loco *Jortinus*, priscæ sanctimoniæ vir, dixerit jocullariter *A B—k b—y*, vel *H—le n—l*: etsi sint quædam, confiteor, quæ honeste non possum dicere; castis tamen omnia sunt casta; —καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν Ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται Eur. Bacch. 313. ['Η γ' οὖσα σ. temere Salmas. ad Tertullian. de Pallio p. 328.]; utinamque jocus in turpiculis hunc libellum non inquinasset; sed meum esse in textu *Misc. Crit.* ne minimum quidem novare judicavi. Procul esto immunda Comici Petulantia, quæ lectoribus fastidium creat; procul esto nequitiæ illuvies, a qua cultus noster divinus mente pura consistens penitus abhorret. Aristophanes fuit strenuus civis, demagogi fremitum acerrime retudit, et de patria optime promeritus civitatem monuit (Pac. 506.); Ἀλλ' εἴπερ ἐπιθυμεῖτε τήνδ' ἐξελκύσαι, Πρὸς τὴν θάλατταν ὀλίγον ὑποχωρήσατε. Oraculum apud Herodot. VIII, 51. τὸ ξύλινον τεῖχος ἀνάλωτον ἔσεσθαι· conf. *Thucyd.* I, 93. 143, 144. II, 62. 65. *Aristot.* de Republ. VIII, vi. Egregiis vero animi dotibus parum honeste usus auditores partium studio et malitia imbuebat; et una cum tota illa Comicorum manu in virum de vita et moribus studiosissime quærentem venenatos sales suos effudit. SOCRATEM, qui sophistis sese opposuit, et a *physicis* totum ad mores emendandos transtulit, opprobriis falsissimis insectabatur; atque hæc omnia, quasi sepimento aliquo, vallabat suavissimis poeseos condimentis: Nub. 1508. Τί γὰρ μαθόνθ' ὑβρίζετόν γ' εἰς τοὺς

† Cleomed. Meteor. II, 74. ed. 1604. Æschyl. Eum. 691. βορβόρῳ θ' ὕδωρ Λαμπρὸν μιαίνων οὔποθ' εὑρήσεις ποτόν. Plato de Republ. VII, p. 704. E. 7. Frf. = p. 488. B. 5. Lemar. = T. II. p. 533. D. I. HSt. ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον. *Galen.* Προτρεπτ. c. xi. ὡς ἐν βορβόρῳ πολλῷ τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν ἔχουσι κατεσβεσμένην. Conf. *Strab.* XVII, p. 11251. Oxon. Juv. Sat. xi, 172. Prudent. Peristeph. II, 245—248. *Lucian.* T. II, p. 233. Alexander, §. 25. ἐρομένου γάρ τινός τι πράττει ἐν ᾅδου ὁ Ἐπίκουρος; μολυβαίνας, ἔφη, ἔχων πέδας ἐν βορβόρῳ κάθηται. Lege, Μολυβδίνας—est enim Iambicus tetrameter.

torem Vaticanum alterum illud *παπαπαππαξ* ineptissime bis scriptum haberi. Hoc, opinor, videns editor Londinensis exhibendum curavit *καπειτ επαγει παπαππαξ.* quo quidem pacto ad pristinum *κλιμακα* propius accessit, sed versum adhuc magis contaminavit. Ipsius etiam *κλιμακος* gradus adhuc primus desideratur. Eum vero in integrum sic tandem restituo : SECT. IV.

Ατρεμας πρωτον ΠΑΞ, *κατα* ΠΑΠΑΞ *επαγει, καπειτα* ΠΑΠΑΠΠΑΞ.

Χωταν χεζω κομιδη βροντα ΠΑΠΑΠΑΠΠΑΞ, *ὥσπερ εκειναι.*

Porro autem (ut ad analogiam Homericam revertamur) verba nonnulla duplici modo terminabant Iones, modo εως, modo ηως adhibentes; uti ex

θεούς; Καὶ τῆς Σελήνης ἐσκοπεῖσθε τὴν ἕδραν. Δίωκε, βάλλε, παῖε, πολλῶν οὕνεκα, Μάλιστα δ' εἰδὼς τοὺς θεοὺς ὡς ἠδίκουν· "*στίχος ἄλλως ἐν παλαιῷ ἀντιγράφῳ· τί γὰρ μαθόντ' εἰς τοὺς θεοὺς ὑβρίζετον.*" *Vict.* et 1511. pro *ὡς Vict. οὕς*. Hoccine de viro, "qui primus philosophiam devocavit e cœlo, et in urbibus collocavit?" Audiamus discipulum magistri dicta factaque illibata et cana simplicitate enarrantem; Xenoph. Mem. IV, vii, 6. *ὅλως δὲ τῶν οὐρανίων, ᾗ ἕκαστα ὁ θεὸς μηχανᾶται, φροντιστὴν γίγνεσθαι, ἀπέτρεπεν· οὔτε γὰρ εὑρετὰ ἀνθρώποις αὐτὰ ἐνόμιζεν εἶναι, οὔτε χαρίζεσθαι θεοῖς ἂν ἡγεῖτο τὸν ζητοῦντα, ἃ ἐκεῖνοι σαφηνίσαι οὐκ ἐβουλήθησαν.* Conf. eundem ibid. I, i, 11—14. *Platonem* de Legg. VII, p. 901. B. 2. Frf. p. 640. G. 2. Laemar. =T. II. p. 821. A. I. HSt. et Auctorem Epinom. p. 1013. A. I. Frf. =703. E. 3. Laemar. =T. II. p. 988. A. 7. HSt. Æschyl. Suppl. 1055—1059. qui rivulos suos ex his fontibus deduxit; *Τί δὲ μέλλω φρένα δῖαν Καθορᾶν, ὄψιν ἄβυσσον;—Τίνα καιρόν με διδάσκεις; Τὰ θεῶν μηδὲν ἀγάζειν.* His adde Philemon. fragm. inc. V. p. 340. *Cler.* *Θεοὺς νόμιζε καὶ σέβου, ζήτει δὲ μή.* et Eupol. cui lacero et deformato priscum nitorem reddidit *R. P.* in Advers. p. 75. *Ἔνδοθι μὲν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήϊος, Ὃς ἀλαζονεύεται μὲν ἀλιτήριος Περὶ τῶν μετεώρων, τὰ δὲ χαμάθεν ἐσθίει.* Sed in *Dawesio*, non in Aristophane, Operam impendimus, cujus levitas præ sordibus Aristarchi illius Anti-Bentleiani, *Ricardi Johnsoni, Nottingamici*, hominis haud inficeti, et mores suos fassi, pene conticesit. Ne *R. D.* hominem nequam, in honesti leges cum Aristophane peccantem, defendendo fecerim nequiorem, redibo illuc, unde deflexit nota.

SECT. IV. genitivis constat: νηϝος verbi gratia et Πηληϝος ad rectos νηϝς [vulgo νηυς] et Πηληϝς non secus referenda sunt atque νεϝος et Πηλεϝος ad νεϝς et Πηλεϝς. A Πηληϝος autem profluit alterum patronymicum Πηληϝιαδης, uti et a Νηληϝος Νηληϝιαδης. Nempe in formandis patronymicis genitivi terminatio ος vel ου post syllabam brevem in ιδης, post longam vero in ιαδης migrabat[124]. Cujus rei exempla

124. "Quam dedit *Dawesius* observationem, jam olim ex *Heraclideis* dederat Eustathius ad Il. A. p. 13, 11=10, 36.: hoc etiam genus optime cognitum habuit in Latinis Poëtis redintegrandis *N. Heinsius*:" VALCKENÆR. ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 414. Conf. Diatrib. p. 287., et *Koën.* ad Greg. 231. apud *Burgess.* Ἀντηνορίδης· Τυνδαρίδης· etc. Il. Φ, 208. Χέρσ' ὕπο ΠηλεϜίδαο καὶ ἄορι Ϝῖφι δαμέντα. E, 109. Ὄρσο, πέπον ΚαπανηϜιάδη, κατάβησεο δίφρου. "In Βηλίδης, patronymico a Βῆλος deducto, [*Lebethrides. Prœtides*] media syllaba usque adeo brevis est, ut nulla licentia produci possit. Sic a Βάττος regulare est Βαττίδης. Nomina in ιος desinentia formant patronymicum in ιαδης. Κλύτιος Κλυτιάδης· Θέσπιος Θεσπιάδης. Θέστιος Θεστιάδης· Φήμιος Φημιάδης." *Brunck.* ad Æn. II. 81. et ad Soph. Ph. 1333. Λαερτιάδης non a Λαέρτης, sed a Λαέρτιος· quod κτητικόν. MS. Harl. f. 160. ἁμαρτάνει δὲ ὁ Τρύφων τὸ τελαμωνιάδης λέγων ἀπὸ τοῦ τελαμώνιος. — Ἀμφιτρύων Ἀμφιτρυωνίαδης· [*Amphiaraïades* Ovidio quoque reddenda Fast. II, 43. pro *Amphiaraïdes*,—Valck. in Diatr. ad Eur. Fr. p. 287. C.] Λαερτιάδης· Πέλοψ Πελοπίδης Πελοπεὺς — εϜος — ῆϜος ΠελοπηϜιάδης.—Ἀσκληπῖου Il. B, 731. Τῶν αὖθ' ἡγείσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδε· ut, supra, 518. Υἱεε Ϝιφίτου μεγαθύμου Ναυβολίδαο· hinc Ἀσκληπῑάδης, et ex necessitate, Ἀσκληπῐάδης. Theognis 432. Εἰ δ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε Θεός· et Sophocles ὁ φιλόμηρος in Ph. 1333. Καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐντυχὼν Ἀσκληπιδῶν ex Aldo *Brunckius*; Ἀσκληπιαδῶν ex Turnebo ceteræ editiones veteres. Ἀσκληπιῶν *Toup.* ad Suid. I, 168. et PR. ad Vol. II, x. "Non adduci possum ut credam Æsculapii filios a Sophocle Æsculapios vocari. Neque tamen sanam puto aut vulgatam lectionem, aut a Brunckio post alios adoptatam, Ἀσκληπιδῶν. Altera enim metro, altera analogiæ repugnat. In loco, quem nunc tractamus, nullo negotio emendari posset, si de cæterorum sanitate constaret, Καὶ ΤΟΙΝ παρ' ἡμῖν"—*R. P.* App. ad *Toup.* p. 445. Postea reperto Sophoclem ἧμιν et ὗμιν sæpissime scripsisse, operis summam feliciter reposuit Ἀσκληπιάδαιν δὲ τοῖν παρ' ἧμιν ἐντυχών. PR. ad Eur. XXXV=XXXVIII. Conf. Athen. VI, 256. C. ΑΣΚΛΑΡΙΑΔΑ in decreto apud *Maffeum* in Gallic. Ant. p. 10. l. 21. et ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ apud *Dodwell.* in Itiner. Vol. I. p. 415. Posito hanc analogiam esse omnino veram, habebimus Ἄνθεμος

'Ανθεμίδης 'Ανθεμίων 'Ανθεμιωνιάδης· Δεύκαλος Δευκαλίδης Δευκαλίων· Δευκαλιωνιάδης· 'Ηετίος 'Ηετίδης 'Ηετίων 'Ηετιωνιάδης· Ταλαὸς Ταλαΐδης Ταλαΐων Ταλαϊωνιάδης. Eandem legem plerumque secuti sunt Latini; e. g. *Abantiades*, *Acrisioniades*, *Amphitryoniades*, *Anchisiades*, *Asopiades*, *Athamantiades*, *Atlantiades*, [*Atlas*; Virg. Geo. I, 221. *Ante tibi Æoæ* Atlantides *abscondantur*. *Atlanteus*; Hor. Carm. I, xxxiv, 11. *Sedes*, Atlanteusque *finis*: hinc *Atlantiades*; Ovid. Met. VIII. *Venit* Atlantiades *positis caducifer alis*.] *Dryantiades*, *Laertiades*, *Laomedontiades*, *Nisiades*, etc. Eadem prope de *gentilibus* observarat Bentleius; "Vocabulum Κυνθίδες [Callim. Ep. LXXIII.] in mendo cubat. Quippe a recto Κυνθὶς esset Κυνθίδες, media syllaba brevi. At a Κύνθος, Κύνθιος, non dicitur, Κυνθὶς, sed Κυνθιάς. Legendum itaque Κυνθιάδες θαρσεῖτε. Et sic plane extat apud Suidam in Κυνθ. et apud ipsum Callimachum hym. in Apoll. v, 61." *Grævio*. p. 92. Eodem modo *Salmasius* ad Anthol. VI, p. 569. "Κυνθιάδας vocat αἶγας, quarum copia erat in Cynthio monte." *R.B.* ad Lucan. Phars. VI, 449. "A Πέρσης non Πέρσειος nec Περσαῖος sed Περσικός" [ut a βασιλεὺς est βασιλικὸς, a Φαληρεὺς Φαληρικός. Herodot. IX, 114. Xen. Anab. I, p. 57. VII, p. 576. ἀνὴρ Πέρσης, et Πέρσης ἀνήρ.] "Περσαῖος dicitur a Πέρσα urbe prope Euphratem; Steph. de Urbibus solus memorat." Recte quoque statuit Vir præstantissimus pp. 164, 5. de derivatis in -αζειν, et -ιαζειν terminantibus; licet aliter decreverint Valck. ad Adoniaz. pp. 189. 343. et *D. R.* ad Tim. p. 51. Αἰγυπτογενής· Δαρειογενής· Καδμογενής· Κυπρογενής· Σουσιγενής et hujusmodi alia non sunt patronymica: Quod ad avium pullos et ferarum catulos attinet, "propria Græcis erat in his forma patronymica in δεύς: λύκου τέκνα, Λυκιδεῖς dicebantur; τέκνα λαγωοῦ, Λαγιδεῖς. Reperiuntur et Λεοντιδεῖς, Πιθηκιδεῖς, 'Αλωπεκιδεῖς, Χηνιδεῖς, Περδικιδεῖς, 'Ιερακιδεῖς, Περιστεριδεῖς." *Valck.* ad Herodot. III, 109. Moneam obiter inauditam Latinis formam *Iäpetoniades*, qua utitur *Muretus*, IV, 613. et quam jure inustam vult *Schraderus*, Em. p. 224., rejecisse *Miltonum* nostrum, Epigr. v. Iäpetionidem *laudavit cæca vetustas*. Ovid. Met. IV, 632. Iapetionides *Atlas fuit* Hesiod. Ἔργ. 54. 'Ιαπετιονίδη, πάντων περὶ μήδεα Fειδὼς, Theogon. 614. Οὐδὲ γὰρ 'Ιαπετιονίδης ἀκάκητα Προμηθεύς. Formam quoque *Iapetides* usurpasse videtur Ovidius Met. v, 111. vid. *T. H.* ad Aristoph. Plut. p. 207. "Rarissimam formam patronymicam nobis servavit *Etymol.* p. 397, 12. Εὐρυπῴδης, quæ non sane censeri debet ex Εὐρυποντίδης κατὰ συγκοπὴν nata, sed potius ab Εὐρυπῶς—ῶος—ῶϊ—ῷ, Εὐρυπῴδης· ut ab Εὐρυπῶν frequenter Reges ex ista domo dicuntur Εὐρυπωντίδαι." *Valck.* ad Herodot. VIII, 131. et ad Adoniaz. p. 267. Εὐρυπώνδων mallem: Pausan. III, xii. 237. ἐπὶ δὲ τῷ πέρατι 'Αφεταΐδος, ἐγγύτατα ἤδη τοῦ τείχους Δικτύννης ἐστὶν ἱερὸν, καὶ βασίλειοι τάφοι τῶν καλουμένων Εὐρυπωντιδῶν. Εὐρυπώνδων ex Ald. et duobus codicibus rescripsit *Porsonus*.—*Corsini* in Fast. Att. T. I. 47. "*Phliasius* vero dicitur Aurelius

SECT. IV. sunt Ἀγχισιάδης, Τελαμωνιάδης. Quæ analogia si * antehac nota fuisset, notam jam olim de primi
174 Viliadis versus enunciatione litem necessario diremisset. Eadem etiam aliunde dirimi potuisset, modo observassent eruditi, quod verum est, terminationem genitivorum, prout hodie repræsentatur, εω nusquam nisi μονοσυλλαβως [125] efferendam venire. Quod autem doctiss. Clarkius [ad Il. A, 265.] de Πη-

ille quod ad Φλίαν Atticæ populum spectaverit: minus enim feliciter latinus Inscriptionis interpres apud *Muratorium* adnotavit; *Phliasius, id est ex Phliunte oppido Sicyoniæ, aut Peloponnesi.*" Atqui ex Demo Φλύη, ὁ δημότης Φλυεὺς dicitur, non Φλιάσιος, aut potius Φλειάσιος. "Μιννὸς—Μιννΐδης apud Schol. Pind. ad Ol. xiv, 5. Μινυεὺς—Μινυηΐδαι" *Ruhnkenius* in Ep. Cr. II. p. 247 (251). Τυφὼς, Τυφωεύς· Τυφὼν, Τυφωνεύς. Nominum formæ primitivæ et patronymicæ sæpe commiscentur: Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρίδης· Ἐπαμίνωνα Ἐπαμίνωνδας· Εὔβουλος Εὐβουλίδης· Ἐχεκράτης Ἐχεκρατίδης· Ἡρακλῆς Ἡρακλείδης· Ἡρωΐδης Ἡρῴδης Ἡρώνδης· Θέσπιος Θεσπιάδης· Κάλων vel Κάλλων Καλωνίδης· Κλέανδρος Κλεανδρίδης· Λευκόλοφος Λευκολοφίδης· Μνησάρχος Μνησαρχίδης· Νικόμαχος Νικομαχίδης· Σιμίχος Σιμιχίδης· Τευτάμος Τευταμίδης· Φαίδων Φαιδώνδης· Φιλομηλείδης· Φρασικλῆς Φρασικλείδης. *Agnon Agnonides: Democles Democlides: Dioclides: Heraclides: Eubulides: Philippides: Philonides: Simon Simonides.* Formæ vetustæ, et plerumque Doricæ: Ἀρχώνδας· Δαιτώνδας· Ἐπαμινώνδας· Ἑρμαιώνδας· Ἡρώνδας· Θεώνδας· Καλώνδας· Παγώνδας· Σθενώνδας· Φιλώνδας· Φρυνώνδας· Χαρώνδας· *Archondas, Philondas, Theondas.* His diversa paullo forma subjicias Αἰολάδας· Ἀντιγενίδας· Ἀριανθίδας· Δερκυλλίδας· Εὐρυξιλαΐδας· Εὐθυμίδας· Εὐφαμίδας· Ἡγησανδρίδας· Καλλικρατίδας· Κοιρατάδας· Κρατησιππίδας· Λυσιμαχίδας· Παντελίδας· Πασιππίδας· Προμαχίδας Σωτηρίδας. Nomina in -ιχος desinentia apud Bœotos persæpe diminutiva sunt: Ἀμυντίχος Theocrit. Id. vii. 51. 132. Ἀσώπιχος Athen. XIII. p. 761. D. Plutarch. in Erotico T. II. p. 761. D. Βοστόριχος Demosth. de Cor. p. 278. *Bekker.* Ἰσμήνιχος Aristoph. Ach. 954. "Æoles fere epitheta patronymicωs formant, ut σπουδαρχίδης." *Scaliger.* App. ad Virgil. p. 527. Archaice Aristoph. Acharn. 595. Ὅστις; πολίτης χρηστὸς, οὐ σπουδαρχίδης, Ἀλλ', ἐξ ὅτου περ ὁ πόλεμος, στρατωνίδης· Σὺ δ', ἐξ ὅτου περ ὁ πόλεμος, μισθαρχίδης. Conf. Greg. Naz. de V. J. p. 25. Liban. Epist. CCXCIV, p. 201. Ὁ δὲ τύπος εἰς—αδιος παρ' Αἰολεῦσιν, οἷον Τινάδιος ὁ Τίνα παῖς καὶ Ὑῤῥάδιος ὁ τοῦ Ὕῤῥα παῖς. Schol. ad Dion. Thrac. p. 849.

125. Quod ad Il. A, 193. jampridem tentavi (*Gent. Mag. Nov.* 1797, p. 923.), infectum volo; etenim ut ἀνάγαιος lingua

λεως, Πηλεα[126], et similibus non semel observavit, nihili est, quod quidem ad Homerum: nam ea sermonis Attici sunt propria. SECT. IV.

A. 409. — και αμφ αλα ελσαι Αχαιους] "συνελασαι, συγκλεισαι" Brev. Schol. Auctor. Eo, opinor, intuitu, ut a συνελασαι vocis ελσαι analogia, a συγκλεισαι notio definiatur. Et habent quidem Lexicographi "ελσαι pro ελασαι." At vero primo illud ελσαι ita locatum metri rationem plane pessundat. Secundo, vox ελασαι neque apud Homerum, nec vero usquam alias, tantundem valet quod συγκλεισαι; quem tamen significatum postulat sententia. Hem vero tibi germanam lectionem:

———και αμφ ἁλα WΕΙΛΑΙ[127] ΑχαιWους.

Annon jam vides accuratam tam sententiam quam prosoediam? At mihi (inquies) unus scrupulus etiam restat de analogia vocis Wειλαι. Sic igitur collige: a verbo Homerico Wειλω, vulgo ειλω, * fluit 175
aoristus primus εWειλα, non secus atque a σπειρω, εσπειρα. Ab eodem verbo formata occurrunt εWαλην, Wαλεις, Wαληναι, ac pro eo Wαλημεναι, eadem plane analogia, qua a σπειρω formantur εσπαρην, σπαρεις, σπαρηναι: quæ quidem vocabula vulgo exhibentur ειλην, αλεις, αληναι, αλημεναι; de quibus ineptiunt admodum Lexicographi. Libet hic in transcursu observare, quam foedissime dehonestata sit ab eodem fonte deducta vox WεWελμενοι Vil. XVIII. 287.

Η ουπω κεκορησθε εελμενοι ενδοθι πυργων;

Attica ἀνώγεως· εὔγειος εὔγεως· κατάγειος κατάγεως· λεπτόγειος λεπτόγεως· λευκόγειος λευκόγεως· λυπρόγεως· μεσόγεως· ὑπόγεως· χρυσόγεως· ψαμμόγεως. Ab αἴωρα μετέωρος· a γαῖα γέουχος et γεήοχος, γεωγράφος et γεωμόρος· eadem analogia Ἕως αιος vel εως enunciandum mallem. Vide *Tracts*, p. 206. Phrynichus Π. Σ. p. 47. κατάγειον· οὐχὶ κατάγαιον διὰ τῆς αἶ διφθόγγου.

126. Conf. *R. P.* ad Hec. 876 = 870, et supra ad p. 277. v. FΙΟΚΛΕΗΣ. Herodot. IV, 198. γεῶν. VII, 29. γεωπέδων II, 6. VIII, 111. γεωπεῖναι.

127. Præponerem, ἀμφ' ἅλαδ' ἔλσαι 'Αχαιούς. Vide Apoll. Alex. pp. 599. 621. 623. et supra ad p. 240. v. FΑΛΛΟΜΑΙ.

SECT. IV. -ε-ε-ελ? Hiccine, quæso, audis rotundo ore loquentem Homerum, an balbum potius syllabam ελ vix vi exprimentem? Tu vero pristinam loci potestatem instaura:

Ηϝ ουπω κεκορεσθε ϝεϝελμενοι ενδοθι πυργων;

Istud autem κεκορεσθε recte se habere, vulgatum vero κεκορησθε [128] perperam; argumento sunt, quæ apud eundem Homerum occurrunt, κορεσαι, κορεσασθαι, κορεσαιατο, κορεσωνται.

Ιλ. Α. 529.

Αμβροσιαι δ' αρα χαιται επερρωσαντο ἀνακτος [129]
Κρατος απ αθανατοιο, μεγαν δ' ελελιξεν Ολυμπον]

ΕΠερρωσαντο ΑΠΟ κρατος? Congruitne, obsecro, præpositionum usus? Profecto si quod in oratione
176 * haberetur, quo referri posset istud επι, nil quidquam improbarem. Cum vero nihil istiusmodi occurrat, locus soloecismi manifestus tenetur. Tu vero lege εϝερρωσαντο. *Sed adversatur quod extat* Vil. xxiv. 616.

——— αιτ αμφ Αχελωιον [130] ερρωσαντο·

128. Odyss. Θ, 98. et Ψ, 350. κεκορήμεθα editiones.

129. ἄνακτι MS. Harl. 5693. Odyss. Υ, 107. Τῇσι δὲ δώδεκα πᾶσαι ἐπεῤῥώοντο γυναῖκες, Apoll. Rhod. II, 679. χρύσεοι δὲ παρειάων ἑκάτερθε Πλοχμοὶ βοτρυόεντες ἐπεῤῥώοντο κιόντι· Æn. I, 477. Huic *cervixque comæque trahuntur Per terram.*

130. αἴ τ' ἀμφ' ἀχελήσιον Schol. Cod. Townl. alii Ἀχελήϊον Eustathius p. 1367, 61=1507, 28. Infra Il. x, 194. Ἀχελώϊος in textu et schol. Cod. Townl. τινὲς δὲ οὐ γρ. τὸν στίχον Idem. Ἀχελώνιος MS. Harl.; et Theogon. 340.—ον Τ' ἀργυροδίνην emendaverat *R. Winterton.* " *qui locus in magnum errorem, partim* Piersono *ad* Mœr. p. 247. *castigatum, induxit* Salmasium *et* Jungermannum *ad* Polluc. 6, 86." *R. P.* ad *R. D.*, quem juvenem conf. ad Aristoph. Av. 705. A. Rhod. IV, 895. Τὰς μὲν ἄρ' εὐειδὴς Ἀχελώῳ εὐνηθεῖσα Γείνατο Τερψιχόρη· Ἀχελωΐῳ editiones; Ἀχελώῳ quinque codices Regii apud Brunck. [MS. Harl. τὸ κλαίω κλαύσω· καὶ πνέω πνεύσω· καὶ καίω καύσω· ἃ ἀττικῶς λέγεται, κλάω· καὶ κάω. παίω παίσω· ἐπεὶ οὐ λέγεται πάω. in margine, ὅτι αἰολικῶς λέγεται ταῦτα:] Quamvis formas Ἀχελῷος et Ἀχελῷε in Epigr. XXXI. servavit Callimachus, et Ἀχελώϊον ὕδωρ usurpavit Fr. LI.; in h. ad Cer. 13. (pace Dawesii infra p. 262.) Τρὶς μὲν δὴ διέβης Ἀχελώϊον ἀργυρο-

quippe ibi neque επερφωσαντο, *nec vero aliuque augmento* περρωσαντο *salvis metri legibus scribi potest.* SECT. IV.
At quid obstat, quo minus utrumlibet scribi possit?

δῖναν et ex eo Dionys. Per. 434., quos nil moror. Soph. Tr. 9. μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμὸς, Ἀχελῷον λέγω, 509. Ἀχελῷος ἀπ' Οἰνιαδᾶν. Idem ex deperdita fabula de Inacho fluvio apud Strabon. p. 416. C. = I, 391. Oxon. ῥεῖ γὰρ ἀπ' ἄκρας Πίνδου, Λάκμου τ' ἀπὸ Περραιβῶν, Εἰς Ἀμφιλόχους κἀκαρνᾶνας, Μίσγει δ' ὕδασιν τοῦ Ἀχελῴου, Καὶ ὑποβὰς ἐνθένδ' εἰς Ἄργος, Διὰ κῦμα τεμὼν, ἥκει δῆμον Τὸν Λυρκείου. *Tyrwhitt.* ad Strab. p. 17. conf. *Salmas.* de Hellenistica, p. 308. et Soph. apud Dionys. Halicarn. Antiq. I, p. 20. Æn. VII, 792. Aristoph. Lys. 381. ἔμπρησον αὐτῆς τὰς κόμας. σὸν ἔργον, ὦ Ἀχελῷε. Ἀχελῷος, Ἀχελῷον, Ἀχελῴῳ, Ἀχελῷον Plato Phædr. 338. B. Laem. = III, 290. B. HSt. ubi vide Schol. p. 56. et Hesych. v. Ἀχελῷος. Thucydides II, 142. III, 7. Diod. Sic. IV, 35. Strabo VI, p. 291. ed. Ox. "Ἀχελωΐου MS. Par. 2.," et VIII, 496. Ἀχελώϊον MSS. "Par. 1. 2. et supra Ἀχελῷον." Pausanias Attic. xxxiv, xli. Lacon. xviii. Arcad. xxiv. xxxviii. Ptolemæi Geogr. III, pp. 206, 7. 209. bis. 211. ed. Bas. 1533. Propert. II, xxv, 33. *Non cursus licet Ætoli referas* Acheloi. Stat. Theb. II, 731, 2. *flavo adtollens ubi vertice pontum Turbidus objectas* Achelous *Echinadas exit.* Il. B, 461. Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα Fortasse, Ἀσιέῳ ἐν λειμῶνι, Καΰστρου Τ' ἀμφὶ ῥέεθρα. Xen. Anab. I, ii, 11. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς παρασάγγας τριάκοντα εἰς Καΰστρου πεδίον, πόλιν οἰκουμένην. Virg. Geo. I, 383. *Jam varias pelagi volucres, et quæ* Asia *circum Dulcibus in stagnis rimantur prata* Caÿstri. Conf. Geo. IV, 343. Æn. VII, 701. Il. B, 751. Οἵ τ' ἀμφ' ἱμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο "Vide singularem reperti hujus præstantiam; virtute Æolicæ Fau dico legendum, Τιτάρησον Fέργ' ἐνέμοντο. [Anacreon apud Strab. III. 224 = 202. Ox. Τιταρησσοῦ βασιλεῦσαι.] Τιτάρησος, sic centum fere alia, Κάβησος, Σαλμύδησος, Λύρνησος, Τάρτησος, etc. Et tamen ex hoc corrupto omnes fere Græci cum Strabone Τιταρήσιον fere habent. Melius Lucanus noster, VI, 376. *Defendit* Titaresos *aquas lapusque superne Gurgite Penei pro siccis utitur arvis.* et Seneca Troadibus 847. *Quasque profundit* [*perf.*] *subiturus æquor Segnibus terras* Titaresos *undis.* Apoll. Rhod. I, 65. Ἦλυθε δ' αὖ Μόψος Τιταρήσιος, id est, Mopsus ἀπὸ Τιτάρησου. Il. E, 706. Lege, Αἰτώλον, Fοινόμαόν τε." *R. B. Anacreon* apud Strab. III. p. 224 = 202. Oxon. Ἐγὼ τ' οὔτ' ἂν Ἀμαλθίης Βουλοίμην κέρας, οὔτ' ἔτη Πεντήκοντά τε καὶ ἑκατὸν Ταρτησοῦ βασιλεῦσαι· TYRWHITT. ad Strab. p. 9. *Herodot.* I, 163. ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὸν Ταρτησὸν, προσφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλέϊ τῶν Ταρτησίων. *Cic.* Cato Maj. XIX. *exspectemus* Tartesiorum *regis ætatem. Claudian.* in Rufin. I, 101. *Non* Tartesiacis *illum satiarit arenis.*

SECT. IV. Nempe Αχελωιον si diis placet. Verum id ipsum absurde scribitur. Neque enim fluvii nomen erat Αχελωιος sed Αχελωός, uti ex sexcentis apud poetas Græcos locis constat. Quibus ubique adstipulantur poetæ Latini. Αχελωίος vero est adjectivum a fluvii nomine formatum, non secus atque *Acheloïus* apud Virgilium [Geo. I. 9.],

Poculaque inventis Acheloïa *miscuit uvis.*

Cum autem ΑχελωϜον restitueris εϜερρωσαντο itidem, vel certe Ϝερρωσαντο, subjungas, necesse erit. *At enim fluvii nomen* Αχελωιος *videmus in altero apud Homerum exemplo,* Ϝil. XXI. 194.

—— —— ΑΧΕΛΩΙΟΣ ισοφαριζει·

atque insuper apud Hesiodum [Theog. 340.],

Φασιν τε, Ρησον τ, ΑΧΕΛΩΙΟΝ αργυροδινην [131].

177 * At enim quæ vox vulgo enunciatur ισος, sermone Homerico est Ϝισος. Proinde vera potestas verbi Ϝισοφαριζει verum itidem fluvii nomen ΑχελωϜος postulat. Idem apud Hesiodum exigit copularum ratio:

Φασιν ΤΕ, Ϝρhησον Τ, ΑχελωϜον Τ αργυροδινην.

Sed alter porro extat locus ubi metro flagitante ερρωσαντο *legitur* Οδ. XXIII. 3.

Γουνατα δ ΕΡΡΩΣΑΝΤΟ —— ——

Atqui ibi scribendum est, Γουνα [132] δε Ϝερρωσαντο— vel Γουνα δ εϜερρωσαντο. Sic Ϝιλ. Ζ. 511.

131. Conf. Il. B, 753. Φ, 8. 130. Eur. Iph. A. 751.=741. *Matth.* ἥξει δὲ Σιμόεντα, καὶ Δίνας ἀργυροειδεῖς. Ion. 95. τὰς Κασταλίας ἀργυροειδεῖς Βαίνετε δίνας. *Graius* nostras, *Wanders the hoary Thames along His* silver-winding *way*. Verum longe aliter exponit *Knightius*, qui summa cum laude res antiquas persequebatur: " *ἀργυροδίνης from the* muddiness *of the water. In Terra-Cotta vases the river is usually painted* white, *allusive to this property.*" Neque hic deest quod objicienti regeram; *τό τε γὰρ ῥεῦμά* [*τοῦ 'Αχελῴου*] *ἐστι μέγα καὶ πολὺ καὶ* ΘΟΛΕΡΟ'Ν. Thucyd. II, 102. Nihilominus *εὐεπίφοροι* sunt poetæ ad vivos lacus et amnes vitro magis perlucidos.

132. ΟΔ. I, 266. Cod. Harl. Ξ, 411. Hesiod. "Εργ. 222.

Ριμφα ἑ ΓΟΥΝΑ φερει μετα ἠθεα και νομον ἱππων. SECT. IV.

Ibidem *ελελιξεν*] Veram hujus verbi potestatem atque analogiam supra (pp. 81, 2.) exhibuimus. Consimili porro forma pro *Στητ ελελιχθεντες* Wιλ. Λ. 587. efferendum est, *Στητε Wελιχθεντες*; sicuti M. 74.

Αψορρον προτι Wαστυ Wελιχθεντων ὑπ ΑχαιWων.

Hic utique *ελελιχθεντων*[133] scribi non potest: neque enim vocalis *υ* unquam eliditur. Pari ratione pro [Il. B, 316.] *Την δ ελελιξαμενος πτερυγος λαβεν·* modo locus iste non sit spurius; lege, *Την δε Wελιξαμενος·* atque interpretare: *Hanc autem* subito-se-impetu-contorquens *ala prekendit*—Quod vero sequitur in eodem versu, *αμφιαχυιαν* plane portentum est. * Principio enim verbum Homericum est *WιWαχω*, 178
non *ιαχω*. Deinde, ut *ιαχω* itidem fuerit, habebimus participium non jam *ιαχυιαν*, sed *ιαχουσαν*. *At præsens-perfectum exinde formatur ιαχα atque hinc participium ιαχυιαν.* At prima syllaba non nisi producta; nam hoc postulat augmenti ratio. Eam vero hic corripi videmus. Quid autem si legamus—*λαβε WεWιWαχυιWαν*[134]? Proferat saltem, cui *ὑγιεστερον* quidquam suppetit. Porro pro *ειλισσετο* lege *εWελισσετο*. Illud denique *Σμερδαλεος ελελικτο δρακων* Λ. 39. contra prosoediæ leges repræsentatur. Sin *Σμερδαλεος*[135] *WεWελικτο* legeris, Homericæ cum analogiæ tum versui sat consulueris.

Theogon. 65. *R. P.* ad Ph. 866.

133. Sed qui inepta venatur, Codicis unius aut alterius auctoritatem raro desiderabit; *ἐλελιχθέντων* MS. Harl.

134. Nullus dubito fuisse *ἀνFιFαχυῖαν*. *Heyn.* ad Il. T, p. 757.

135. *Κυάνεος* MSS. et editiones; Plutarch. II, 659. A. *κυάνεον* Macrob. Sat. VII, XVI. *λαμπρόν.* Æschyl. Pers. 81. *Κυάνεον δ' ὄμμασι λεύσσων, φονίου δέργμα δράκοντος* Il. B, 309. *δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινὸς, Σμερδαλέος* Χ, 95. *Σμερδαλέον δὲ δέδορκε.* Apoll. Rhod. III, 1214. *πέριξ δέ μιν ἐστεφάνωτο Σμερδαλέοι δρυΐνοισι μετὰ πτόρθοισι δράκοντες.* Varro Atacinus apud Non. Marcell. p. 191. *Cujus ut aspexit torta caput angue revinctum.* "*σμερδαλέος* dictum censeo *παρὰ τὸ σμέρδειν*; quod idem est cum *ἀμέρδειν* et *μέρδειν*. Itaque plus

SECT. IV. Ιλ. Β. 765. Οτριχας οιετεας—] Repone οϜετεας[136], vocem eadem plane analogia compositam, qua præcedens οτριχας, et οπατρος Λ. 257. Μ. 371. Verbum utique unde deducitur, vulgo ετος, sermone Homerico est Ϝετος. Cæterum hic sese ultro offert refingendum Hesiodi locus, Oper. 696 [694.].

Μητε τριηκοντων ετεων μαλα πολλ απολειπων.

Ubi hæc habet Cl. Græevius. "In MS. II. pro "varia lectione notatum erat: τριηκοντα[137], quam

erit σμερδαλέος quam φοβερός." *Scaliger* App. ad Virg. p. 468.

136. " ὁμοιότριχας, et ἰσοέτεας. Sed quia semper est Ϝετος *annus*; necessario corrigendum "Οτριχας, ὀϜέτεας; et sic dedit olim poeta." *R. B.* Matro apud Athen. XIV, 656. E. 10. "Ατριχας, οἰετέας, λαγάνοις κατὰ νῶτον ἐΐσας. Vide *D. R.* Ep. Cr. II, 141 (145.). Il. N, 137. ὀλοϜοίτροχος ὣς ἀπὸ πέτρης *R. B.* apud *Heyn.* ὀλοότριχος MS. olim *Mor.* Schol. ad l.—Κομανὸς δὲ καὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης ψιλοῦσι παροξύνοντες τὸ ἐν τῷ τρέχειν ὀλοὸν καὶ δεινόν. ἐπενθετικὸν δὲ τὸ ῑ περιττόν· καὶ γὰρ χωρὶς αὐτοῦ σώζεται τὸ μέτρον· καὶ δεῖ αὐτοὺς ἀναλογίσασθαι τὸ [ΟΔ. Α, 52.] "Ατλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος. (ὀλοϜ.) Oraculum apud Herodot. v, 92. Λάβδα κύει, τέξει δ' ὀλοοίτροχον· sic Œnomaus apud Euseb. Pr. Ev. v, p. 224. notante *Valckenærio* ad l. et VIII, 52. ὀλοιτρόχους ἀπίεσαν Suidas in v. Xenoph. Anab. IV, p. 261. ἐκυλίνδουν οἱ βάρβαροι ὀλοιτρόχους ἁμαξιαίους, Suidæ lectio, " quam confirmat Cod. MS. Paris." Conf. ad v. ʼΟΛΟϜΟΣ. " Forte in ὀπυίειν apud Homerum alioeque poëtas iota remansit ex signo digammatis Æolici, ut in οἰετέας pro ὀετέας, aliisque. *Piers.* ad Mœr. 278. ΟΔ. Β, 207. ὀπυίεμεν duo MSS. Harl. Benedicti, et Ed. Pr. in textu. Δ, 798. ὄπυε tres MSS. Harl. et Ben. Conf. omnino *R. P.* ad l. Il. Θ, 304. ὀπυιομένη Cod. Ven. Ν, 379. ὀπυίεμεν Idem et Cod. Ben.; Ξ, 268. ὀπυίεμεναι Cod. Ben. Π, 178. ὤπυε Idem. Apoll. Rhod. I, 46. ὄπυιεν Schol. MS. Harl., conf. Schol. ad Plat. p. 15. Mosch. Id. II, 29. " Εἰνάετες apud Homerum pro ἐννάετες sæpe." *Brunck.* ad Crinagoram in Anal. Gr. Vol. II, p. 152. XLII, 2.

137. " τριήκοντα edd. pr. Junt." et H. St. in marg. probante Guieto. τριηκόντων citant *Musgr.* in dissert. II. p. 169. et *Taylorus* ad Æschin. in Ctesiphont. p. 630. *si fas sit hos versus Hesiodo adjudicare.* " τριηκόντων est in Callim. fr. LXVII. Ex Hesiodo citant Plutarch. II. 753. A. Eustath. Il. Α, 97=73, 6." *Gaisf.* ad l. " Antimachi illud apud Cic. in Brut. c. li. vulgo legitur '*Plato enim mihi unus instar est* hominum millium;' Lennepius corrigit, hominum millia *quod maluit*, hominum ad Phalar. CII. p. 29

" lectionem Tzetzes probat invitis Musis." At SECT. IV.
Musis, inquam ego, neutiquam invitis probari potest; quanquam nullus tamen dubitem quin Tzetzen fefellerit vera sequentis Wετεων potestas.
* Nempe ultima vocis τριηκοντα ope subjecti Vau 179
non secus producitur atque supra [p. 298.] factum vidimus in H δ ανδρι Wικελη. Cujus etiam similia extant exempla Σμερδαλεᾶ WιWαχων—θυγατερᾶ Wην—ουδε̄ Wους [E, 302, Θ, 321. E, 371. Z, 192. N, 376. Λ, 226. B, 832.] atque alia haud pauca. Contra vero τριηκοντων Musis invitis in codd. MSS. editisque repræsentari confirmare ausim. Neque enim Musis Græcis magis adridere crediderim τριηκοντων quam *trigintorum* Latinis. Proinde si pergant editores τριηκοντων ετεων exhibere; at refingant certe velim interpretationem, ut deinceps habeatur *trigintis annis*: ut non dico Græcis Latina, sed barbaris barbara respondeant.

Ιλ. Γ. 389. Τῃ μιν εεισαμενη προσεφωνεε δι Αφροδιτη] Bellum istud verbum εεισαμενη metri fulciendi causa effictum est. Dum vero metro semel consuleret, cuicunque hoc acceptum referendum sit, adversus analogiam non uno interim nomine peccavit. Primum autem est, quod verbo a vocali inchoato augmentum, quod vocant syllabicum, tribuerit. Accedit quod, si verbum ipsum εεισαμην recte haberet, participio tamen augmentum perperam præficeretur. Tu vero deinceps me fidejussore legere aude, Τῃ μιν Wεισαμενη—a verbo utique Wειδομαι, hæc enim potestas apud Homerum perpetua est. Cujus quidem verbi, ut illud etiam moneam, ea est notio, ut eum accusativo construi * non possit. Neque 180
igitur erat, ut doctiss. Clarkio voculæ μιν collocatio moram injiceret, vel ut prope esset, ut crederet Poetam scripsisse Τῃ MEN εισαμενη. Neque enim quidquam in oratione extat præter προσεφωνεε, quo

" argumentorum λόγοι, παραλλάσσοντες ἔξεδροι ... sustulit, φρενῶν. Fortasse, ἔξεδρον φρ. ...k. Vide supra p. 274.

SECT. IV. Ιλ. Β. 765. Οτριχας οιετεας—] Repone οϜετεας[136], vocem eadem plane analogia compositam, qua præcedens οτριχας, et οπατρος Λ. 257. Μ. 371. Verbum utique unde deducitur, vulgo ετος, sermone Homerico est Ϝετος. Cæterum hic sese ultro offert refingendum Hesiodi locus, Oper. 696 [694.].

Μητε τριηκοντων ετεων μαλα πολλ απολειπων.

Ubi hæc habet Cl. Grævius. "In MS. II. pro "varia lectione notatum erat: τριηκοντα[137], quam erit σμερδαλέος quam φοβερός." *Scaliger* App. ad Virg. p. 468.

136. "ὁμοιότριχας, et ἰσοέτεας. Sed quia semper est Ϝετος *annus;* necessario corrigendum Ὄτριχας, ὀϜέτεας; et sic dedit olim poeta." *R. B.* Matro apud Athen. XIV, 656. E. 10. Ἄτριχας, οἰετέας, λαγάνοις κατὰ νῶτον ἐΐσας. Vide *D. R.* Ep. Cr. II, 141 (145.). Il. N, 137. ὀλοϜοίτροχος ὣς ἀπὸ πέτρης *R. B.* apud *Heyn.* ὀλοότροχος MS. olim *Mor.* Schol. ad l.—Κομανὸς δὲ καὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης ψιλοῦσι παροξύνοντες τὸ ἐν τῷ τρέχειν ὀλοὸν καὶ δεινόν. ἐπενθετικὸν δὲ τὸ ι περιττόν· καὶ γὰρ χωρὶς αὐτοῦ σώζεται τὸ μέτρον· καὶ δεῖ αὐτοὺς ἀναλογίσασθαι τὸ [ΟΔ. A, 52.] Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος. (ὀλοϜ.) Oraculum apud Herodot. V, 92. Λάβδα κύει, τέξει δ' ὀλοοίτροχον· sic Œnomaus apud Euseb. Pr. Ev. V, p. 224. notante *Valckenærio* ad l. et VIII, 52. ὀλοιτρόχους ἀπίεσαν Suidas in v. Xenoph. Anab. IV, p. 261. ἐκυλίνδουν οἱ βάρβαροι ὀλοιτρόχους ἁμαξιαίους, Suidæ lectio, "quam confirmat Cod. MS. Paris." Conf. ad v. ὈΛΟϜΟΣ. "Forte in ὀπυίειν apud Homerum alioseque poëtas iota remansit ex signo digammatis Æolici, ut in οἰετέας pro ὀετέας, aliisque. *Piers.* ad Mœr. 278. ΟΔ. B, 207. ὀπυιέμεν duo MSS. Harl. Benedicti, et Ed. Pr. in textu. Δ, 798. ὄπυιε tres MSS. Harl. et Ben. Conf. omnino *R. P.* ad l. Il. Θ, 304. ὀπυιομένη Cod. Ven. N, 379. ὀπυιέμεν Idem et Cod. Ben.; Ξ, 268. ὀπυιέμεναι Cod. Ben. Π, 178. ὤπυιε Idem. Apoll. Rhod. I, 46. ὄπυιεν Schol. MS. Harl., conf. Schol. ad Plat. p. 15. Mosch. Id. II, 29. "Εἰνάετες apud Homerum pro ἐννάετες sæpe." *Brunck.* ad Crinagoram in Anal. Gr. Vol. II, p. 152. XLII, 2.

137. "τριήκοντα edd. pr. Junt." et H. St. in marg. probante Guieto. τριηκόντων citant *Musgr.* in dissert. II. p. 169. et *Taylorus* ad Æschin. in Ctesiphont. p. 630. *si fas sit hos versus Hesiodo adjudicare.* "τριηκόντων est in Callim. fr. LXVII. Ex Hesiodo citant Plutarch. II. 753. A. Eustath. Il. A, 97=73, 6." *Gaisf.* ad l. "Antimachi illud apud Cic. in Brut. c. li. vulgo legitur '*Plato enim mihi unus instar est* hominum millium;' Lennepius corrigit, hominum millium, *vel, quod maluit,* hominum mille,"—ad Phalar. CII. p. 292.; *R. D.*

"lectionem Tzetzes probat invitis Musis." At SECT. IV.
Musis, inquam ego, neutiquam invitis probari potest; quanquam nullus tamen dubitem quin Tzetzen fefellerit vera sequentis Ϝετεων potestas.
* Nempe ultima vocis τριηκοντα ope subjecti Vau 179
non secus producitur atque supra [p. 298.] factum vidimus in H δ ανδρι Ϝικελη. Cujus etiam similia extant exempla Σμερδαλεα Ϝιϝαχων—θυγατερα Ϝην—ουδε Ϝους [E, 302. Θ, 321. E, 371. Z, 192. N, 376. Λ, 226. B, 832.] atque alia haud pauca. Contra vero τριηκοντων Musis invitis in codd. MSS. editisque repræsentari confirmare ausim. Neque enim Musis Græcis magis adridere crediderim τριηκοντων quam *trigintorum* Latinis. Proinde si pergant editores τριηκοντων ετεων exhibere; at refingant certe velim interpretationem, ut deinceps habeatur *trigintis annis:* ut non dico Græcis Latina, sed barbaris barbara respondeant.

Ιλ. Γ. 389. Τῃ μιν εεισαμενῃ προσεφωνεε δε Αφροδιτη] Bellum istud verbum εεισαμενη metri fulciendi causa effictum est. Dum vero metro semel consuleret, cuicunque hoc acceptum referendum sit, adversus analogiam non uno interim nomine peccavit. Primum autem est, quod verbo a vocali inchoato augmentum, quod vocant syllabicum, tribuerit. Accedit quod, si verbum ipsum εεισαμην recte haberet, participio tamen augmentum perperam præficeretur. Tu vero deinceps me fidejussore legere aude, Τῃ μιν Ϝεισαμενῃ—a verbo utique Ϝειδομαι. hæc enim potestas apud Homerum perpetua est. Cujus quidem verbi, ut illud etiam moneam, ea est notio, ut eum accusativo construi * non possit. Neque 180
igitur erat, ut doctiss. Clarkio voculæ μιν collocatio moram injiceret, vel ut prope esset, ut crederet Poetam scripsisse Τῃ MEN εεισαμενῃ. Neque enim quidquam in oratione extat præter προσεφωνεε, quo

supra p. 160. "*argumentorum millium*" in corrigendis sustulit. Eur. Hipp. 935=939. *Monk.* λόγοι, παραλλάσσοντες ἔξεδροι φρενῶν. Fortasse, ἔξεδρον φρ. Vide supra p. 274.

SECT. IV. genitivis constat: νηϝος verbi gratia et Πηληϝος ad rectos νηϝς [vulgo νηυς] et Πηληϝς non secus referenda sunt atque νεϝος et Πηλεϝος ad νεϝς et Πηλεϝς. A Πηληϝος autem profluit alterum patronymicum Πηληϝιαδης, uti et a Νηληϝος Νηληϝιαδης. Nempe in formandis patronymicis genitivi terminatio ος vel ου post syllabam brevem in ιδης, post longam vero in ιαδης migrabat[124]. Cujus rei exempla

124. "Quam dedit *Dawesius* observationem, jam olim ex *Heraclideis* dederat Eustathius ad Il. A. p. 13, 11=10, 36.: hoc etiam genus optime cognitum habuit in Latinis Poëtis redintegrandis *N. Heinsius*:" VALCKENÆR. ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 414. Conf. Diatrib. p. 287., et *Koën.* ad Greg. 231. apud *Burgess.* Ἀντηνορίδης· Τυνδαρίδης· etc. H. Φ, 208. Χέρσ' ὕπο Πηλεϝίδαο καὶ ἄδρι ϝίφι δαμέντα. E, 109. Ὄρσο, πέπον Καπανηϝιάδη, κατάβησεο δίφρον. "In Βηλίδης, patronymico a Βῆλος deducto, [*Lebethrides. Prœtides*] media syllaba usque adeo brevis est, ut nulla licentia produci possit. Sic a Βάττος regulare est Βαττίδης. Nomina in ιος desinentia formant patronymicum in ιαδης. Κλύτιος Κλυτιάδης· Θέσπιος Θεσπιάδης. Θέστιος Θεστιάδης· Φήμιος Φημιάδης." *Brunck.* ad Æn. II. 81. et ad Soph. Ph. 1333. Λαερτιάδης non a Λαέρτης, sed a Λαέρτιος· quod κτητικόν. MS. Harl. f. 160. ἁμαρτάνει δὲ ὁ τρύφων τὸ τελαμωνιάδης λέγων ἀπὸ τοῦ τελαμώνιος. — Ἀμφιτρύων Ἀμφιτρυωνίαδης· [*Amphiaraïades* Ovidio quoque reddenda Fast. II, 43. pro *Amphiaraïdes*,—Valck. in Diatr. ad Eur. Fr. p. 287. C.] Λαερτιάδης· Πέλοψ Πελοπίδης Πελοπεὺς—εϝος—ῆϝος Πελοπηϝιάδης.—Ἀσκληπιοῦ Il. B, 731. Τῶν αὖθ' ἡγείσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδε· ut, supra, 518. Υἱεε Ιφίτου μεγαθύμου Ναυβολίδαο· hinc Ἀσκληπῑάδης, et ex necessitate, Ἀσκληπῐάδης. Theognis 432. Εἰ δ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε Θεός· et Sophocles ὁ φιλόμηρος in Ph. 1333. Καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐντυχὼν Ἀσκληπιδῶν ex Aldo *Brunckius*; Ἀσκληπιαδῶν ex Turnebo ceteræ editiones veteres. Ἀσκληπιῶν *Toup.* ad Suid. I, 168. et PR. ad Vol. II, x. "Non adduci possum ut credam Æsculapii filios a Sophocle Æsculapios vocari. Neque tamen sanam puto aut vulgatam lectionem, aut a Brunckio post alios adoptatam, Ἀσκληπιδῶν. Altera enim metro, altera analogiæ repugnat. In loco, quem nunc tractamus, nullo negotio emendari posset, si de cæterorum sanitate constaret, Καὶ ΤΟΙΝ παρ' ἡμῖν"—*R. P.* App. ad *Toup.* p. 445. Postea reperto Sophoclem ἧμιν et ὗμιν sæpissime scripsisse, operis summam feliciter reposuit Ἀσκληπιάδαιν δὲ τοῖν παρ' ἧμιν ἐντυχών. PR. ad Eur. XXXV=XXXVIII. Conf. Athen. VI, 256. C. ΑΣΚΛΑΡΙΑΔΑ in decreto apud *Maffeum* in Gallic. Ant. p. 10. l. 21. et ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ apud *Dodwell.* in Itiner. Vol. I. p. 415. Posito hanc analogiam esse omnino veram, habebimus Ἄνθεμος

Atque hanc quidem scripturam in regulam primam cadentem germanam crediderim. Cl. Bentleio placuit Ο δ' ιπος ἡμιν—Hujus etiam in sententiam pedibus ivit Cl. Kusterus. Atque in eandem propendere video doctiss. Hemsterhuisium. Bentleium partim 200
adduxit Julii Pollucis auctoritas vocem ιπος in Aristophanis Pluto *muscipulam* denotare testantis. Verum cum alterum Plutum [31] hodie quidem nullum, ab Aristophane scriptum fuisse notum sit; quidni, obsecro, (quod et alii merito quæsiverunt) ad alterum istum Plutum Onomastici scriptor respexerit? Porro si eum constaret ipsum hunc Pluti hodie solius locum designasse; quid tantum exinde liceret inferre? Nihil mehercule aliud, præterquam quod exemplar ab eo usurpatum ιπος exhiberet. At enim quidni huic uni tria, ut alia universa mittam, opponamus, quibus usi sunt Scholiastes, Suidas, Athenæus? Hæc utique ιπνος præferebant. Sed addit vir Cl. perire omnino usum του ιπνου, si sit ελεφαντινος, cum ebur ignem ferre nequeat, sed cum teterrimo nidore comburatur. Nempe cum hoc scriberet, ιπνον existimabat non nisi vel *furnum* vel *caminum* vel forte *culinam* denotare. Atqui vocem istam *laternam* hic significare statuimus, non secus atque in Pace vers. 839.

——— Απο δειπνου τινες
Των πλουσιων ούτοι βαδιζουσ' αστερων
ΙΠΝΟΥΣ εχοντες, εν δε τοις ΙΠΝΟΙΣΙ πυρ.

h. e. Florente Christiano interprete:

maxime turpia helluones juvare solent.—Vir autem eruditissimus, Dobræus meus, cujus mortem nondum eluxi, intelligit "*culinam*, in qua scilicet lignea omnia in ebur fuerint versa." Ipsum vide ad l. et in Addend. p. 809.

31. Plut. 978. Ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι; Schol. φησὶν ὁ Φιλόχορος, ἐπὶ Γλαυκίππου καὶ ἡ βουλὴ καὶ τὸ [l. κατὰ] γράμμα τότε πρῶτον ἐκαθέζετο. Vide Eccles. 679.; et schol. etiam infra ad v. 1147. unde patet priorem Plutum actum fuisse Archonte Diocle post Glaucippum.

SECT. V.

A lautiorum siderum convivio
Redeunt, et ignem nocte laternis *ferant.*

201 * Huc pertinent Scholiastæ verba—η ὁ φανος, ὡς το, Εν δε τοις ιπνοισι πυρ. In *eburneum* autem migrasse quid tandem aptius dici potuit, quam quæ *cornea* soleret esse laterna? Geminæ somni portæ, *cornea* et *eburnea*, cui non perinde atque Hylas[32] dictæ? Atque ex hac quidem viri Cl. de *muscipula eburnea* insomnium evolasse crediderim. Quam in sententiam, ut lector etiam eruditus concedat, faciet, opinor, quod jam dictis adjecturus sum. Viri utique Cl. commento perquam incommode accidit, quod vox ιπος, quacum conjungi voluerit articulum masculinum, uti et adjectivum ελεφαντινος, generis revera sit fœminini. Cujus rei idoneum tibi testem Pindarum citabo Olymp. IV. 10.

——————— ὁς Αιτναν εχεις
ΙΠΟΝ[33] ΗΝΕΜΟΕΣΣΑΝ ἑκατογκεφαλα Τυφωνος οβριμου.

Neque enim hæc verba fas est ita divellere, ut ηνεμοεσσαν non jam ad ιπον sed ad Αιτναν referatur.

Tertiæ classis ejusmodi est indoles, ut in ea refingenda conjecturæ potissimum ope nitendum sit:

[1] Πολλου γαρ αυτους ουχ εωρακᾱ χρονου.
[2] Ο δρακων γαρ εστι μᾰκρον, αλλας τ αυ μακρον·
[3] Νυνι δε πεντηκοντα δρᾰχμων εμπολω.
[4] Υδωρ ὑδωρ εν χῡτριῳ θερμαινετε.

202 * Argumento quidem nostro gratulandum videtur, quod horum locorum nullus non sit altero itidem nomine improbandus. Nempe primus eo insuper

[1] Pl. 98. [2] Eq. 207. [3] Pac. 1200. [4] Ach. 1174.

32. Virg. Geo. III. 6. Cui non dictus Hylas puer,—

33. "ἴπον Pal. B. ἴππον Par. A.; pro vulgato ἠνεμόεσσαν edidi ἀνεμόεσσαν, ut Pyth. I, 92. ἀνεμόεν, ex Ald. Gott. Mosc. A. Par. A. Aug. B. Vatic. ibidemque ὀμβρίμου vetustiorem formam ex Ald. Mosc. A. Leid. B. Aug. A. B. Par. A. a m. pr. Vatic. In Guelph. supra lineam allita littera μ." *Bockhius.*

laborat, quod verbum ἑώρακα quadrisyllabum præferat. Mirabuntur fortasse plerique omnes, quod hoc esse vitium dixerim. Sed utcunque hoc sit, vel ex quacunque demum causâ provenerit, ut scriptura ista ubique fere obtineat; illud interim compertum habeo, verbi illius potestatem apud poetas Atticos non nisi trisyllabam esse [34]. Nec proinde dubitave- AD PLUT.

34. "Dawesii rationem Jacobsius consequitur in Additamentis Animadversionum in Athenæum p. 369." *Reisig.* Conject. p. 73. "*Quæ de præterito perfecto* (inquit Tyrwhittus) *verbi* ὁραν *notavit* Dawesius, *dubito an omnino vera sint.* *Ne credam* vocis illius potestatem apud poetas Atticos non nisi *trisyllabam* fuisse, *obstat in primis locus* Machonis *Comici, apud* Athen. vi. p. 244. [D.] *a* Dawesio *prætermissus, in quo vox illa bis occurrit, ita ut, lege metri cogente, scribenda sit* ἑορακα, *et in* quatuor syllabas *dispertienda.* 1. Μη ΠΑΡΕΟΡΑΚΕΝ Αρχεφων τους κωβιους; 2. Πτολεμαι', ΕΟΡΑΚΕ πρωτος, αλλ' ουχ' απτεται. *Mihi igitur verisimillimum videtur, tam* quadrisyllabum εὁρακα, *quam* trisyllabum ὡρακα, *in usu fuisse; vel potius veram formam fuisse* εὁρακα, *eamque in* ὡρακα *per crasin mutatam. Observandum est enim, inter exempla, quæ collegit* Dawesius, *ut vocis hujus potestatem non nisi trisyllabam adstrueret, ne unum quidem esse, cui non quadrisyllabum* εὁρακα *satis apte conveniret. Quinetiam tria ista loca* Aristophanis, *quæ, velut canoni repugnantia, et hic et p.* 313. (320.) *emendare conatur, sarta tecta erunt, si modo* εὁρακα *pro* εὡρακα *rescribamus:* *Pl.* 98. Πολλου γαρ αυτους ουχ' εορακα που χρονου. [ὁ. ἑώ. που χ. *R. B.* e cod. Barocc. "Vera lectio videtur esse, abjecta una litera, οὐχ' ἑώρακ' ἀπὸ χρόνου. *A long time since.* Conf. Av. 921. 1517. et lege infra [cum Kustero] 1084. 'Ἀπὸ μυρίων ἐτῶν γε." *R. P.* apud *P. P. D.*, quem vide ad l., et in Addend. p. (116).] *Thesm.* 32. Ουκ αλλ' ἑτερος τις· ουχ' εορακας πωποτε. 33. Μων ὁ δασυπωγων; ουχ' εορακας πωποτε." Hæc non humaniter minus quam docte Tyrwhittus. *Burgessius.* "παρεόρακεν et ἑόρακε post Tyrwhittum monuit *Brunckius* in ora sui libri, adnotavitque simul: Hoc quidem Atticum non est. At Macho fabulas suas docuit Alexandriæ, sub Ptolemæo secundo vel tertio." *Schweighæuser.* [Dioscorid. in Anal. Gr. Brunckii. T. I. p. 501. xxx. Τῷ κωμῳδογράφῳ, κούφη κόνι, τὸν φιλάγωνα Κισσὸν ὑπὲρ τύμβον ζῶντα Μάχωνι φέροις· Οὐ γὰρ ἔχεις κηφῆνα παλίμπλυτον, ἀλλά τι τέχνης Ἄξιον ἀρχαίης λείψανον ἠμφίεσας. Τοῦτο δὲ πρέσβυς ἐρεῖς Κέκροπος πόλι· Καὶ παρὰ Νείλῳ Ἔστιν ὅτ' ἐν Μούσαις δριμὺ πέφυκε θύμον. "Μάχων ἦν κωμῳδοποιὸς, Κορίνθιος μὲν ἢ Σικυώνιος γενόμενος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ καταβίους καὶ διδάσκαλος γενόμενος τῶν κατὰ κωμῳδίαν μερῶν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ· ὃς καὶ ἀπέθανεν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐπιγέγραπται αὐτοῦ τῷ μνή-

SECT. V. rim, quin trisyllaba itidem scribi semper soleret. Exempla, si vacat, ista perlege:

[1] Εοικε δια πολλου χρονου σ ΩΡΑΚΕΝΑΙ.
[2] ΩΡΑΚΑ παντων βαρβαρωτατον θεων.
[3] Εμπροσθεν ουχ ΩΡΑΚΑ τοιαυτην χαριν.
[4] ΩΡΑΚΕΝΑΙ. Β. Λεγ αυτο. Α. Τον νουν προσεχε δη.
[5] ΩΡΑΚΑΣ ηνυστρον ποτ εσκευασμενον.
[6] Ο μη πεπλευκως ουδεν ΩΡΑΚΕΝ κακον.
[7] ΩΡΑΚΑΣ ουν φιλοσοφον, ειπε μοι, τινα;

Emendationis autem ansam non incommodam præbet MS. Baroc. [*et cod.* 1.] ubi exarata sunt —— ουχ εωρακα που χρονου. Nempe si vel ἑωρων vel οπωπα in locum του ἑωρακα (quod scholion primitus fuisse censeo) sufficiendum curaveris, sarta tecta evase-
203 * rint omnia. Aut etiam pro που legi poterit πω.

[1] Pl. 1046. [2] Av. 1572. [3] [Damoxenus] Apud Athen. pag. 15. [C.] [4] [5] [Alexis] pag. 49. E, F. [6] [Posidippus] 154. F. [7] [Pseudo-Plato Comicus III, 103. D. VII.] 279. [B.]

ματι τὰ ἄνω." Hæc e TYRWHITTI Schedis.] Ad Thesm. *32—3.* "*πότε Kuster.* Mihi vera videtur Kusteri emendatio. Sic πω ejiciendum est in Diphili fragmento apud Athen. VI. 7. p. 247. [B.] *οὐκ ἂν ποτε* Εὐριπίδης *γυναῖκα σώσει'. οὐχ ὁρᾷς*: *R. P.* juv. apud *P. P. D.* ad l. et in Advss. p. 84., sed postea accedit amico suo. infra, 1. *ἑωρακέναι* [*ἑορακέναι R. P.* apud *P. P. D.*] et 2. *ἑώρακα* H, et edd. 3. pr. [*ἑώρακα, τρισυλλάβως R. B. in Mus. Crit. N°.* VII, p. 435.] 3. "*Εμπροσθεν, οὔθ' ἑόρακα R. P.* juvenis Advss. p. 47. 4. l. *πρόσχε.* 5. "*ἑώρακας*" (sic) "*πώποτε ἤνυστρον—πώποτε* Eustathius quoque ad Il. B. p. 211, 15=160, 4." *R. P.* juvenis in Advss. p. 54. 6. *ἑώρακεν* MSS. Grot. Excerpt. p. 815. Br. Gn. poet. p. 201. legendum *ἑόρακεν.* *Meinek.* Quæst. Menandr. p. 24. 7. "*Ωρακας Brunckius; ἑόρακας οὖν* ut fere legitur p. 279. B. *R. P.* apud *Walpole* Com. Gr. fragm. p. 7. "*Adde Eupolin Plutarchi Nic.* I. p. 525. E. *Menandrum* II. *p.* 525. A." *R. P. ad R. D.* locus Eupolidis hic est, *'Ανὴρ ὁμολογεῖ Νικίαν ἑωρακέναι.* "Menandri fragmentum ex Misumeno apud Plutarch. de Divit. Amore p. 525. A. "*Απολλον ἀνθρώπων τιν' ἀθλιώτερον 'Εόρακας; ἆρ' ἐρῶντα δυσποτμώτερον*; ubi Wyttenbachii conjectura, *κἀρῶντα,* metrum pessundaret." *R. P.* ad Ph. 1367. quem conf. ad *Toup.* p. 485. et ad Xenoph. Anab. I. p. 90. l. 3. Nub. 765. "*ἑόρακας* MS. Dorv." *R. P.* apud *P. P. D.* Vide infra ad p. 821.

Nec vero displicuerit *του χρονου*, ut *πολλου του χρονου* perinde dici capiatur atque alibi *πολλην της γης*, *πολλους των λιθων*, et similia. Sed impensissime probaverim, AD PLUT.

Πολλου γαρ αυτους ΟΥΚ ΟΠΩΠ ΕΓΩ *χρονου*,

propterea quod apud Sophoclem in Antigone vers. 5. eandem locutionem videre sit,

———————————— *ὁποιον ου*
Των σων τε καμων ΟΥΚ ΟΠΩΠ ΕΓΩ *κακων* [35].

In secundo postulat sermonis ratio ut *τῳ αλλας* articulus non secus atque *τῳ δρακων* comes adjungatur:

Ο *δρακων γαρ εστι μακρον*, Ο Τ ΑΛΛΑΣ *αυ μακρον* [36]

sicuti in versu proxime sequente,

Ειθ αιματοπωτης εσθ [37] Ο Τ ΑΛΛΑΣ *χω δρακων*.

3. Ecce contextum prout emendari oportet:

———————————— *ὡς προτου*
ΟΥΔΕΙΣ *επριατ αν δρεπανον ουδε κολλυβου*· [38]
Νυνι δε πεντηκοντα δραχμων ΕΓΩ *μπολω*,
ΟΔΙ *δε τριδραχμους τους καδους εις τους αγρους*.

Istud *εγω* inter *Ουδεις* et *Οδι* necessarium esse, si vel orationem duntaxat spectes, procliviter, opinor, fateberis. Eadem verba non minus commode digeri poterunt

* *Νυνι δε πεντηκοντ εγω μπολω δραχμων* [39]. 204

35. Conf. Lys. 1159. Soph. El. 763. et vide Dorvill. ad Charit. p. 136. "Dawesii perpetuus obtrectator Dorvillius, vir *πολυμαθέστατος*, sed ingenii acumine Atticarumque venerum sensu Dawesio longe inferior." *Brunck*.

36. Vide *Brunck*. ad Eq. 1074. (1071.)

37. *ἐστὶν* edd. tres pr.; "lege, *ἔσθ᾽*" *R. B.*

38. *κολλάβους* edd. Ald. et Junt. 1.

39. *νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν αὖτ᾽ ἐμπολῶ* (i. e. *τὰ δρέπανα*) conjecit *Brunckius*; *πάντ᾽ ἐμπολῶ* *Reisigius*, p. 112. Plut. 1020. *Ὁπότε προτείνοιέν γε δραχμὰς εἴκοσιν*. *προτείνειαν* cod. membr. apud Br., *προτείνειεν* MS. alter apud eundem; unde *προτείνειαν τάχα δρ.* temere substituit. E schol. *νομίσμασιν* in C.

SECT. V. 4. Lege Υδωρ ὑδωρ εν ΧΥΤΡΙΔΙΩΙ[40] θερμαινετε.

—— Quod enim ibi vulgo exhibetur *χυτριῳ* non solum primam contra vocis *χυτρα* quantitatem producit, sed illud insuper incommodi in se habet, quod vox sit nihili. At *χυτριδιον* sæpius legitur:

[1] Δος μοι ΧΥΤΡΙΔΙΟΝ *σπογγιῳ*[41] *βεβυσμενον*.
[2] ΧΥΤΡΙΔΙΑ, *και σανιδια, καμφοριδια*[42].

Lege *καμφορειδια*.

[3] Τα ΧΥΤΡΙΔΙ *ηδη και τον οχλον αφιετε*.

Regulæ II. quæ poetis etiam Tragicis cum Comœdiæ scriptoribus communis est, in tota Aristophanis supellectile duo duntaxat loca adversantur. Eorum prior Equ. 764. sic repræsentatur:

Ει *δε σε μισω και μη περι σου μαχομαι μονος αντιβεβληκως*.

Percommode quidem accidit, quod verbi *αντιβεβληκως* tam nude absque accusativo positi sensus nullus esse possit. Frustra profecto nos in re critica versati videmur, ni certa sit, quam commendaturi sumus, emendatio:

— *και μη περι σου μαχομαι μονος* ΑΜΦΙΒΕΒΗΚΩΣ.
[4] Ος *περι του δημου πολλοις κωνωψι μαχειται*,
Ωστε ΠΕΡΙ *σκυμνοισι* ΒΕΒΗΚΩΣ——

205 *[1] Ως *δε κυων αμαλῃσι* ΠΕΡΙ *σκυλακεσσι* ΒΕΒΩΣΑ.
[2] Κλυθι *μευ, αργυροτοξ*, ὁς Κρυσην ΑΜΦΙΒΕΒΗΚΑΣ.

[1] Ach. 462. [2] Pac. 201. [3] Eccl. 740.
[4] Infra. 1035. [1] Hom. Od. Υ. 14. [2] Il. A. 37.

Dorvill. *προτείνειέν γε δραχμαῖσιν εἰ*. tentavit *Reisigius*; conf. *Elmsl.* ad Ach. p. 120. Vesp. 689. *Αὐτὸς δὲ φέρει τὸ συνηγορικὸν, δραχμὴν κἂν ὕστερος ἔλθῃ*, latet ulcus. Vide omnino *P.P.D.* Addend. ad Ar. Plut. 1020.

40. Ita MS. Rav. *χρυτρίῳ* edd. tres primariæ; "*χυτρίδια* pro *χυτρίδε* restituendum Platoni apud Athen. VII. 5. p. 279. C." *R. P.* apud *P. P. D.*

41. *σφογγίῳ* edd. tres primariæ, et Bas. 2. *σπογγίῳ* *R. B.*

42. *καμφορειδια*. Eccles. 1111. *Τούτων ἁπάντων τὰ θάσι' ἀμφορείδια*. vide infra pp. 213, 14.

[3] Ιρευς Απολλωνος ὑς Ισμαρον ΑΜΦΙΒΕΒΗΚΕΙ.
[4] Δηλε φιλη, τοιος σε βοηθοος ΑΜΦΙΒΕΒΗΚΕΝ [43].

Alter locus extat Av. 460.

Αλλ εφ οτῳ περ αν ἡκεις την σην πραγματι γνωμην αναπεισας [44].

Atqui manu levissima mutari poterit verborum ordo—πραγματι την σην—Sed ne sic quidem recte habebunt omnia. Quippe vocula αν in oratione contra Atticismi indolem otiosa est [45]. Ea vero eliminata rescribo :

[3] Od. ix. 198. [4] Callim. Hymn. in Del. 27.

43. ΑΜΦΙΒΕΒΗΚΕΝ] " *adde* Æschyl. *Theb.* 181." *R. P.* ad *R. D.* locus est, Ἰὼ φίλοι δαίμονες Λυτήριοι ἀμφιβάντες πόλιν. Il. E, 299. Ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ βαῖνε, λέων Fως, ἀλκὶ πεποιθώς. E, 22. Οὐδ' ἔτλη περιβῆναι ἀδελφειοῦ κταμένοιο, Xen. Anab. I, p. 87. καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου περιπεσεῖν αὐτῷ. Pind. Ol. XII. 1, 2. optime *Hermannus*, Λίσσομαι, παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου, Ἱμέραν εὐρυσθενέ' ἀμφιπόλει, Σώτειρα Τύχα.

44. " Simplicius et rotundius legas, Ἀλλ' ἐφ' ὅτῳπερ πράγματ' ἂν ἥκεις τὴν σὴν γνώμην ἀναπείσας, vel, πράγματί γ' ἥκεις— vel, Ἀλλ' ἐφ' ὅτῳπερ τὴν ἡμετέρην ἥκεις γνώμην ἀναπεῖσας vel ἀναπείσων. Infra p. 393 (628.). Οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἐγώ ποθ' ἑκὼν τῆς σῆς γνώμης ἔτ' ἀφείμην." *R. B.* Ἀλλ' ἐφ' ὅτῳπερ πράγματι τὴν σὴν ἥκεις γνώμην ἀναπείσας Tyrwhittus. Istis supra allatis addam et aliam exceptionem ex emendatione viri amicissimi, *T. Briggs*, natam Æschyl. Suppl. 713. Ἄγαν καλῶς κλύουσα ΓΛΩΣΣΑΝ οὐ φίλην. κλ. γ' ὡς ἂν οὐ φίλη editiones. Conf. Statii Theb. v. 412. a *Butlero* ad h. l. c.

45. " Vocula ἂν præsenti indicativo nunquam jungitur. Exemplorum quæ citat Toupius, alterum profert ex emendatione scilicet sua ; quod est litem lite resolvere ; in altero non solum ἂν vitiosum est, sed ὅστε pro ὅστις ne semel quidem apud Tragicos occurrit." *R. P.* ad Toup. p. 462. Miror equidem Brunckio Toupium hunc canonem probasse : Nubes 395. ἀλλ' ὁ κεραυνὸς πόθεν αὖ φέρεται ; exhibent tres primariæ editiones, cod. Rav. plurimique MSS. *R. P.* ad Ph. 412. In eadem fabula 1472. Οὐκ ἔνεστ', ἐπεὶ—Οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ—in uno MS., οὐκ ἔστιν γ', ἐπεὶ—in duobus aliis apud Brunckium. " οὐκ ἔτ' ἔστ' dextre Porsonus ; sed legendum ex Ravennate, οὐκ ἔστ', οὐκ· ἐπεὶ —" *P. P. D.* ad l. Conf. *R. P.* ad Ach. 873. Equit. 1128. Vesp. 342. ; sed hic locus etiam atque etiam medicinam effugit : Nub. 647. Pac. 642. 1302. Lys. 509. *Dobræus*, qui et ingenii et doctrinæ suæ triste nobis desiderium

SECT. V. Αλλ εφ οτῳ περ πραγματι την σην ἠκεις γνωμην αναπεισας.

V. 196. Καν ταυτ ανυσῃ, τετταρακοντα βουλεται] Vidit Cl. Kusterus ad versus integritatem syllabam desiderari, huic autem incommodo subveniendum judicavit legendo ανυσῃ γε [46]. Alterum vero illud, verbum scilicet activum ανυσῃ hujus orationis indoli parum convenire, virum doctissimum fefellit. Ea utique aliquod postulat, cujus notio sit *conquisierit, consecutus fuerit*, vel simile. Hæc autem vis in formam hujus verbi activam, cum accusativo certe conjunctam, non cadit [47]; sed mediæ est propria; uti docebit illud Æschyli pag. 43. [P. V. 698.].

206 * Την πριν γε χρειαν ΗΝΥΣΑΣΘ εμου παρα.

Quod primo petiistis a me, consecuti estis [48]. Proinde

reliquit, præclare sanavit Av. 1069. πάνθ' ὅσαπερ ἔστιν,—et Euripidis Danaæ Fr. III, 2., Stobæi codicibus utilissime adjuvantibus, colorem priscum restituit; hunc primarium sane virum conf. ad Plut. 886. et Addend. In Eccles. 730. pro οὐδ' ἂν, εἰ—οὐδαμῶς—dudum conjecerat Bentleius. Plato in Protag. p. 310. D. 7, 8. ἀλλὰ ναὶ μὰ Δία—ἂν αὐτῷ διδῷς—editiones; διδῶις Cod. Clarkio-Bodl. pro δοδῶις. Plato Phædo, p. 79. B. ποτέρῳ οὖν ὁμοιότερον τῷ εἴδει φαμὲν ἂν εἶναι καὶ ξυγγενέστερον τὸ σῶμα; φαῖμεν ἂν Cod. Clarkio-Bodl. et in margine HSt. p. 108. B. 10. αὐτὰ δ' ἐκεῖνα οὐκ ἄν ποτε φαῖμεν ἐθελῆσαι γένεσιν ἀλλήλων δέξασθαι. φαμὲν Cod. Clarkio-Bodl. in textu. "Sed n. b. a manu antiqua suprascr. φαῖμεν." *Gaisford.*; et Schol. σημείωσαι ὁριστικὸν ἀντὶ ὑποτακτικοῦ. Phileb. p. 41. A, 8. ὀλιγὸν ὕστερον ἐροῦμεν, ἂν ἔτι δοκῇ νῷν. Xenoph. Hellen. I, vii, 10. p. 46. ᾗ ἂν βούλεσθε δίκῃ editiones usque ad *Schneiderum* qui βούλησθε restituit.

46. ἀνύσῃ τ. MSS. Cantab. et Harl.; "lege, ἀνύσῃ, ΚΑΙ τ." *R. B.*

47. Æschyl. Pers. 743. Παῖς δ' ἐμὸς τάδ' οὐ κατειδὼς ἤνυσεν νέῳ θράσει. 747. Περιβαλὼν, πολλὴν κέλευθον ἤνυσεν πολλῷ στρατῷ. 765. Ἄλλος δ' ἐκείνου παῖς τόδ' ἔργον ἤνυσε. Soph. El. 212. τοιάδ' ἀνύσαντες ἔργα. Conf. *Valck.* ad T. Mag. pp. 148. 150.

48. Conf. *Brunck.* ad Eur. Bacch. 131. Æschyl. Choeph. 856. Πῶς ἴσον εἰποῦσ' ἀνύσωμαι; Xenoph. Anab. I, p. 42. οἶδα ὅτι ὡς φίλου τεύξεσθε Κύρου. VII. 564. l. 9. οὐδὲν μεῖον δύνωνται ἂν ἔσεσθαι edd.; ἀνύσασθαι optime emendat Valckenærius ad Theocritum Id. XVIII. 17. "Verbum ἀνύσασθαι recte ad interpretandum Latinam vocem *consequor* adhibet Priscianus VIII. p. 791. (f. 92. b. Ald.)." *R. P.* ad 1.

nullus mihi restat scrupulus quin et sermonis et versus rationi uno negotio sic consulendum sit:

Καν ταυτ ΑΝΥΣΗΤΑΙ, τετταρακοντα βουλεται [49].

Syllaba utique ται ante alteram similis soni τε (nam αι et ε in pronunciando perperam aliquando confundi solebant [50],) exemplo perquam solemni intercidit. Video quidem Tib. Hemsterhuisium, qui nuper hanc fabulam edidit, vulgatam lectionem exhibuisse. Sed minus recte judicavit vir doctissimus verbum ανυσῃ mediam legitime producere. Sexcentorum istius syllabæ correptæ exemplorum in numero venit quod ex Æschylo jam descripsimus. Fraudi videtur fuisse viro doctissimo, quod in hujusmodi verbis Iones elementum σ pro arbitrio geminarent. Hæc vero licentia poetis Atticis ne in Tragœdia quidem, nedum in Comœdia unquam permissa est. Cæterum monere libet activam hujus verbi formam, quod non semel miratus sum, apud Sophoclem cum genitivo bis conjungi, notionemque, quæ mediæ accusativo comite tribuitur, vel certe non ita dissimilem utrobique sortiri:

[1] Ενδον· φιλης γαρ ΠΡΟΞΕΝΟΥ ΚΑΤΗΝΥΣΑΝ [51].
[2] Τινος ω παιδες ΧΡΕΙΑΣ ΑΝΥΣΑΙ;

[1] Soph. Electr. 1478 (1451.). [2] Œd. Col. 1828 (1755.).

Plato Phædo. p. 69. D. Εἰ δὲ ὀρθῶς προὐθυμήθην καί τι ἠνυσάμην. Conf. *Toup.* in Addend. ad l. Vol. ii. p. 400, 1. De permutatione AI et E vide supra p. 124.; et adde Pr. ad Porsoni Opusc. P. lvii. Aristoph. Ach. 210. Οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεό-τητος "ἐμῆς γενναιότητος Suid. MS. omisso ἐπ'." *R. P.* apud *P. P. D.* Vesp. 885. τῶν νῦν γε σοῦ νεωτέρων "Scholiastes duas lectiones adfert, γενναιοτέρων, et συνετωτέρων· lege, συνεωτέρων." *Q. S. Fl. Christianus*; conf. *Holib.* ad l. et *R. P.* apud *P. P. D.* ad Vesp. 953. et Eccles. 752.

49. Vide *R. P.* et *P. P. D.* ad l. et ad vss. 349. 413. 607. ad hunc quoque locum *R. B.* in Mus. Crit. N°. vii. p. 421. "repone ex Aldina χρῆν σ' ἀλλ' ἀνύτειν." spiritum addidi.

50. Conf. *R. B.* ad *T. H.* p. 86. ad Hor. Carm. iii, xii, 1. *R. P.* ad Odyss. N, 295.

51. H. E. κατήνυσαν [καθήνυσαν] τὴν ὁδὸν εἰς φίλης προξένου οἶκον inquit *Brunckius*: sed hæc ellipsis valde inepta; vide infra *Plat.* Schol. ad p. 239. cita-

207 ta, et p. 318. κατήνουσαν MS. Hunter. In Œd. Col. l. c. Τίνος ὦ π. χρείαν emendavit præclarus editor in Curis Novissimis. Œd. Col. 1562. Ξένον ἐκτανύσαι Ald. " F. εξαννσαι vel καταννσαι." Tyrwhitt. ἐξανύσαι tacite *Brunckius*. Mallem, καθανύσαι. " Hesychius ab *Alberto* restitutus, Καθανύσαι: συντελέσαι. et sic MS. a *Schowio*, magno literarum bono, collatus." *R. P.* ad Ph. 463. In Eur. Suppl. 1152. Oxon. legit *R. P.* Ποταvοὶ δ' ἠνύσαντ' Ἅιδαν. et versu gemello 1159. ἅλις δ' ἀλγέων πάρεστίν μοι. Lex. Sang. p. 411. Ἀνύσαι: δασέως, τὸ σπεῦσαι καὶ συντελέσαι. Tr. 996, 7=990, 1. ἱερῶν οἵαν οἵων ἐπί μοι μελέῳ χάριν ἠνύσω. Sed Thucyd. i, 138. καὶ ἅμα αὐτὸς [ἔφη] μὲν ἐκείνῳ χρείας τινὸς, καὶ οὐκ ἐς τὸ σῶμα σώζεσθαι, ἐναντιωθῆναι.

52. " MS. Barocc. 43. φυγοι, superscripto αν." *Burgess*. ποῖ ἂν τις οὖν φύγοι H ποῖ τις γε οὖν φ. σὺν που Dorv. ποῦ τίς φύγοι I. ποῖ τις ἀπέλθοι φύγοι T, et MSS. Cantab. ποῖ τις φύγῃ; cod. Rav. 1. Æschyl. Suppl. 774. Τί πεισόμεσθα; ποῖ φύγωμεν Ἀπίας. Choeph. 923. Τὰς τοῦ πατρὸς δὲ πῶς φύγω, παρεὶς τάδε; Œd. Col. 170. θύγατερ, ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ; Aj. 403. ποῖ τις οὖν φύγῃ; φύγοι MSS. Harl. Hunter. et Turnebus; male; Schol. τράπῃ. Eur. Iph. T. 291. Οἴ μοι, κτενεῖ με. ποῖ φύγω; Anal. Gr. ii, 49. Posidippus in Regio Stobæi cod. apud Br. Ποίαν τις βιότοιο τάμῃ τρίβον; Xen. Anab. ii, 146. Οὐδὲ γὰρ, ἢν πολλαὶ γέφυραι ὦσιν, ἔχοιμεν ἂν, ὅποι φυγόντες ἡμεῖς σωθῶμεν. Ἢν δ' ἡμεῖς νικῶμεν, λελυμένης τῆς γεφύρας οὐχ ἕξουσιν ἐκεῖνοι, ὅποι φύγωσιν. Ach. 990. Πῶς ἂν ἐμὲ καὶ σέ τις ἔρως ξυναγάγοι λαβών. " ξυναγάγῃ Suidas v. ἀνθέμων, male." *R. P.* apud *P. P. D.* Plato Hipp. Maj. p. 297. D. 9. Καὶ ἐγὼ μέν γε οὐκέτι ἔχω, ὦ Ἱππία, ὅποι τράπωμαι, ἀλλ' ἀπορῶ. 2. Eur. Or. 590. ποῖ τις οὖν ἔτ' ἂν φύγοι; Equit. 1321. Πῶς ἂν ἴδωμεν, ποίαν ἔχει σκευὴν, καὶ ποῖος γεγένηται; forte ποίαν + σκεύηχοῖος γεγένηται; *R. B.* " Lege, Πῶς ἂν ἴδοιμεν ποίαν τιν' ἔχει σκευὴν καὶ τις γεγένηται." *R. B.* apud *P. P. D.*, quem vide. Antiphanes apud Athen. vii, 313. B. et viii, 358. F. Ἀνθρωποσφάγους πῶς οὖν ἂν ἄνθρωπος φάγοι; *R. P.* Advss. pp. 99. 107. Xenoph. Anab. ii, p. 146. ἐρώτησεν ἄνθρωπός τις τοὺς προφύλακας, ποῦ ἂν ἴδοι Πρόξενον ἢ Κλέαρχον. Conf. *Valck.* ad Hipp. 469. et *Reisig.* in Pr. ad Conj. ix, et p. 91. et mirare hominis astutiam. Plato Euthydem. p. 290. A. 7. Ποῖ οὖν, ἔφην ἐγὼ, τραποίμεθ' ἂν ἔτι; p. 296. E. οὐκ ἔχω ὑμῖν πῶς ἀμφισβητοίην—" Aut πῶς ἀμφισβητῶ scribi debebat, aut πῶς ἂν ἀμφισβητοίην."—*Heindorfius*. Anthol. i, 13= Anal. Gr. i, p. 76. " Πῶς τις ἂν εὐθάνατός σε φύγοι, βίε; ut legendum ibi videtur. *R. P.* ad Eq. 16. Posidippus apud Stob. Tit. cxix. Ὧν τοῖς θεοῖς ἄνθρωπος εὔχεται τυχεῖν, Τῆς ἀθανασίας κρεῖττον οὐδὲν εὔχεται. εὐθανασίας *Brunckius*, qui citat Sueton. in vit. Aug. xcix. *Defecit, sortitus exitum facilem, et qualem semper optaverat. Nam fere quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi et suis*

Locutionem istam ποι τις φυγοι; quanquam nemini fortasse moram injecerit, solœcam tamen esse eruditorum pace confirmare liceat. Præstandum utique in me recipio sermonis Attici rationem postulare vel ποι τις φυγῃ, vel ποι τις αν φυγοι. Verbum utique optativum cum ποι, ποθεν, που, πως vel qualibet alia interrogandi particula conjunctum alteram itidem αν comitem exigit; subjunctivum vero respuit. Utriusque constructionis aliquot exempla accipe: AD PLUT.

[1] Τουτ εκεινο ΠΟΙ ΦΥΓΩ δυστηνος; Ουτος, ου μενεις;
[2] ΠΟΙ ΤΡΑΠΩΜΑΙ, ΠΟΙ ΠΟΡΕΥΘΩ;
[3] ΠΟΙ δητα ΦΕΥΓΩ; τινα πολιν; τινα ξενων;
[4] Οιμοι τι δρασω; ΠΟΙ [m. ΠΗ] ΦΥΓΩ μητρος χερας;
[5] ΠΩΣ ουν σε κρινας μαδικειν ΦΥΓΩ ψογον;
[6] ———————— φερε, ΠΟΙ τις ΑΝ
ΤΡΑΠΟΙΤΟ; ταληθες γαρ ουκ εθελεις φρασαι.
[7] ΠΩΣ ουν τις ΑΝ ΣΩΣΕΙΕ τοιαυτην πολιν;
[8] ΠΩΣ ΑΝ ΚΑΛΕΣΕΙΑΣ εντυχων Αμυνιᾳ;
[9] Και τοι συ θνητος ων θεου ΠΩΣ μειζον ΑΝ ΔΥΝΑΙΟ;
[10] ΠΟΘΕΝ ουν ΑΝ ετι ΓΕΝΟΙΤΟ πωλης εις μονος;

[1] Arist. Av. 353. [2] Eurip. Hec. 1106 (1082.). [3] Phœn. 994 (991.). [4] Med. 1271 (1268.). [5] Hec. 1256 (1231.). [6] Arist. Plut. 374. [7] Ran. 1506. [8] Nub. 689. [9] 1078. [10] Aristoph. Equ. 140.

εὐθανασίαν similem (hoc enim et verbo uti solebat) precabatur. "Forte *εὐθανατησίαν*," *R. B.*; quo consilio nescire me fateor: vide Galen. T. vi, p. 59. et T. vii, p. 12. Herodot. i, 23. *καλῶς—εὖ—εὐχαριστῶς—τὸν βίον τελευτῆσαι·* "*A Recovery is my Case, and at my Age, is impossible: The kindest Wishes of my Friends is an* Euthanasia." Dr. Arbuthnot to Mr. Pope. Quomodo animam senilem vivida pietatis vi incoctam mollis exsolvit somnus, vide omnino Todd's *Lives of the Deans of Canterb.* p. 246.—Sic "ΟΠΩΣ "ΑΝ· Eur. Cyclop. 468. *ὅπως ἂν κἀγὼ λαβοίμην τοῦ τυφλοῦντος ὄμματα.* Aristoph. Eq. 81. *ὅπως ἂν ἀποθάνοιμεν ἀνδρικώτατα.* Eur. Helen. 146. *ὅπῃ νεὼς στείλαιμ' ἂν αὔριον πτέρον.* "ΙΝΑ "ΑΝ· Œd. Col. 405. *μήδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατοῖς, &c.*

4. "*πῇ* Dawesius sine causa præferre videtur" *R. P.* ad l. 5. *μὴ ἀδικεῖν R. P.* edd. 1, 2. *μὴ 'δικεῖν* ed. 3. 6. *ποῖ τίς οὖν Τράποιτο* MSS. Cantab. Harl., et Barocc. 43. ut edd. tres pr.; *ποῖ τίς γε οὖν* Dorv. Vide *P. P. D.* ad l., qui Hermanno respondet in Addend. ad Plut. 374. pp. (103, 4). "Av. 173. *τί ἂν οὖν ποιοῖμεν* alibi Porsonus, et postea Br. e mss." *P. P. D.* in Addend.

SECT. V.

[11] ΠΟΘΕΝ ΑΝ ΛΑΒΟΙΜΙ ῥῆμα μυριαμφορον;

* His in exemplis si vel forma optativa φυγοιμι, πο-
208 ρευθειην, φευγοιμι; vel subjunctiva τραπηται, σωσῃ, καλεσῃς, δυνῃ, γενηται, λαβω scribere sustinueris: de sermonis non minus quam metri integritate conclamatum erit. Locus autem, in quo versamur, utramvis syntaxin non incommode recipiet: ποι τις φυγῃ; vel π αν τις φυγοι; h. e. ποι αν, non secus atque pro μεντοι αν solemniter scriptum legimus μεντ αν[12]. Illam vero mutationem utpote simpliciorem prætulerim. Cæterum ad Plut. 374. doctissimus Hemsterhuisius "C. D'O.—Ηρακλεις φερε ποι τις γε ουν "Τραποιτο—Nimirum versui succurrendum fuit in-"serto γε, postquam omissum erat ω· quamvis γε "sequente diphthongo elisionis expers rarioribus "exemplis defendi possit, repudianda tamen non "videbatur lectio vulgata: in qua quid *Kusterum* "impulerit, ut pro ουν exhiberet αν, haud equidem "adsequor." Codicis Orvil. lectio, præterquam quod γε sequente vocali elisionem non patiatur, altero nomine depravata est, quod Ηρακλεις[53] mediam producat; atque insuper tertio, quod quartam senarii sedem dactylus occupet; et quarto denique, quod verbum τραποιτο vocula αν destituatur. Equidem Cl. Kusterum quid impulerit, ut αν potius quam ουν exhiberet, mihi cum viro doctissimo juxta ignotum est. Sermonis vero Græci peritiam non impulisse
209 argumento est inter alia * ipse, in quo versamur,

[11] Pac. 520. [[12] Ach. 161. *R. P.* ad Med. 863.]

p. (139.). Æschyl. Agam. 1312. Τίς ἂν οὐκ εὔξαιτο βροτῶν; Soph. Œd. Tyr. 339. Τίς γὰρ τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν ὀργίζοιτ' ἔπη; Œd. Col. 1440. Τίς ἂν οὐ καταστένοι;

53. Mediam vocis Ἡρακλῆς nusquam producit Aristophanes, perraro corripiunt poetæ tragici; Av. 568. Ἦν δ' Ἡρακλεῖ τις βοῦν editiones tres primariæ; "Ἦν δ' Ἡρακλεῖ θύῃ τις Schol.; (*et Cod. Rav.*) Ἡρακλεῖ ἤν τις θύῃ propter metrum." *Raper*. Incaute. Mallem legere cum Brunckio ad Thesm. 169. et *R. P.* ad Med. 675. Ἦν δ' Ἡρακλέει τις βοῦν, λ. Diphilus apud Athen. VI, 227. F. Τῷ δημίῳ παρέδωκαν αὐτόν. Β. Ἡράκλεις: Vide Soph. Tr. 156. 170. 406. 460. 476. 540. 550. 563. 585. 668.

locus. Nam si ποι τις φυγοι absque αν recte dici posset, recte itidem diceretur ποι τις τραποιτο. At quid impulisse debuerit, id vero mihi videor assecutus. Hoc autem quid sit, non est ut pluribus exponam. AD PLUT.

V. 707. Μετα ταυτα γ ευθυς εγω μεν συνεκαλυψαμην.][54] Fefellit in hoc versu cum editores tum etiam Scaligerum et Bentleium dactylus in quarta sede collocatus[55]. Alterum porro in lectione recepta reprehendendum venit, quod verbum συγκαλυπτεσθαι similem usum nusquam alias apud poetas Atticos sortiatur. Tu vero mecum, ni fallor, deinceps legendum censebis,

Μετα ταυτα γ ευθυς εγω μεν ΕΝΕΚΑΛΥΨΑΜΗΝ.

Hoc utique pacto non solum in integrum restituetur metri ratio, sed et instaurabitur locutio Atticorum genti solemnis;

54. συνεκαλυψάμην MSS. Cantab. et Harl. et unus penes *Longman*. Jan. 1820.; μ. τ. δ' εὐθὺς H. I., μ. ταῦτ' εὐθὺς T.; "MS. 127. συνεκαλυψαμην. Superscripto εν — Schol. Συνεκαλυφθην· περιεκαλυφθην· ενεκαλυφθην· ἡ εν, το εντος· ἡ περι, το κυκλῳ, επι ἑνος περιβληματος· ἡ συν, συναγωγεν πολλαν· Τουτο δε εφη ὁ θεραπων ὡς διεσχισμενον ἱματιον φορων, και βιαζομενος συναγειν." *Burgessius*. Cum *R. D.* amice conspirat *R. B.* [Sed "Corrigendum ἐνεκαλυπτόμην." *R. B. Kustero in Mus. Cant. No.* VII, p. 422.] "μετὰ ταῦτ' ἐγὼ μὲν εὐθὺς ἐνεκαλυψάμην commode emendavit Brunckius. μετὰ ταῦτ' exhibent præter tres illius Dorvillianus, Ravennas, Borgianus. Verborum ordinem tuentur Brunckii duo et Dorvillianus; ἐνεκαλυψάμην C. et ipse Ravennas." *Reisig*. p. 223. Vide *P. P. D.* ad l. Infra 2. Xenoph. Anab. IV, p. 296. ἐντυγχάνουσιν ἐν τῇ ὁδῷ ἀναπαυομένοις ἐπὶ τῆς χιόνος τοῖς στρατιώταις ἐγκεκαλυμμένος 4. Π. μ. γ. ἕνα τινὰ κάθισεν D, I, T, et Barocc. 127. Π. μ. γ. δὴ γ ενατι νὰ (sic) 'κάθισεν E. "'καθισεν Ald. (*et Junt.* 1.) γὰρ ἕνα τινα (om. δή γ') B." Πρώτιστα μὲν γὰρ ἕνα γε τινὰ καθεῖσεν ἐγκαλύψας *R. P.* apud *P. P. D.* et in Pr. ad Eur. xl = xliii. Postea vero maluit Dobræus, πρώτιστα μὲν γὰρ ἕνα τιν' ἂν καθῖζεν ἐγκαλύψας, quem vide ad l. 5. lege, Ὑπαυγές, *R. B.* "Consule Ruhnken. et Hemsterh. ad Timæi Lexicon p. 188—9." *R. P.* apud *P. P. D.* Meminisse libet *D. R.* e schol. ad Nub. 276. εὐαύγητον reposuisse, et infra e Ran. 944. Senec. Herc. Fur. 390. *Riget superba Tantalis luctu* Tacens, emendasse R. Bentleium.

55. Conf. *R. P.* ad Med. 675.

SECT. V.

[1] Ος ΕΓΚΕΚΑΛΥΦΘΑΙ φῃς; Δια του τριβωνιου.
[2] Αλλ ει δοκει ῥεγκωμεν ΕΓΚΕΚΑΛΥΜΜΕΝΟΙ.
[3] Ουκ ΕΓΚΑΛΥΨΑΜΕΝΟΣ ταχεως τι φροντιεις;
[4] Πρωτιστα μεν γαρ δη γ ἑνα τιν εκαθισεν ΕΓΚΑΛΥΨΑΣ.

Ubi legendum vel γαρ δῆνα τινα καθεισεν—h. e. δη ἑνα —vel γαρ ἑνα γε τινα καθεισεν—

[5] Υπαυγας, ὁιον εστιν ΕΓΚΕΚΑΛΥΜΜΕΝΟΝ.

210 * Nec vero nihili est, quod ista [713-4,]

Και πως ἑωρας [56], ω κακιστ απολουμενε,
Ος ΕΓΚΕΚΑΛΥΦΘΑΙ φῃς; [Σὺ δὲ πῶς ἑ. edd.]

verba sint mulieris Carioni respondentis, cui altera ista oratio

Μετα ταυτα γ ευθυς εγω μεν ΕΝΕΚΑΛΥΨΑΜΗΝ

a poeta tribuatur. Legimus quidem Av. 1496.

Τις ὁ ΣΥΓΚΑΛΥΜΜΟΣ; Των θεων ὁρᾳς τινα;

Sed neque quidquam dubito quin is etiam locus ad superiorum normam, dempta una literula, sit exigendus: Τις ΟΥΓΚΑΛΥΜΜΟΣ [57] h. e. Τις ὁ εγκαλομμος;

V. 860. ——ην μη λιπωσιν αἱ δικαι [58]] " Non sollicito

[1] Plut. 714. [2] Nub. 11. [3] 733. [4] Ran. 942. [5] Th. 507.

56. Σὺ δὲ πῶς ἑώρας, MSS. et editiones.

57. Eccles. 102. ΜΝ. Καὶ ποῖος ἐστίν; ΕΥ. Οὗτος ὑυκυκλούμενος.

58. " MS. 43. λιπωσιν. superscripto επιλιπωσιν" (sic H. T.) " Schol. ηνπερ μη λιπωσιν, εαν μη επιλιπωσιν, ηγουν φθαρησονται οἱ του δικαιου λογοι· ηγουν αυτο το δικαιον, η εν τοις δικαστηριοις δικαιοσυναι. Διαβαλλει δε και οὑτος δια τουτου την εν τοις δικαστηριοις γινομενην κρισιν, ὡς βιαιαν, και παρα το δικαιον." *Burgessius.* ἥνπερ μὴ ἐπιλίπωσιν ἐπι λίπωσιν H. T. μὴ λίπωσιν C. μὴ λίπωσιν D, E, F, I. 'λλίπωσιν *R. D.* acceptum retulit *Brunckius.* Vide *P. P. D.* ad l. 1. 'ΕΛΛΕΊΠΕΙΝ, *deficere.* Æschyl. Pers. 341. 1055. P. V. 960. Septheb. 10. Soph. Ant. 585. Tr. 88. Aj. 1379. Eur. El. 636. Thucyd. I, 120. μετὰ δέους δὲ ἐν τῷ ἔργῳ ἐλλείπειν Plato Phædo p. 74. A. 5. ἐννοεῖν εἴτε τι ἐλλείπει τοῦτο κατὰ τὴν ὁμοιότητα εἴτε μὴ ἐκείνου οὗ ἀνεμνήσθη; Inscriptio intra lim. Bibl. Publ. Cantab. l. 35. ΟΥΤΕ ΔΑ-

" hanc lectionem: sed tamen videndum annon scrip-
" serit forte Aristophanes μη 'κλιπωσιν (i. e. μη εκλι-
" πωσιν). Nam εκλειπειν pro *deficere* apud scripto-
" res Atticos multo frequentius occurrit, quam sim-
" plex λειπειν." *Kusterus*. Immo vero neque λει-
πειν neque εκλειπειν apud scriptores Atticos usquam significat *to be deficient:* quam tamen notionem hujus loci sententia postulat. Hoc autem Græce dicitur ελλειπειν. Proinde rescribo, quod ad vulgatæ lectionis sonum proxime adeo accedit, ut ab eo vix distingui possit;

——————— ην μη ΑΛΙΠΩΣΙΝ αἱ δικαι.

* V. 884. Ουδεν προτιμω σου' φορω γαρ πριαμενος 211
Τον δακτυλιον τονδι παρ Ευδαμου δραχμης.
ΚΑΡ. Αλλ ουκ ενεστι συκοφαντου δηγματος.]

Operam plane ludunt, qui versus ultimi vel sensum vel rationem grammaticam exponere satagunt. Quod quidem interpretamenti loco affert Scholiastes: Αλλ' ουκ ισχυει οὗτος ὁ δακτυλιος προς το δηγμα του συκοφαντου· sententiam satis commodam in se habet. Id quod etiam de Latina Frischlini versione prædicari potest: *Sed contra sycophantæ morsum non inest remedium*: uti et de altera ista editoris Londinensis: *At non* valet contra *sycophantæ morsum*. At verbo ενεστι cum ισχυει quidquam commune esse, aut verbum illud cum genitivo rite conjungi, quis tandem confirmabit? Ecce vero germanam, si quid ego judico, loci scripturam:

ΠΑΝΗΣ ΟΥΤΕ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ ΟΥΘΕΝ ΕΛΛΕΙΠΩΝ. 'ΕΛΛΕΊΠΕΣΘΑΙ. Soph. El. 736. Xen. Mem. II, vi, 5. *εὔορκος δὲ καὶ εὐξύμβολος ὢν τυγχάνει, καὶ φιλόνικος πρὸς τὸ μὴ ἐλλείπεσθαι.* Plato Sophist. p. 258. B. 7. *Πότερον οὖν, ὥσπερ εἶπες, ἔστιν οὐδενὸς τῶν ἄλλων οὐσίας ἐλλειπόμενον*; 2. 'ΕΚΛΕΊΠΕΙΝ, *deserere:* Æschyl. Sep-theb. 204. *ἀλλ' οὖν θεοὺς Τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεως ἐκλείπειν λόγος.* Aristoph. Nub. 584. ex emendatione *Tyrwhitti*, *ἡ σελήνη δ' ἐξέλειπε τὰς ὁδούς.* Babrius apud *Tyrwhitt.* in Dissert. p. . *τῶν ἀστέρων τὸ φέγγος οὔποτ' ἐκλείπει.* Soph. El. 19. *μέλαινά τ' ἄστρων ἐκλέλοιπεν εὐφρόνη.* &c. De vi *ἐπιλείπειν* vide supra ad p. 89. Hinc *Dawesio* libentissime assentior.

SECT. V.

ΑΛΛ ου ΠΕΡΙΕΣΤΑΙ συκοφαντου δηγματος [59].

—— *Sed non* superabit *sive non* valebit contra *sycophantæ morsum.* Hæc utique notio verbi περιειμι, uti et germani περιγινομαι, cum genitivo conjuncti perpetua est. Exempla autem vel in Lexicis videre est.

V. 965. Φερε νύν εγώ των ἑνδοθί [60] καλεσώ τινα]

59. οὐκ ἔνεστι D, E, F, H, et C, cum sch. ὑπάρχει ἀναιρετικός. "Frustra Aristophanem emendare *Toupius*, explicare *Reiskius* satagunt." *R. P.* ad *Toup.* p. 462. Perperam quoque *Abresch.* in Dilucid. Thucyd. p. 119. "Εἰώθασι λέγειν οἱ τὰ περίαπτα πωλοῦντες, ὅτι χρησιμεύει τόδε πρὸς τόδε. Schol. Venditores amuletorum catalogum fortasse dabant emptori virtutum amuleti, hac forma Τοῦτο τὸ περίαμμα ἰσχύει κατ' ὄμματος φθονέρου, ὄφεως δήγματος, et sic porro. Sensus igitur hujus loci est, *at non inest catalogo* συκοφάντου δήγματος." *M. Raper.* Immo vide *P. P. D.* ad l. et in Addend. p. (109.). Plato Conviv. p. 1204. A. 5. Frf. = III. p. 218. A. 4. HSt. τὴν καρδίαν γὰρ, ἢ ψυχὴν, ἢ ὅ, τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι, πληγείς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, οἱ ἔχονται ἐχίδνης ἀγριώτερον, νέου ψυχῆς καὶ μὴ ἀφυοῦς ὅταν λάβωνται, καὶ ποιοῦσι δρᾶν τε καὶ λέγειν ὁτιοῦν· ἄν ἐστι T, et *Brunckius;* solæce; vide supra ad p. 166., et conf. *R. P.* Advss. p. 225., apud *P. P. D.* ad Nub. 647. 1472. et ad Pac. 1302.; dextre *Hotibius*, οὐκ ἀνέξει, *ferre non poteris;* sed vereor ut propter confusam orationis seriem versus unus et alter interciderit. De hoc loco idem quod ego sentit vir sagacissimus, *P. P. D.* In Æschyli Agam. 1669. Σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτεῖν, τὸν κρατοῦντα * * * Sic forte supplendus, Σώφρονος γνώμης δ' ἁμάρτῃ· τὸν κρατοῦντα ΔΕΊ Σ'ΕΒΕΙΝ. Diodor. Sic. XIII, p. 607, 41. Ἔστι δὲ ὁ νέως (τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου) ἔχων τὸ μὲν μῆκος πόδας τριακοσίους καὶ τεσσαράκοντα, τὸ δὲ πλάτος ἑξήκοντα, τὸ δὲ ὕψος ἕκατον εἴκοσι, χωρὶς τοῦ κρηπιδώματος. Lege, τὸ δὲ πλάτος ἙΚΑΤΟΝ καὶ ἑξήκοντα,—. Optime emendavit atque explevit *Tyrwhittus* noster Pausan. IV, XXIV, p. 338. κατὰ τὴν ἐνάτην ὀλυμπιάδα καὶ εἰκοστὴν, ἣν Κορίνθιος ἐνίκα Ξενοφῶν, Ἀρχιμήδους ἄρχοντος. "L. ἐνάτην ὀλυμπιάδα καὶ ἑβδομηκοστὴν—— Ἀρχιδημίδου ἄρχοντος. Vide *Henrici F. Clinton Fast. Hellen. Tabb. B. C.* 464. Et VIII, XXXI, p. 664. Κεῖται δὲ ἔμπροσθεν. Supple, τραπέζα. Mox, Πεποίηνται δὲ ἐπὶ τραπέζῃ καὶ νύμφαι." Sed ad rem. Plato Protag. I, 342. B. H. St. ἡγούμενοι εἰ γνωσθεῖεν ᾧ περιεῖσι, πάντας τοῦτο ἀσκήσειν, *qua in re superent,* ex emendatione *Heusde;* vulgo ὅπέρ εἰσι. Vide Xenoph. Anab. I, 97. III, 236. Mem. II, iii, 17. Anab. II, 116. III, 210.

60. ἔνδοθεν Codices Ar. C, F, H, I, T, Dorv. ἔνδοθι E, ἔνδοθι D. "MS. 43. et 127. ενδοθεν." *Burgess. R. B.* ad Plut. 461. ex vocis cursu hanc legem percepit. F. 'E.

Severiores Musas coluisse video poetas Atticos quam AD PLUT.
quæ in vocis hyperdisyllabæ ultimam correptam
accentum cadere paterentur, ac proinde istud ενδρθι
perperam hic haberi. Conjeceram των ενδοθ εκκα-
* λεσω. Postea vero comperi nihil opus esse cur ad 212
conjecturam confugerem: quippe in codice MS. Baroc. lectionem optimam haberi των ενδοθεν καλεσω. quæ etiam in altero codice, cujus meminit doctiss. Hemsterhuisius, exhibetur; nisi quod pro των per incuriam scriptum sit τον. Supra v. 227.

————— τουτο δε [61] το κρεαδιον
ΤΩΝ ΕΝΔΟΘΕΝ ΤΙΣ εισενεγκατω λαβων.

Similiter Av. 1168.

Αλλ ώδε φυλαξ ΤΙΣ [62] ΤΩΝ ΕΚΕΙΘΕΝ αγγελος

π. ἀνοισιν ἐκπ. 'Αγ. Τί δ' ἂν ὑ.; A. 754. 'Αλλὰ γὰρ ὅκα μένγα τηνόθεν ἐμπορευόμαν Edd. tres primariæ; ὅκα μὲν ἔγωνγα τηνόθεν ἐνεπορευόμαν ex codicibus *Brunckius*; 'Αλλ' ὅκκα μένγα *R. B.*; cui subdiderim, τηνόθ' ἐμπορευόμαν, sed optime Ravennas, "Οκα μὲν ἐγὼ τηνῶθεν ἐμπορευόμαν.; conf. Nub. 1163. *R. D.* neglecti pænas dedit *Brunckius*, qui Pac. 918. legit, Πολλῶν γαρ ὑμιν ἀξιός 'Αθμονεύς εγώ. Conf. infra p. 258. "Atqui crediderim verba αὐτίκα μάλα, et alias, si quæ sint, istiusmodi formulas excipi oportere; qua de re cum ea Dawesium fefellisse videatur, monitos lectores velim." *S. Parr.* in Pr. ad Bellenden. quem confer in censura Horat. Comb., et apud *E. Maltby* in Obs. ad Morell. P. xlvi. Mihi innuit vir amicissimus *Porsonum* uno in loco (nimirum Plut. 432.) αὐτικάμαλα tanquam unam vocem exarasse; sed v. 1192. αὐτίκα μάλ' intactum reliquit vir præstantissimus; vide *P. P. D.* Præf. ad Aristoph, P. iv., Collat. Nub. 161., Eccles. 1228., et Addend. ad Plut. p. (112). Eodem modo ὀθούνεκα *Bulmannus* ad Soph. Ph. 684. [In Codd. Thucydidis et Xenophontis ὡτεμεγίστη, ὀτιτάχιστα, et καταμόνας persæpe occurrunt.] Ar. Ach. 999. 'Ακούετε λεώ· κατὰ τὰ πάτρια τοὺς χόας (960. εἰς τοὺς χόας· vid. Schol.). Pac. 551. 'Ακούετε λεώ· πρὸς τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι. Av. 448. 'Ακούετε λεώ· τοὺς ὁπλίτας νῦν μενί. *Susarion* apud Diomed. ad Dionys. Thrac. p. 748. *Bekker*. 'Ακούετε λεώς· Σουσαρίων λέγει τάδε. 'Ακούετε λεώ præconum formula quæ apud nostrates sonat, "*O yes*, aut *O yez*." Lex. Sangerm. p. 369. "Ακουε: ἀντὶ τοῦ σίγα.—De forma καλέσω vide supra ad p. 118.

61. Cod. Rav. τοῦτο δὴ τὸ κ., *G. Lecapenus*, p. 60. τουτὶ δὲ; *Elmsleius* τουτοδὶ pro κ. λεβήτιον substituit *R. B.*, quod exhibet Cod. Vict. vide *P. P. D.* ad l.

62. 'E. φύλαξ γὰρ τῶν edd. tres primariæ; "omittit γὰρ typo-

Εισθει προς ἡμας δευρο, πυρριχην βλεπων.

—— Immo hodie pene pronunciare ausim των ενδοθι καλεσω τινα ne Attice quidem dici.

Nec vero in accentuum ratione vel Comicis Latinis majorem permitti licentiam mihi persuasum est. Nullus autem dubito, quin pauca admodum, quæ hodie apud Terentium contra repræsentantur, ad ακριβειαν a Græcis servatam sint exigenda; præsertim cum levi ubique manu fieri possit. Hujusmodi sunt And. Prol. 23.

Maledíceré, *maléfácta né noscánt sua.*

Eun. II. ii. 33.

Vocábulá, *parasíti item út Gnathónicí vocéntur.*

Rescribo autem:

Maledícere, út *malefacta ne noscant sua.*
Vocábula, út *parasíti itém Gnathónicí vocéntur.*

213 * Poteris etiam, Maledícere, quó —— vel denique

Maledícere, né *malefacta* cognoscant *sua.*

Atque hoc quidem prætulerim.

V. 985. Και ταις αδελφαις αγορασαι χιτωνιον
Εκελευσεν αν, τῃ μητρι τε θοιματιδιον]

Ignorarunt editores vel θοιματιδιον tantundem esse quod το ἱματιδιον, vel quid interesset inter ἱματιδιον et το ἱματιδιον; vel forte utrumque. Alterum, quo ne in alios itidem deinceps cadat, monere libet, quod ante me, opinor, nemo, idem plane interesse quod inter locutiones Anglicas *a gown* et *the gown*, vel Gallicas *une robe* et *la robe*. Quæ cum ita sint, omnino rescribendum,

graphico errore ed. Kuster. γὰρ quoque omittit editio Bergleri." *R. P.* apud *P. P. D.* 'Αλλ' ὅδε φύλαξ γὰρ duo codices apud *Brunck.* Infra, Εἴσθει edd. tres pr., τρέχει gl. cod. Vict. Vide infra ad p. 318. Av. 1671. τί δῆτ' ἄνω κέχηνας, αἰκίαν βλέπων; dissimilius paulo, Eur. Suppl. 332. Ox. τοῖς κερτομοῦσι γοργὸν ὡς ἀναβλέπει Σὴ πατρίς. Herc. Fur. 990. 'Ο δ' ἀγριωπὸν ὄμμα Γοργόνος στρέφων. Et vir celeberrimus, *G. Scott, Bar.*— *would look a lion down.* Conf. infra ad p. 312.

——————— τῃ μητρι Θ ΙΜΑΤΙΔΙΟΝ [63]. AD PLUT.

non secus atque in proxime præcedentibus absque articulo habentur ιματιον, ὑποδηματα, et χιτωνιον. Mendo autem, quod correximus, aliqua ex parte ortum dedisse crediderim imperitam de metro sollicitudinem, quod utique ιματιδιον primam minus recte producere videretur. Eidem etiam causæ acceptum refero, quod supra intra versum secundum τῳ ιματιον subjecta fuerit vocula γε. Frustra utrumque. Nam neque vox ista aliam quantitatem usquam sortitur.

[1] Προς δε γε τουτοις ανθ' ῑματιον μεν εχειν ρακος, αντι δε κλινης.

* [2] Υμιν δι ετους των ῑματιων. 214

[3] Αυτος γε μεντ ου φασκεν ῑματιον εχειν [64].

[1] Plut. 540. [2] Vesp. 1053. [3] Eccl. 410.

63. "MS. 127. θ' ἱματίδιον." τε Burgess. sic I.; θοιματίδιον (sic) F; θοιματίδιον C, D, E; μ. τε θοιμάτιον· T; vide *Brunck*. ad l. *R. P.* apud *P. P. D.* ad Pac. 629. et *Hermann*. ad Nub. 180. 1. Athen. v, p. 215. B. ἀλλ' ἐξ ἱματίου τύραννος ἦν.—2. Vesp. 408. 'Αλλὰ θαιμάτια βαλόντες ὡς τάχιστα, παιδία. Conf. Nub. 497. Lys. 401. 1093. Eccles. 26. 275. Plut. 927. Hipponactis fr. apud Suid. v. κόπτω. Lysias adv. Agorat. p. 246. πυθομένη δὲ ἐκείνη ἀφικνεῖται, μέλαν τε ἱμάτιον ἠμφιεσμένη,—θοιμάτιον *Marklandus* et *Koen*. ad Greg. p. 72.

64. μέντ οὔφασκεν tres edd. primariæ. "Vertit T. Faber, *Ipse enim negabat se pallium habere*. Unde liquet eum legisse, quomodo et citat Dawesius h. l. μέντ' οὐ"φασκεν. At vero si hoc voluisset poeta, dixisset, οὐκ ἔφασκεν. Vocalis enim initialis nunquam eliditur ob οὐ præcedentem. Deinde omni sensu caret ista lectio. Legendum igitur, μέντοι "φασκεν. *Accessit nudus, ut plerisque videbatur*, quamvis ipse contrarium affirmaret. Sic in has (*Bas.* 1547.) et Aldina editione (*et Junt.* 1, 2.) legitur, Vesp. 159. μ' οὐχρησεν quod in Kusteri editione recte exaratur, μοι"χρησεν. Aldus vero recte quoad sensum exhibet μέντ' οὔφασκεν. Quæ scripsit Heathius ad Euripid. Troad. 592. ὅτε σὸς γόνος ἐξέφυγ' ᾇδαν, frustra scripsit. Dawesio eundem errorem erravit Pauwius ad Æschyl. Choeph. 930. Fl. Christianus ad Lysistr. 460. Th. Burgess. ad Sophocl. Œd. Tyr. 1387." *R. P.* apud *P. P. D.* Cum Porsono amice conspirat Tyrwhittus in Conj. p. 76., quem vide etiam ad Eccles. 998. et *P. P. D.* ad Ach. 338. Conf. *Month. Rev.* Sept. 1789. p. 249. Feb. 1796. p. 131. Athen. IV. p. 129. A. συμβακίστριαί τινες 'Ρόδιαι, ἐμοὶ μὲν γυμναὶ δοκῶ,

SECT. V.

[4] Περι δ' ἱματιων τις πορος ἐσται; και γαρ τουτ' ἐστιν ἐρεσθαι.

[5] Εν τοισιν ἱματιδιοις, και ταυτ' ανευ κονιας.

Quæri autem poterit, qua ratione ἱματιδιον, αργυριδιον, et similia ante-penultimam longam habeant, cum tamen γνωμιδιον, νοιδιον, αδελφιδιον, χυτριδιον, Σωκρατιδιον, aliaque haud pauca syllabam istam ubique corripiant[65]. Sic igitur collige: qua analogia a

[4] Eccl. 649. [5] Lys. 471.

πλὴν ἔλεγόν τινες αὐτὰς ἔχειν χιτῶνας. Conf. lib. XIII. p. 590. F. 5. ἱμαντιδίοις Junt. 1. ἱματιδίοις Gryn.

65. Aristoph. Lys. 471. Triphal. fr. IV. Nub. 320. Eq. 100. Ran. 60. Pac. 201. Nub. 223. Diphilus apud Polluc. x. 12. εἶτα μαλακὸν, ὦ δύστην', ἔχεις Σκευάριον, ἐκπωμάτιον, ἀργυρίδιον. *R. B.* τῷ *T. H.* p. 91=292. Nicomachus apud Athen. II, 58. A. οὐσίδιον recte [*cum vox fluat ab* οὐσία *P. P. D.*]: male οὐσείδιον ed. Casaub. *R. P.* Advss. p. 56. Aristoph. Lys. 416-7. ed. Br. Ὦ σκυτοτόμε, τῆς μου γυναικὸς τοῦ ποδὸς Τὸ δακτυλίδιον πιέζει τὸ ζυγὸν, "Duplex mendum. Primo τῆς μου γυναικὸς est solœcismus. Deinde, pace Brunckii dixerim, si δακτυλῖδιον media longa profers, *annulum* sonat, si brevi δακτυλῐδιον, *digitulum*. Lege igitur, —τὸ δακτυλίδιον τοῦ ποδὸς Τοῦ τῆς γυναικός μου"—*R. P.* apud *M. D.* Anti-Att. p. 88, 26. Δακτυλίδιον: οὐ δεῖν φασὶν ὑποκορίζεσθαι, οὐδ' ἂν μικρὸν ᾖ. "Schol. ad Ιλ. ξ, 200. prop. init. Ἀριστοφάνης Δαναοῖσι, δακτύλιον χαλκοῦν φέρων ἀπείρονα, ἔφη. *R. P.* apud *P. P. D.* ad Aristoph. Fr. 243. Pac. 891. "*l.* ὁρᾶτ' ὀπτ. *vel* ὁρᾶτε τοὐπτανεῖον ὡς καλόν· *sed Attici* ὀπτάνιον *dicebant. Phryn.* (p. 120=p. 276. Lobeck.) *Etymol.* (ex Herodiano v. Ὀπτανεῖον, p. 629.). *R. B.* Brunckius e MS. veram lectionem restituit: "Antea Porsonus notarat, τοὐπτανεῖον ὡς." *P.P.D.* Addend. p. (139.). Hegesippus in Adelphis apud Athen. VII, p. 290. D. τὰ δέοντα καὶ τοὐπτανεῖον ἁρμόσω μ' ἅπαξ· Casaubonus. κἀς τοὐπτάνιον *Valck.* ad Ph. 658. ἁρμόσωμ' *R. P.* Adverss. p. 94. cui adstipulantur MSS. Ven. et Epit. Matron apud eundem IV. p. 134. F. 4. Οἷς ἐπιτετράφαται μέγας οὐρανὸς ὀπτανιάων. Lege, ὀπτανιΕ'ΙΩΝ, aut ὀπτάνιον τε. Epigenes apud eundem III, p. 75. D. Εὖτ' ἔρχεται χελιδονείων μετ' ὀλίγον—ex emendatione *Porsoni* in Adverss. p. 59. conf. *Bentl.* de Pseudo-Phalar. p. 236. Fragm. in Lex. Sangerm. p. 349. Ἀηδόνειος ὕπνος, de quo vide omnino *P. P. D.* Addend. ad Plut. p. (103). Ibid. Ἀηδόνειος θρῆνος: Αἰσχύλος, θρηνεῖ δὲ γόον ἀηδόνειον· *he makes* a swan-like end, *Fading in Music*. vid. infra ad p. 254. Addas, Soph. El. 1117. Ὀρεστείων. Pausan. III, 19, 12. Οἰδιπόδεια *R. P.* Aristoph. fr. e

γνωμη, νοος, αδελφος, χυτρα, Σωκρατης, fluunt diminutiva γνωμίδιον &c. eadem plane ab ιματιον, αργυριον, derivantur ιματιίδιον, αργυριίδιον. Hæc autem crasi Attica ιματῖδιον, αργυρῖδιον, efferuntur. Consimili plane ratione apud Latinos a *tuba, fides, tibia,* formantur *tubĭcen, fidĭcen, tibīcen;* nam hoc æquipollet τῳ *tibiĭcen.* Nec absimiliter ab αμφορευς, βοτρυς, ιχθυς, vel potius αμφορεως, βοτρυος, ιχθυος (nam genitivorum habenda est ratio syllabica) deducuntur αμφορειδιον, βοτρυιδιον, ιχθυιδιον. Hinc liquet, ut illud obiter perstringam, quam frustra fuerit Cl. Bentleius in Emend. in Menand. pag. 71. "In longa," inquit, "illa ex Athenæo [IV. 182. F.] ρησει paucula nobis

Thesm. alteris apud Athen. III, 104. E. Ἰχθῦς τις ἐώνηται, ἢ σηπίδιον *R. P.* ad Hec. p. 75. Menander apud Athen. IX, 385. E. Ἐπιθυμιάσας τῷ Βορέᾳ λιβανίδιον. Pac. 381. Μὴ νῦν λακήσῃς, λίσσομαί σ', ὦ 'ρμίδιον, et 923. " Nub. 993. πορνιδίον secundam corripit. Menander apud Harpocrat. v. Κτησίου Διός. Comicus ignotus apud Ammon. v. διαβόητος p. 42. alter Stobæi p. 481." *R. P.* apud *P. P. D.*; quem conf. in Addend. p. (121). Ran. 1336. Οὗτος δ' ἀπὸ πάντων μὲν φέρει πορνιδίων citat *R. B.* in dissert. de Phalar. p. 300. πάντων ΠΟΡΝΙΔΙΩΝ Μ'ΕΛΟ Φ'ΕΡΕΙ (i. e. Μ'ΕΛΗ) emendat *R. P.* apud *M. D.*, et *E. Maltby* ad *Morell.* p. 823.; et conf. Theocr. Id. V. 88. Virg. Buc. III, 64. Equit. 723. Ἔξελθε δῆτα, δημίδιον ὦ φίλτατον. *R. P.* apud *P. P. D.* in Addend. p. (128). Aristoph. Thesm. Β'. Fr. VII. καὶ τῶν ἀποδέσμων, οἷς ἐνῆν τιτθίδια. Nub. 223. 236. ὦ Σωκρατίδιον, inflectendi forma duplex fuit, ut ex accusativo Σωκράτη et Σωκράτην patet; eodem modo variare Ἄρη et Ἄρην enotavit *R. P.* ad Ph. 134. 950. 1020.; vide Æschyl. Suppl. 676. et conf. *Burneius* ad Agam. 376. *Boissonad.* ad Philostrat. Heroic. pp. 495, 538. Philem. Lex. p. 23. Diversa est ratio in sequentibus; Epigenes apud Athen. III, 75. D. Εἶτ' ἔρχεται Χελιδονείων μετ' ὀλίγον σκληρῶν ἀδρὸς Πινάκισκος *R. B.* de Phalar. p. 236. conf. *R. P.* Advss. p. 59. Hermippus apud Polluc. X, 165. Ἔχοντες ἴσον ἀσπιδεῖον ὄγκῳ *R. B.* τῷ *T. H.* p. 109=313. Menander apud eundem, 176.—ἢ χαλκοῦν μέγα Ὀλκεῖον, " et alter Philemonis Ὀλκεῖον εἶδον ἐπὶ τραπέζῃ κείμενον." *R. B.* τῷ *T. H.* p. 109=314, et emendat. ad Menandr. p. 16. " Diversa quoque est forma copulatorum verborum cum ημι, ut Ἡμιαμφόριον, ἡμιθωράκιον, ἡμιδιπλοΐδιον [immo, ἡμιδιπλοίδιον *Piers.* ad Mœr. p. 276. *Toup.* in exemplari Epp. *T. Fabri* II, 104. et ad Suid. II, 374. probante *R. P.* in App. p. 481. et in Pr. ad Hec. li=lv.] ἡμισφαίριον, ἡμιπόδιον, et alia multa." *R. B.* in dissert. de Phalar. p. 468., et supra p. 371. ed. prioris.

SECT. V. " emendanda sunt, quæ viris summis Casaubono Gro-
" tioque minus feliciter ceciderunt. Versu quarto,

215 * " Εν προσφατοις [66] ιχθυδιοις τεθραμμενα,

" quem uterque intactum reliquit, repone propter " metrum (ιχθυδιοις [—ιον] enim secundam corripit [67]),

" Εν προσφατοισιν ιχθυδιοις τεθραμμενα [68]."

Immo vero, vir Cl., emendatio tua ex simplici menda duplicem procudit. Viris quidem summis minus feliciter cessisse dicendum est, quod non viderint analogiam postulare, ut ιχθυιδιοις scriberetur. At tu in temporum ratione insuper errasti quam ii tamen inviolatam servarunt.

[1] ΙΧΘΥΙΔΙ οπτᾳν. Τι συ λεγεις ΙΧΘΥΙΔΙΑ;
[2] Τουτων δ απολυθεις κειμενων ΙΧΘΥΙΔΙΩΝ,
[3] Επεξαπατα με· τους μεν ιχθυς μοι καλει.
ΙΧΘΥΙΔΙ· οψον δ ην λεγῃς ἑτερον καλει.

[1] [Anaxilas] Apud Athen. p. 95 [B.]. [2] [Alexis] p. 107 [B.]. [3] [Incertus] p. 359 [D.].

66. Vide *Valck.* ad Acta DD. Apost. xviii, 2.

67. " Menander apud Porphyr. de Abstin. lib. IV. Ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι διά τινα" *Toup.* ad Suid. II, 149. " Corrige, Ὅταν ΦΑΓΩΣ' ΙΧΘΥΝ ἐκεῖνοι διά τινα—Fallitur enim Brunckius, qui in *Diario Eruditorum* (Journal des Scavans, Avril 1781. p. 288.) hinc probare vult secundam in ἰχθὺς sive ἰχθὺν interdum corripi. Semper apud Comicos producitur." *R. P.* ad *Toup.* p. 471. Aristoph. Νησ. Fr. I, 8. Καὶ μὴ περιμένειν ἐξ ἀγορᾶς ἰχθύδια. Diphilus apud Athen. VI, 227. F. Οὐκ ἔστιν ἰχθυηρὸν ὑπὸ σοῦ μεταλαβεῖν. " Archestratus VII, p. 311. C. Τῶν δ' αὖ πετραίων ἰχθυδίων τῶν τρισκαταράτων. Ἰχθύδιον secundam producit. Lege, ut mox, ὀψαρίων. Sed melius et facilius est, Τῶν δ' αὖ πετραίων ἰχθυδία τρισκαταράτων." *R. P.* Advss. p. 99. Analogia duce, vocalem ῑ interjecit *R. D.*; nescio an nimis curiose: in Pherecratis fragmento apud Polluc. VI, 59. Τεύτλοισί τ' ἐγχέλεια συγκεκαλυμμένα, dubitavit *R. P.* utrum ἐγχέλυια an ἐγχέλυα esset; vide *Bast.* ep. Cr. p. 272. ἐγχέλυιον, et ἐγχέλυια, scribit vir summus in Advss. pp. 96. 98.; sed ad Av. 765. ἐγχέλεια citat e Posidippo apud Athen. III, 10. p. 87. F.; et Adverss. p. 108. " Scribe ubique vel ἐγχελείδια vel ἐγχελύδια." Infra, 3. ἂν λέγῃς ed. Casaub ἐὰν λ. Muretus V. L. XIX. iii., uterque male.

68. *Recte castigat* Bentleium, *ipse castigandus, quod ῑ intruserit. R. P.* ad *R. D.* apud virum sagacissimum, *Martinum Davy, D. D.*

⁴ *Τα πετραια των* ΙΧΘΥΙΔΙΩΝ *απεσθιε.*

Vulgo, *ιχθυδι &c.* Quod autem in tertio exemplo legitur, Ιχθυδιον, cujus in locum Ιχθυιδια substituimus, soloecam reddit orationem. Quando autem harum viri Cl. emendationum mentio incidit, libet porro observare causam non satis idoneam fuisse, cur de Clerico, utcunque harum rerum imperito ignaroque omnium, tam mirifice triumpharet. Quod enim in me præstandum recipio, centum, ut minimum, Clerici errores intactos præteriit, centumque insuper ipse erravit[69]. Sed neque * erga Clericum viri ingenui 216

⁴ [Theopompus] p. 649 [B.].

